Tranſigi non poteſt ſuper ſententia, à qua nõ fuit appellatum.nu.5. 165

Tranſigi non poteſt, nec compromitti ſuper dependentibus ex teſtamento non cognitis verbis teſtamenti nume.10. 144

Trebellianica an poſſit detrahi derelicto vniuerſali ad plas cauſas.nu.7. 92

Tributum quod dicatur.nu.33. 198

Triennalis cohabitatio quare introducta.nu.2. 257

Turpis & flagitioſa rei nulla eſt ſocietas.nec actio datur, nu.26.& nu.35.57. & 58

Tutor non poteſt donare, nec remittere iura pupilli. nu.5. pag. 148

Tutor debet dari pupillo nõ curator.nu.4. 144

Tutor tenetur pecuniam pupillarem deponere pro emptione pradiorum.nu.4. 178

Tutor, qua bona fide facit ſunt rata habenda. nu. 49. pag. 178

Tutor debet ſoluere ęs alienum.nu.50. 178

Tutor tenetur reddere rationẽ pupillo, & pupillus poteſt petere,vt ſibi reddatur.nu.60. 179

Tutor an ſit penes ſe tãta pecunia ad hoc vt poſſit pradium emere,arbitrio boni viri eſt relinquendum.nu.46. pag. 178

Tutor de iure ſ[illegible] tenebatur ad uſuras pecunię non con-

conuerſa in emptionem prędiorũ, hodie vero, eſt correctum.nu.3 4. 172
Tutor debet ogere in rebus Pupilli, vt in ſuis propriis rebus.nu.51. 178
Tutor tenetur ad pęnas & vſuras ob nõ emptionem prędiorum de pecunia Pupilli, quando eſſent prędia venialia, & tutor potuerit emere, & hoc eſſet articulatum & probatum, aliàs tutor, vt negligens non teneretur ad pœnas & vſuras.nu.52. 178
Negligentia tutoris eſt probanda ad hoc vt tutor conſtituatur in mora, & d.nu.52. 178

V

VAliditas laudi & arbitramenti pendent ex compromiſſo.nu.2. 148
Variare quis poteſt à primo dicto, quando dictum eſt nullum licet vertatur in praiudicium tertii, numero.197. pag. 18
Vbi eſt eadem ratio, eadem iuris diſpoſitio eſſe debet.nume.11. 256
Verba illa, cum effectu curare, quomodo exponi debeãt in hoc caſu.nu.18. 222
Verba in tranſactione poſita, quod occaſione litis praſumuntur in fraudem dicto.nu.6. 148
Verba, cum effectu &c. quomodo ſunt intelligenda. nume.10. 217
Verba inquiſitionis ſunt conſideranda, in verſ.tamen. nume.15. 253
Verba prateriti temporis appoſita in ſupradicto pacto ſunt intelligenda non de longinquo, ſed de proximo.nu.11. 75
Verba, poſteros & deſcendentes, ad quas perſonas extenduntur, & vt comprehendunt fœminas, vel habeant tantum locum in caſu, & reſpectu inſtitutorum.nu.7. pag. 243
Verbo, ſi quis filiorum meorum deceſſerit ſine filiis ſubſtituo ſuperuinentes, non includunt filiam fœminam inſtitutam in re certa, vbi de ratione.nu.20. 232
Verba in dubio debent intelligi in potentiori ſignificatu. nu.44. 28
Verba in ſtatutis debent proprie intelligi.nu. 4. 191
Verba in dubio interpretantur ad fauorem promiſſoris contro ſtipulantem.nu.12. 226
Verba, rite & recte captus, quomodo intelligantur. nu.1. pag. 168
Verba cui decidenti ſubſtituo, importãt conditionem mortis, & faciunt ſubſtitutionem compendioſam, quę efficitur commiſſaria.nu.21. & num.ſeq. 218
Verba, promiſit dare poſt mortem B. in inſtrumento donationis appoſita, an per hoc dicatur donatio cauſa mortis, vel inter viuos.nu.9. 123
Verba deſeruire debent intentioni, non intentio verbis. nu.21. 239
Verba ſunt ſigna earum rerum, quæ in animo ſunt.nume.22. 239
Verba prateriti temporis indicant pactum ſupradictum fuiſſe interpoſitum ex interuallo. De intel.nu.16.num. ſeq.24. & 40. 72.& 73
Verba donec ipſa vixerit, & ſeruauerit honorem cum viduitate à teſtatore prolata denotant tempus incertum in quo inſtituens deſinat eſſe hęres.nu.3. 88
Verba ſtatuti debent intelligi proprie & nõ ficte.nu.108. pag. 11
Verba, Quis quis mihi heres erit non faciunt extendendi voluntatem defuncti ad illum qui non ſuccedit ex ſua diſpoſitione.nu.84. 10
Verba ciuilia obliquantur, quando teſtator dixit: ſi filius meus deceſſerit quandocunque talis ſit hæres mihi ſecus ſi dixit, ſit filio meo.nu.5. 101
Verba generalia quietotionum reſtringunt, quantum poſſunt ſalua ratione.nu.20. 82
Verba de pręterito, vel pręteriti temporis, non faciunt conditionem: ſed ſimplicem condemnationem, poſita in ſententia.nu.16. 149
Verba, ſaluis et reſeruatis iuribus, poſito in laudo vel ſententia, quomodo intelligantur, an ſint de pręterito, nu. 17. & praecd. & ſeq. 149
Verbis libellatis ſtatur contra libellantem.nu.17. 76
Verbum filiabus eſt verbum collectiuum. nu.1. 108
Verbum, extante fratre, in ſtatuto poſitum debet intelligi in ſuo potentiori ſignificatu, ideſt de vtrique coniuncto. nu.5. & num.ſeq. 25
Verbum determinat quodlibet determinabile per ſe, quando ſunt pluro determinabilia, quæ reſpiciunt vnum verbum.nu.2. 143
Verbum pertinere eſt late ſignificationis.nu 39. 72
Verbum accreſcere, aliquando ſignificat decreſcere. nume.222. 41
Veritas ſequi debet per Iudicem in iudicando. nume.8. pog. 66
Veritas ſuper omnia amanda eſt.nu.2. 202
Veritas errore originis non amittitur, & falſa demonſtratione non vitiatur, nec ei nocet, qui eam poſtponit, nu.27.nu ſeq. 203
Veritas præſumitur ex multiplicitate actuum, cum longiſſimo temporis curſu.nu 5. 264
Veritas conſiſtit in paucis.nu.2. 227
Veritatis vis eſt tam magna, vt ſuperet oſtutias, & callidi totes, & ſeipſam contro ficta ſimulataque figmento tuetur.nu.6. 202
Vicarius Epiſcopi. Epiſcopum ipſum refert & repręſentat.nu.6. 244
Vicorius poteſt omnia, quæ poteſt ille cuius vicem gerit. nu.8. 244
Vicarius præfertur in honore ſicut ipſe principalis. nume.9. 244
Vicarius Epiſcopi in Capitulo choro, & proceſſionibus an pręferri debeat obtinenti primam dignitatem: etiá poſt pontificalem maiorem, & digniorem locum obtinere ſuper illum.nu.1. 144
Vicarius ſi eſſet canonicus ſedere debet in capitulo in loco, in quo ſederet vt canonicus. nu. 2. 244
Vicarius ſic debet honorari in loco, & ſeſſione, & in aliis ſicut is cuius vices gerit.nu.11. 244
Vicarius Epiſcopi preferri debet obtinenti dignitatem maiorem etiam poſt pontificalem maiorem. nume.12. pog. 245
Vicarius, & Canonicus ſi in choro, capitulo, & proceſſionibus accedit vt Vicarius ſedere debet in loco digniori, ſi vt Canonicus in loco ſuo conſueto. numero. 13. pag. 245
Vicerector debet eadem auctoritate, & priuilegijs fungi ſicut is cuius vicem gerit.nu.10. 244

Vicini prſumptiue probant ætatem vicini, & dictum eorum coadiuuat dictum domeſtici.nu.25. 177

victus Victori in expenſis debet condemnari.nuum.47. pag. 58

Vim fieri permittitur aliquando, pro defenſione, vel recuperatione propriæ.nu.16. 57

Vir non dicitur ſubſtinuiſſe onera matrimonii intra tempus promiſſionis, & tempus, quo ipſum vxorem duxit. Et an fructus dotis debeantur marito de tali tempore, nu.3. & num ſeq. & per totum. 121

Vir poteſt petere mnlierem deponi in loco tuto & honeſto ad hoc, vt liber poſſit habere conſenſus. numero. 6. pag. 257

Vnus ex duobus reis credendi præiudicat alio in obligatione quærenda.nu.6. 153

Vnus ex dominis alicuius rei ſi tendit ad deſtructionem ipſe poteſt prohiberi à tendente ad ipſius rei conſeruationem.nu.74. 10

Voluntas teſtatoris domina in teſtamentis, & lex ſemper eam ſequitur.nu.8. 187

Voluntas teſtatoris inanis non eſſe debet.nu.53. 234

Voluntas teſtatoris expreſſa in codicillis an valeat.nu.1. pag. 186

Voluntas teſtatoris eſt maioris potẽtia quàm pactum, vel à pari procedunt.nu.11. 5

voluntas teſtatoris eſt lex ſpecialis.num.104. 11

Voluntas teſtatoris & legis æquiparantur, & ſunt paris potentiæ.nu.29. & nu.38. 7

Voluntas incerta, quæ ex coniecturis colligitur, ſufficit in ſubſtitutione fideicommiſſaria.nu.3. 230

Voluntas teſtatoris inanis eſſe non debet, immo attendi, & obſeruari debet: & illæſa, num.23. 239

Voluntas teſtatoris debet ſeruari, quando de ea poteſt apparere.nu.12. 101

Voluntas teſtatoris regulatur ſecundum ſtatuta.num.31. pag. 233

voluntates defunctorum non debent pendere ex alieno arbitrio.nu.95. 31

Voluntati teſtatoris inhærendum eſt relicta verborũ proprietate.nu.21. 232

Vſura eſt probibita à iure diuino, veteri & nouo teſtamẽto, & etiam à iure ciuili.nu.56. 179

Vſura aliqua lege permitti non poteſt.nu.32. 172

Vſura ſi petatur vt intereſſe, vel quantum percipere potuiſſet ex prædio empto hodie permitteretur.nume. 59 pag. 179

Vſura, quando permittitur, non eſt proprie vſura, ſed intereſſe in recompenſationem damni habiti, vel oneris expenſarum matrimonij nu.57. 179

Bal.in l.vbi adhuc.C.de iure dotium. & cap.ſalubriter, extra de vſuris, in quo caſu loquantur. numero.57. pag. 179

Vſura etiam propter bonum publicum aliquo iure concedi non poteſt.nu.6. 173

Vſura de iure canonico & ciuili eſt vetita.nu. 13. 121

vſura lucratiua prohibetur iure diuino, canonico, & ciuili.nu.4. 173

vſuræ hodie de iure ciuili & canonico ſunt prohibitæ. nume.30. & nu.32. 172

Intellige vbi non petuntur vt intereſſe.nu.10. 173

vſuræ quando debentur ob non ſolutionem dotis tamquã intereſſe poſſunt peti.nu.7. 171

vſui de dote promiſſa accipere licet, quando maritus ſubſtinuit onera matrimonii.nu.6. 121

Vxor poſſidens bona mariti cenſetur poſſidere iure familiaritatis.nu.27. 52

Vxor poteſt petere ſeparationem matrimonij quo ad thorum, quando fuit à viro tentata ad vſum contra naturam.nu.9. 260

Vxor an vigore confeſſionis factæ per maritum poſſit petere dotem nu.7.cum ſeq. 114

vxor eſt coniuncta perſona viri. nu.14. 131

Vxor non prohibetur donare alii, quàm Marito, iure diuino & humano.nu.6. 190

vxor ſolum vigore legati poteſt petere dotem. numero.5. pag. 114

Vxori quo remedio ſubuenitur, quando filius mercatur de bonis matris, conſentiente ea, ſi decedit in poteſtate patris.nu.12. 135

F I N I S.

D. ANDREAE ALFERII CORTONENSIS ET LVDOVICI EIVS ATNEPOTIS I. C. CELEBER.

Quæſtiones & Reſponſa, ſiue Conſilia.

Cum eiuſdem D. Ludouici Adnotationibus.

QVAESTIONIS PRIMAE.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an poſſit petere diuiſionem quando ſuccedit alicui, & teſtator prohibuit fieri diuiſioné, & per totam.*

Fiſcus capiens bona alicuius ex delicto habetur loco ſucceſſoris, & iſto caſu à teſtatore grauari poteſt, & num. 4.

2 *L. non tantum ipſe. ff. de fid. com. lib. loquitur quando fiſcus capit bona tanquam vacantia.*

3 *Fiſcus venit ad bona vacantia quando aliquis decedit non habens heredem, nec poteſt grauari, & nu. ſeq.*

5 *Fiſcus loco heredis habetur etiam quando capit bona alicuius ex delicto.*

6 *Heres non habet plus iuris, quàm habeat defunctus.*

7 *Heres non venit contra factum defuncti, & quo modo intelligatur cum ſeq. & nu. 16.*

8 *Prohibitio de non alienando facta à teſtatore eſt perſonalis & nu. 15.*

9 *Prohibitio de non alienando non ligat venientem ab inteſtato.*

10 *Pactum inter duos initum de re non diuidenda, ligat etiam ſucceſſorem, etiam ſi ſit ſucceſſor ſingularis, etiam ſi ſit pactum temporale, & nu. 12.*

11 *Voluntas teſtatoris eſt maioris potẽtiæ quàm pactum, vel à pari procedunt.*

13 *Priuilegiatus, quando ſuccedit non priuilegiato non debet vti ſuo priuilegio. Intellige vt nu. 19.*

14 *Priuatus in caſu iſto diuiſionem petere non poteſt.*

16 *Heres non poteſt venire contra factum teſtatoris, immo debet ipſe ſaluare, & conformare.*

17 *Heres heredis teſtatoris dicitur heres.*

18 *Heres poteſt plus quàm defunctus.*

19 *Heredi quando eſt impoſitum aliquod onus circa bona teſtatoris, licet fiſcus ei ſuccedat ex delicto, tamen tenetur illud onus explicare. Intellige vt nu. 21.*

20 *Grauamen eſt ſtare in communione.*

21 *Diuiſio continet vicem emptionis, vel permutationis, & nu. 25.*

23 *Succeſſor comprehenditur quando verba ſunt ſcripta in rem, ſecus ſi in perſonam.*

24 *Alienare poteſt prohibitus diuidere.*

25 *L. 2. C. communia vtri. iud. in quo caſu loquitur.*

26 *Hypothecam habens præfertur cuilibet priuilegiato non habenti.*

27 *Coheres habet tacitam hypothecam in bonis teſtatoris pro*

pro conſeruanda eius voluntate.

28 Fiſcus non habet hypothecam in bonis quæ ſibi obueniunt ex delicto.

29 Voluntas teſtatoris & legis æquiparantur, & ſunt paris potentiæ, & nu. 38.

30 Communio quando à lege inducitur inter aliquos propter vnius delictum, non fit diuiſio, nec publicatio, ſed potius in totum alteri accreſcit, & nu. ſeq.

31 Actio de dote eſt communis patris & filij, & in ea vnus non poteſt alteri præiudicare.

32 Filia adminiſtrationem legitimam non habet, ſed pater habet exercitium.

33 Quod eſt de parte, quoad partem illud eſt de toto quoad totum.

34 Executio quando in una parte debet fieri, et in eius partem non differt, quouſque illa pars ſeparetur, non fit executio.

35 Mulier prægnans non punitur donec viſcera ſeparētur, quia ſunt par ventris.

36 Ius aquæ principale potentius eſt quàm acceſſorium.

37 Principalis res quando venit publicanda, & deſtruenda executio differtur, ut acceſſorium ſeparetur.

39 Prohibitus alienare rem aliquam. Illa res ex eius delicto non poterit perdi.

40 Teſtator prohibendo diuiſionem videtur prohibere alienationem.

41 Gloſſa fin. in 6. q. l. ſi quis in tantam. non bene loquitur.

42 Fiſcus à teſtatore grauari non poteſt.

43 Princeps quando concedit aliquid fieri in iure ſuo ſemper intelligitur ſine iniuria alterius, & num. ſeq.

44 Quando ſunt duo ſocij, & vnus vtitur re deputata ad vſum, & alius nō, potentius eſt ius vtentis ad vſum deſtinatum.

45 Socius faciens aliquam rem, ſi permittente ſocio prohiberi non poteſt.

46 Monachus quando dedicat ſe monaſterio, ſequitur translatio dominij bonorū, nō tamē bona Emphiteotica, & quæ prohibentur alienari.

47 Statuta odioſa ſunt reſtringenda.

48 Statutū quod puniatur is qui non delinquerit eſt odioſum & contra rationē, & ideo debet reſtringi, & interpretari, vbi alius non patiatur damnū, et nu. ſeq.

49 Statutum quod domus delinquentium deſtruantur quomodo ſit intelligendum.

50 Vrbs non debet deformari.

51 In claris non eſt opus coniecturis.

52 Statutum odioſum etiā in rebus cōmunibus habet locū.

53 Fiſcus quando eſt ſocius ratione partis poteſt vendere totum quando ſocius non eſt bonus.

54 Societas ſoluitur publicatione licet ille ſocius non delinquens ex hoc lædatur.

55 In maleficijs melius eſt in dubio maleficium non punire quàm pœnam imponere vbi non eſt delictum.

56 Damnum quando in conſequentiam venit non attenditur, & non punitur niſi delinquens.

57 Fiſcus tenetur dimittere & relaxare bona heredis ſibi ex delicto obuenta quæ teſtator prohibuit dicta bona eſſe penes alium quàm ſuū heredem, & hoc propter præceptū teſtatoris. Intellige vt num. 59 & 62.

58 Fiſcus tenetur ſtare in communione quando teſtator prohibuit bona diuidi.

60 Teſtator quando prohibet vel iubet aliquid fieri circa eius rem cōtra illud præceptū non poteſt fieri etiam ſi illa res alienaretur ex neceſſitate.

61 Alienatio quæ fit in fiſcum eſt neceſſaria, & tamen fiſcus non poteſt venire contra præceptum teſtatoris.

62 Seruus prohibitus manumitti à teſtatore à fiſco conſequitur libertatē quando ipſe vendicauit necem defuncti, & hoc fauore libertatis.

Fiſcus fauore libertatis venit cōtra voluntatem defuncti dict. numer.

63 L. 3. §. verum. ff. ad Syll. non eſt ſpeciale immo ratio illius legis eſt generalis.

64 Teſtator probibendo diuiſionem prohibet etiam alienationem.

65 Teſtator quando prohibet alienationem, alienatio ſi fiat ab herede, etiā cauſa neceſſaria poſt mortem ipſius heredis reuocatur.

66 Fiſcus dicitur potentior aduerſarius.

67 Socius quando alienat in potentiorem, ille potentior non poteſt petere diuiſionem. Intellige vt n. ſeq.

69 Res prohibita ab aliquo alienari ex ipſius delicto illa res non venit publicanda. Et n. ſeq.

70 Filius familias prohibetur alienare aduentitia fauore patriæ poteſtatis.

71 Bona aduentitia ex delicto filij fam. non publicantur & n. præced.

72 L. ij. C. quando & quibus 4. pars. deb. in quo caſu loquatur.

73 Ius in re habens poſterius & etiam debilius poteſt prohibere habentem prius.

74 Vnus ex dñis alicuius rei ſi tendit ad deſtructionē ipſe poteſt probiberi à tēdēte ad ipſius rei cōſeruationē.

75 Statutum quando loquitur de pœna imponenda alicui propter delictum cōmiſſum in domo alterius nō habet locū in domo cōmuni, inter offendētem, & offenſum, & nu. 77.

76 Statutum loquens de deſtructione nō habet locū in domo communi cum aduerſario fiſci.

77 Conditio quando requiritur in aliquo delicto ad hoc vt adimpleatur eſt neceſſe vt ſit adimpleta uere, & non per fictionem.

78 Domus communis dicitur alterius per fictionem.

79 Diſpoſitio verificatur etiam in re communi pro parte diſponentis tantum quando loquitur diſpoſitiue, & principaliter.

80 Inhumanum dicitur contingere delinquenti, quādo occidit contra bis, & nu. ſeq.

81 Dictio in facit negationem quando præponitur.

82 Prohibitio facta heredi extendit ſe ad heredē heredis.

83 Bar. in l. Lucius in prin. ff. de leg. 3. nō bene loquitur. contra nu. ſeq.

84 Verba, Quiſquis mihi heres erit non faciunt extendere voluntatem defuncti ad illum, qui nō ſuccedit ex ſua diſpoſitione.

85 Statutum quod domus delinquentis deſtruatur eſt odioſum & debet intelligi de ædificijs proprijs delinquētis, nō autē de cōmunibus cū alio, contra nu. ſeq.

87 Socium prauum habere eſt damnoſum & damnū quis dicitur habere ex tali ſocio.

88 Socius cogitur habere in conſortium fiſcum licet potentior.

89 Fi-

89 *Fiſcus magis ſeruat, & implet voluntatem teſtatoris quàm alius & quando teneatur ſeruare, & in quo caſu per totum arg.*

90 *Peculium filij eſt in dominio patris.*

91 *Peculium filij propter delictum patris ſeparatur, & filio applicatur: ſed non è contra, & numeris ſequentibus.*

92 *§. Sed vtrum. l. 3. ff. de min. in quo caſu loquatur.*

93 *Peculium filij confiſcatur quando bona occupantur à fiſco propter delictum, & non propter debita.*

94 *Diuiſio dura non eſt fienda, ideſt quando res commode diuidi non poteſt. Intellige quando diuiſio fit vnius rei ad aliam ex actu voluntario: ſecus propter neceſſitatem per delictum, vt num. ſeq.*

95 *Diuiſio quando ex neceſſitate propter delictum alicuiuus fit etiam ſi ſit dura, & incommoda debet fieri.*

Pater ſeparatur à filio ex neceſſitate. d. nu.

96 *Res quando peruenit ad vnum heredem ad ceteros ſucceſſores illo modo tranſit: Intellige, vt nu. ſeq.*

98 *Stare in communione eſt quoddam ius perſonale.*

99 *Iura perſonalia, & obligationes quę mere reſpiciunt perſonam, non tranſeunt in fiſcum, nec etiam bona propter quę quis eſt ita obligatus confiſcantur, & num. ſeq. Intellige vt nu. 101.*

100 *Feudum non publicatur, licet vaſallus delinquat.*

102 *Fiſco permiſſum eſt venire cõtra voluntatem defuncti propter publicam vtilitatem.*

103 *Species derogat generi quando ſimul concurrunt de veritate. nu. 105.*

104 *Voluntas teſtatoris eſt lex ſpecialis.*

106 *Aedificium factum ab alio in meo ſolo à me deſtrui poteſt propria auctoritate. limita vt nu. ſeq.*

107 *Socius ædificans in re communi ab alio ſocio demoliri non poteſt, ſubuenitur tamen per viam actionis.*

108 *Verba ſtatuti debent intelligi proprie & non ficte.*

109 *Statutum loquens per genitiuum denotat dominium.*

110 *Meum dicitur per quandam affectionem, quod commune eſt, hoc verum eſt in totum ſecus in parte, quia pars mea tota & proprie dicitur.*

111 *Fiſcus quando habet bona tamquam heres, aut ex contractu, an poſſit petere diuiſionẽ prohibitã à teſtatore.*

112 *Alicui quando debetur pars rerum non debet habere partem in illis rebus, quæ corrumperent diuiſionem.*

113 *Mandatum teſtatoris factum heredi valet, & eſt obſeruandum, & in fi. nu. 152.*

114 *Fiſcus vt heres non poteſt deſtruere rem communem, & prohibitam; & ſi deſtrueret obligaretur cum ſocio ad intereſſe in continenti. contra nu. 116. & ſeq.*

115 *Inter communionem temporalem, & perpetuam eſt differentia.*

116 *Fiſcus non tenetur parere mandato teſtatoris quando ſuccedit non ex diſpoſitione teſtatoris; ſed ex caſu fortuito.*

117 *Fiſcus vendere poteſt rem communem, & tenetur ſocio tantum ad partem pretij.*

118 *Quæſtio iſta nihil commune habet cum quæſt. Bart. in l. Athenis. §. de co. ff. de aq. pluu. arc.*

119 *In contrarium quòd fiſcus non poſſit petere diuiſionẽ probatur, vt infra vſque in fin.*

120 *Nudũ præceptum factũ à teſtatore non debet ſeruari.*

121 *Cauſa tacita facit valere mandatum teſtatoris.*

122 *Stare in communione eſt incommodum, & grauamen.*

123 *Teſtator non poteſt grauare illum qui nõ ſuccedit eius iudicio, ſed caſu.*

124 *Fiſcus & eccleſia pari paſſu ambulant.*

125 *Eccleſia prohibetur alienare, & diuiſionem petere. lim. vt d. num.*

126 *Prouincia purgari debet malis hominibus.*

127 *A malo multi arcentur propter pœnam vnius.*

128 *Contumacia eſt delictum.*

129 *Propter cõtumaciã vni⁹ ex ſocijs tota dom⁹ deſtruit.*

130 *Filius in legitima non poteſt grauari.*

131 *Filius poteſt eligere ſibi rem in qua habet legitimam.*

132 *Electio quam habet filius in ſupra dicto caſu tranſit ad heredem.*

133 *Fiſcus ratione partis quam habet poteſt in totum diſponere & vendere.*

134 *Diuiſio quando eſt prohibita, ſi diuidatur, dicitur quędam alienatio.*

135 *Prohibitiones de non diuidendo communiter fiunt propter delicta.*

136 *Glo. in l. fin. C. de reb. alie. non alienandis quomodo ſit intelligenda.*

137 *Quando aliquis prohibetur alienare in fauorem alterius, illa res ex ipſius delicto poteſt publicari & perdi, ſi perſona eſt talis quæ poſſit habere heredem, & num. ſeq.*

Filius non poteſt alienare aduentitia in fauorem patris d, num. ſeq.

138 *Filius in bonis aduentitiis poteſt habere heredem ab inteſtato.*

139 *Bona aduentitia poſſunt publicari, & quare ſupra, num. præced.*

140 *Cyn. in l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi. reprobatur.*

141 *Ratione publicę vtilitatis permittitur venire contra voluntatem teſtatoris, inf. nu. 143.*

142 *Publica vtilitas vertitur, vt maleficia puniantur.*

143 *Fiſcus non poteſt venire contra in dannum alterius indebite.*

144 *Prohibitio de non alienando non habet locum, vbi alienatio fit ex neceſſitate, nec etiam vbi vertitur damnum fiſci. num. ſeq.*

146 *Lex filius §. diui, in fi. in quo caſu loquatur.*

147 *Prohibitio de non alienando à teſtatore facta, non habet locum quando alienatio fit ex neceſſitate heredis intellige viuente prohibito & alienante vt ibi.*

148 *Statutum diſponens de re quantumcumque odioſum, habet locum etiam in re communi.*

149 *Matrimonia libera eſſe debent, & ſtatutum illa impediens dicitur odioſum.*

150 *Statuta non recipiunt fictionem in interpretatione.*

151 *Diſpoſitio generalis non recipit reſtrictionem per ſpecialem: l. in quib. vertitur publica vtilitas & nu. ſeq.*

152 *Generaliter eſt ſtatutum, quòd pater teneatur dotare filiam de bonis ſuis, et iſta diſpoſitio habet locum etiã in bonis prohibitis alienari.*

153 *Statutum quod generaliter loquitur non debet reſtringi per prohibitionem teſtatoris, maxime quando vertitur publica vtilitas.*

154 *Reſtrictio fit ad habiles quando quis tractat de lucro capiendo licet indebite.*

155 *Dotis titulus ratione viri dicitur onerofus, ratione mu-*

licris dicitur lucratiuus.
156 *Legatum eſt titulus lucratiuus, & quando ibi.*
Interpretatio debet fieri ne quis indebite damnum patiatur. d. nu.
157 *Damnum pati dicitur qui perdit lucrum iam habitum, & radicatum.*
158 *Diſpoſitum quando non poteſt habere locum niſi de toto intelligatur, tunc illud diſpoſitum habet locum in parte conſocu ſi duo ſint ſocij habentes rem cōmunē.*
159 *Quis poteſt facere in ſuo quod vult, licet vicinus habeat damnum dummodo principaliter non faciat in perniciem eius.*
160 *Lex quę permittit ædificium factum in ſuo ſua propria auctoritate deſtruere, habet locum etiam in ædificato iure communi.*
161 *Quando ſunt duo qui habent ius in re, vel habent rem communem, vnus poteſt totam deſtruere ſi facit. l. promittente altero inuito, etiam ſi is habuerit ius debilius.*
162 *Intellige quando ipſa res deliquit.*
163 *Lex diſponens de publicatione alicuius rei vel rerum in plurali habet locum etiam in parte rei pro indiuiſo, quam habet ille de quo lex diſponit.*
164 *Socius poteſt petere diuiſionem, quando habet ſocium rixoſum. Fiſcus dicitur ſocius rixoſus. d. nu.*
165 *Pactum de non diuidendo infra certum tempus appoſitum inter ſocios, ligat etiam ſucceſſorem ſiue ex contractu, ſiue quocunque modo, vt infra illud tempus non diuidat.*
166 *Societas finitur publicatione bonorum.*
167 *Teſtis qui vnum dixit extra iudicium, & aliud in iudicio, an poſſit puniri de falſo, & per totum.*
168 *Iudex & teſtis æquiparantur, & nu. 194.*
169 *Iudex qui tulit ſententiam, quæ eſt nulla poteſt aliam ferre & valebit: Intellige vt nu. 171.*
170 *Dictum extra iudicium eſt nullum.*
171 *Iudex contra id pronuntians, quòd alias ſententiauit ſibi ruborem affert.*
172 *Illud falſum eſt punibile, quod poteſt parare præiudicium parti.*
173 *Dictum extra iudicium nullum parat præiudicium.*
174 *Dictum teſtis qui dixit vnum in iudicio, & aliud extra, licet non probet in cauſa, qua deponit, probat tamen contra ſe.*
175 *Quando ſunt duo actus, quorum vnus eſt validus, alius inualidus, actus validus dicitur eſſe primus, nulla habita mentione inualidi poſito, quòd inualidus plus fuerit factus.*
176 *Ad officium Iudicis pertinet inquirere de fama, fide, & more teſtium.*
177 *Teſtis qui depoſuit primo in forma in iudicio, licet dicat contrarium extra iudicium ſtatur primo dicto, & non propterea punitur vt falſarius, & quare. nu. 180.*
178 *Ratio diuerſitatis in depoſitione teſtiū in iudicio & extra iudicium, & econtra. nu. ſeq.*
179 *Teſtis qui depoſuit in iudicio in continenti expirat eius officium.*
180 *Dictum ſecundum extra iudicium præſumitur ſubornatum, ideo ei non ſtatur, & quare. nu. ſeq.*
181 *Teſtis qui primum vnum dixit extra iudiciū, & aliud in iudicio quare non puniatur vt falſarius.*
182 *Contra confeſſionem ſuam quis non poteſt venire niſi probet ex errore ſe dixiſſe.*
183 *Confeſſio indiſcrete emanata extra iudicium poteſt reuocari.*
184 *Dictum teſtis quando prohibetur reiterari timore ſubornationis illud non habet locum, vbi primum dictum eſt inualidum.*
185 *Teſtis qui vnum dixit extra iudicium poteſt cogi, vt teſtificet ſub ſacramento in iudicio, & ei ſtabitur, etiam ſi dixerit contrarium eius, quòd primo dixit extra iudicium.*
186 *Dictum teſtis, quod peccat in forma apparenti licet ſit falſum non debet puniri.*
187 *Dictum teſtis actitatum coram iudice incompetenti tantum operatur, quantum extra iudicium.*
Factum in iudicio inualido tantum operatur, quantum extra iudicium. d. nu.
188 *Teſtis poteſt deponere in iudicio contrarium eius, quòd primo dixit in iudicio inualido.*
189 *Contrarietas in teſte quādo reſultat ex dicto poſt litem conteſtatam, & dicto ante teſtis non punitur, & num. ſeq.*
190 *Poſitiones vt plurimum fiunt lite cōteſtata, & ſic poſt iuramentum de calumnia.*
191 *Fauore filiationis ſtatur potius primo dicto extra iudicium, etiam ſine iuramento, quàm dicto in iudicio, & cum iuramento.*
192 *Teſtes quando ſunt contrarij, et producti ab eadem parte dignioribus ſtatur. limita non habere locum in ſcripturis. d. nu.*
193 *Scriptura ſemper eodem modo loquitur.*
195 *Actus iudicis non defectiue ſtatuentis non punitur.*
196 *Lex. 1. in fine. ff. quod quiſque iuris in quib. caſ. loquatur.*
197 *Variare quis poteſt à primo dicto, quando dictum eſt nullum, licet vertatur in præiudicium tertij.*
198 *Teſtis poteſt credere aliud hodie quod heri: intellige vt infra.*
199 *Dictum primum extra iudicium eſt nullum, & reuocari poteſt.*
200 *Examinatio prima quando eſt nulla poſſunt teſtes iterum examinari, etiam ſi partes didicerunt teſtificata.*
201 *Confeſſio extra iudicium parat præiudicium confitenti, & in quo caſu.*
202 *Dictum extra iudicium tantum operatur, quantum dictum in iudicio incompetenti.*
203 *Dictum in iudicio coram iudice incompetenti punitur, & de qua incompetentia intelligatur. infra.*
204 *Iudex incompetens ratione cauſæ non poteſt punire teſtem qui in illo iudicio depoſuit.*
205 *Iudex quando eſt competens ratione cauſæ licet ratione teſtis ſit incompetens poteſt punire teſtem.*
206 *Ad officium iudicis pertinet inquirere de actibus & moribus teſtium, & debet etiam iudex ſe informare de extra iudicialibus.*
207 *Teſtis quādo primo aliquid dixit in iudicio inualido, licet illud dictum non valeat, tenetur ſtare in iudicio valido.*
208 *Primo dicto teſtis ſtandum & credendum eſt, etiam ſi ſit extra iudicium, licet poſtea dicat contrarium in iudicio.*

Teſtis

209 *Teſtis qui dixit falſum licet non iuratus punitur de falſo.*
210 *De falſo punitur, ille qui venit contra illud quod aſſeruit extra iudicium.*
211 *L. eos in quo caſu loquatur.*
212 *Dictum cum ſigillo dicentis facit maiorẽ fidem quàm ſimplex dictum.*
213 *Teſtis qui vnum dixit extra iudicium ſi reperiatur mendax, debet puniri.*

QVAESTIO PRIMA.

ANTONIVS Ciuis Florentinus habens duos filios Guidonem, & Nicolaum condidit teſtamentum, in quo eos heredes inſtituit, & voluit, quòd bona ſua non diuiderentur etiam ſi alicui ipſorum aliquod inhumanum contingeret: mortuo d. teſtatore, & adita eius hereditate per prædictos filios, in qua inter cetera ſunt duo domus contiguæ, adeo quòd vna ſine alia ſubſiſtere non poteſt. Cõtingit, quòd d. Guido cõmiſit maleficium propter quod ex forma ſtatutorum debet decapitari, & eius bona debent publicari, & domus eius funditus extirpari: quo ſecundum formam d. ſtatuti condemnato, & decapitato, executor communis vult facere deſtrui domum hereditariam iſtius: opponitur ſibi per Nicolaum prædictum, quòd non poteſt propter dictum mandatum teſtatoris. & directa lite coram Iudice competente d. executor negat teſtamentum prædictum fore factum, & habitis duobus ex vij. teſtibus, qui dicebant interfuiſſe d. teſtamento, interrogauit eos, nũ quid Antonius prædictus fecerit teſtamentũ prædictum, qui extra iudicium coram pluribus dixerunt ſe nihilum ſcire, demum in iudicio producti, vnà cum alijs, & legitime examinati aſſeruerunt & dixerunt teſtamentum fore factum in forma prædicta. Executor prędictus hoc videns, illos accuſat de falſo. Modo quæritur principaliter de duobus. Primo præſuppoſito ꝙ d. teſtamentum probetur, an fiſcus poſſit petere, & deſtrui facere dictam do
a mum[a]. Secundo numquid ſi probetur iſtos duos teſtes aliud dixiſſe extra iudicium quàm in iudicio, debeant puniri de falſo. Et hoc pręſuppoſito, quòd d. ſtatutum valeat, vel ſi non valet, obſeruatur tamen in municipio ſuo.

Et primo, quòd Fiſcus non poſſit petere di-
1 uiſionem probatur ita † fiſcus capiens bona
b alicuius ex delicto habetur loco ſucceſſoris[b]
l. tutoris. C. ad leg. Iul. de vi pub. ſed ita eſt, quòd quando aliquid iniungitur alicui ſi proprie non facit, tenetur facere illud ille ad quẽ bona tranſeunt, ſiue ſit fiſcus, ſiue ſit alius, etiam ſingularis ſucceſſor, vt l. non tantum. ff. de fideicom. lib. vbi eſt tex. not. Ita & in caſu noſtro dicamus, quòd cum iſtis ſit iniuncta conditio, & ſic non diuidere, quòd fiſcus ad quem bona peruenerunt, nõ poſſit diuidere.
2 Sol. † Ego dico, quòd d. l. non tantum. loquitur quando fiſcus capiebat bona tamquam vacantia, quia ille deceſſerat, & non habebat
3 heredem † quo caſu venit fiſcus. [c] Vt l. 1. C. vnd
c de vir & vx. † & ille talis poteſt grauari à teſta-
4 tore, vt l. ſi ita fuit fideicom. ff. de leg. 3. Hic cępit ex delicto quo caſu non poteſt grauari.
5 Secundo ſic, nõ eſt dubium, quòd fiſcus †
d habetur[d] loco heredis, dico etiam quòd capit bona alicuius ex delicto, vt not. gloſ. in l. in-
6 ter. ſ. fin. ff. de pa. dot. †. Sed heres non habet plus iuris quàm habuerit defunctus, vt l. nemo plus. ff. de reg. iur. Sed defunctus iſtam diuiſionem petere non poterat, ergo nec fi-
7 ſcus †. Sol. verum eſt, quod heres non venit contra factum defuncti, vbi eſt debitum ſiue
e pactum [e] in rem vel generale: ſecus ſi plane facta ſiue obligans quibus perſona defuncti tantum prohibetur litigare. l. qui in futurum, de
8 pact. cum ſim. † & hic iſta prohibitio de non
f alienando eſt perſonalis [f] ſecundum gloſ. in
9 auth. de reſtit. fideic. ſ. finali, coll. 9. † Præterea hic etiã fiſcus habet, vt heres ab inteſtato, ad quem prohibitio alienari non expedit vt. l. cum pater. ſ. cum inter. ff. de leg. ij. per Iacob. de Ar. & Bart. vt l. ſi ita quis. ſ. ea lege. ff. de verb. oblig.
10 Tertio ſic, quandocumq. pactum † ſit inter duos contrahentes de rę non diuidenda, iſtud pactum ligat etiam ſucceſſorem, etiã ſi ſit ſucceſſor ſingularis, vt l. in hoc. ſ. pen. ff. com. di-
11 ui. † Sed hic in caſu noſtro fuit voluntas teſtatoris, quæ eſt maioris potentiæ quàm pactum, vt l. ea lege. C. de cond. ob cau. & ibi notatur. vel ſaltim à pari potentia, vt l. in annalib. C. de lega. & l. non quocunque. ff. de leg. 1. & l. pactum inter heredẽ. ff. de pact. & l. diuortio. ff. de verb. oblig. cum infinitis ſimilib. Debet ligare fiſcum, quia ſucceſſor vniuerſalis.
Sol. ego dico, quòd illud eſt verũ, quando cõmunio eſt tẽporalis, ſecus autem ſi eſſet perpetua, vt eadem l. ſi conueniat. arguendo de
g contractib. ad vltimas voluntates [g]. Vt tu dicis, & hoc etiam credo, quod ſenſit gloſ. in d. ſ. ſi conueniat. adducendo illam vltimarum voluntatum quaſi diceret, illum ſ. habere lo-

cum etiam in vltima voluntate, pro hoc quod
allegat dicemus quandam rem eſſe inutilem,
quòd nõ eſt dubium. argumento l. antiquitas.
12 C. de vſufr. † Propterea, & in hoc cogita glo.
ff. pro ſocio. l. idemque. §. fin. videtur ſentire,
quod etiam vbi pactum de non diuidendo fuit
temporale, liget ſucceſſorem domum viuen-
te paciſcente, alienante dum allegat l. ſi tibi.
§. pactum. ff. de pact. quod loquitur, quòd pa-
ctum auctoris obſtat ſucceſſori ſolùm auctore
viuente, vt ibi per Bart. ergo poſt eius mor-
tem poteſt diuidere non obſtante pacto, ſed
in pacto proponitur, quòd iſte erat mortuus,
ergo, &c.
13 Quarto ſic, quandocumque † priuilegia-
h tus[h] ſuccedit non priuilegiato ipſe non debet
vti priuilegio ſuo, vt l. fiſcus. ff. de iur. fiſ. & l.
cum quidam. §. fiſcus in fin. ff. de vſur. & in
Auth. quas actiones. C. de ſac. ſanct. eccle. &
plene per Bart. in l. cum filius. §. in hac. ff. de
14 verb. oblig. † Sed iſte priuatus iſtam diuiſio-
nem petere non poterat, vt notat Glo. notab.
ad hoc C. communi diu. l. fin. ergo nec Fiſcus
15 petere poterit. † Sol. Ego dico, quòd non
vtitur priuilegio, quia iſtud poſſet quilibet
extraneus, tum quia mandatum eſt nullum,
i tum quia iſta erat perſonalis[i] non tranſcen-
dens ad extraneum talis prohibitio, vt in Au-
then. de reſtit. fideic. §. fin. & not. per Cyn. in
l. voluntas. C. de fideic. & per Bart. in l. filius.
§. Diui. ff. de leg. j. propterea hic fiſcus habet
caſu iſta bona non re iudicio teſtatoris, ergo
ab eo non poteſt grauari. l. ſi ſic. ff. de leg. 3.
16 Quinto, non eſt dubium, quòd heres non
poteſt venire contra factum teſtatoris, immo
k debet ipſe ſaluare & conformare[k] l. heredem.
& quòd ibi not. C. de euict. & l. fin. §. & ſi præ-
ſa. C. de iure deli. & l. cum à matre. C. de rei
vend. & plene notatur in l. poſt mortem. ff. de
adop. & l. rem alienam. ff. de pign. act. & l. ſi ab
eo. C. de fideic. cum ſimil. Sed iſte fiſcus eſt
heres illius, qui fuit heres teſtatoris. ergo & ip-
17 ſe debet dici heres teſtatoris, † quia heres he-
l redis[l] teſtatoris eſt heres, l. fin. C. de hered. in-
ſtit. & l. antiquitas. C. de vſufru. not. in l. 3. ff. de
peti. hered. ergo, &c. Sol. illud verum eſt in
ijs, quæ tranſeunt ad heredẽ: ſed iſta non tran-
ſit, vt ſuperius dictum eſt, arg. etiam. l. de fur-
18 to. & quod ibi not. C. ſi quid in fraud. patro. †
& aliàs plus poſſet heres, quàm defunctus, vt
l. reperitur. ff. ad leg. Falcid. & not. in l. here-
dem. ff. de reg. iur.
19 Sexto ſic. † Quando heredi eſt impoſitum
aliquod onus circa bona teſtatoris, licet fiſcus
ei ſuccedat ex delicto, tamen tenetur illud
onus explicare. l. Statius Florus, & l. Corne-
lio. ff. de iur. fiſ. Sed quòd iſta bona non diui-
20 dantur, † & ſic ſtare in communione, quod
eſt quoddam grauamen. l. ſi non ſortem. §. ſi
centum. ff. de condit. indebit. ergo, &c.
21 Sol. † Illud eſt verum, quando illud eſt impo-
ſitum in fauorem tertij: ſecus autem ſi in fa-
uorem ipſorum met, quia tunc ceſſante vno,
& cet. argu. not. l. illis libertis. ff. de condit. &
demonſtra. Ratio, quia hic teſtator volebat
prouidere heredibus ſuis, nunc prouideret
etiam Fiſco, quod non eſt de mente teſtato-
ris. In contrario autem cum graueris ſuum
heredem, multo magis & fiſcum, cum illi,
cui nolebat, ſcilicet ille tertius viuat, hic au-
tem volebat prouidere, ita vni heredum, ſi-
cut & alij.
22 Septimo ſic. † Non eſt dubiũ, quòd diuiſio con-
tinet vicem emptionis, & permutationis, vt l.
j. C. communia vtri. iudi. & not. in l. qui Ro-
23 mæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. † Itẽ quòd
quando verba ſunt ſcripta in rem, comprehẽ-
ditur etiam ſucceſſor, vt not. in l. voluntas.
C. de fideicomm. & l. peto. §. fratre. ff. de leg.
m ij.[m] licet ſecus ſi in perſonam ſunt ſcripta, vt
l. pater quindecim. ff. de leg. 3. facit etiam pro
hac differentia l. hæc verba. ff. de adult. l. ſi ſer-
uum. §. prætor. ff. de acqui. hered. & ibi not.
per Iac. de Aret. & per Cyn. in l. non ideo mi-
nus. C. de accuſatio. & plene in l. ſed ſi vnus.
§. 1. ff. de injur. per Bart. ſed hic verba ſunt ſcri-
pta in rem, ergo etiam ſucceſſor comprehen-
24 ditur. † Sol. Dico, quòd argumentum non eſt
verum, quia licet quis prohibeatur diuidere,
tamen poteſt alienare. l. in hoc. §. fin. ff. com-
muni diui. & l. ſi conuenerit. cum l. ſeq. in fin.
ff. pro ſocio. numquid autem ille in quem alie-
natur, poſſit petere diuiſionem dic vt dixi ſu-
25 pra in tertio argumento. † Non obſtat l. 1.
C. communia vtri. iudi. quia ibi loquitur de
alienatione ſiue permutatione, quæ fierent
inuicem diuidendo, quia cum habeam partẽ
in qualibet gleba, & etiam tu, tu videris in par-
tem, quam habes inclinare, & ego partem,
quam habeo in alia, & ſic loquuntur contra-
rium. Præterea poſſum reſpondere alio mo-
do. Si obtinet vicem emptionis vel permu-
tationis; ergo eſt prohibitus contractus, in
quo interuenit pecunia, vel id pro ea; ergo
vbi hic non interuenit in contractu; ille talis
actus alienationis nõn eſt prohibitus, vt l. 2.
C. de iur. emphyt. & ibi not. & l. ſi. C. de præd.
decur. lib. 10. & l. fin. C. de reb. alien. & non
alie-

n alienand. ª & extra locati, cap. potuit per In-
noc. ſed titulus hereditarius, vt eſt hic; eſt hu-
iuſmodi; quia eſt quaſi lucratiuus, vt not. in d.
l. fin. C. de reb. alien. & nõ alienand. per Cyn.
pro hoc l. fin. C. de codic. ergo, &c.
26 Octauo ſic. † Habens hypotecam præfertur
cuilibet priuilegiato nõ habenti hypotecam;
vt not. in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. habe. & l.
27 priuilegia, ff. de priuil. credito. † Sed iſte co-
heres habet tantum hypotecam in bonis teſta
toris pro conſeruanda eius voluntate, vt l. 1. &
2. C. communia de leg. & l. ſi creditores. ff. de
28 ſeparat. † Ergo debet preferri fiſco, qui non ha
bet hypotecam in bonis, quæ ſibi obueniunt
ex delicto, vt l. reſcriptũ. & ibi glo. ff. de pact.
licet ſecundum aliquos ille actionem habeat
priuilegiatam, vt not. per Cyn. in l. ſi quis poſt
hac. C. de bon. damnat. & per Bart. in l. poſt cõ
tractum. ff. de dona. quicquid dixerit glo. C. pe
nes fiſc. cred. præfer. lib. 10. l. 1. & l. quod pla-
cuit. ff. de iur. fiſc. per Dyn. Sol. Non credo,
quòd propter hoc coheres habeat hypotecã,
nec habeat locum l. 2. C. communia de leg.
ſcilicet, quia loquitur quando aliquid eſt dan
alicui, quod hic non eſt.
29 Nono. † Voluntas teſtatoris & legis æqui-
parantur, vt in Auth. de nupt. §. diſponat. col.
3. & ſunt paris potentiæ. C. de cond. ob cau. l.
30 ea lege. † Sed ita eſt, quòd vbi communio à le
ge inducitur inter aliquos, propter vnius deli-
ctum non fit diuiſio, immo potius alteri in to-
31 tum accreſcit, † vt patet in actione de dote,
quę eſt communis patris & filij, in qua nõ po-
teſt vnus præiudicare alteri, vt l. 2. §. 1. & l. quo
tiens. ff. ſol. matri. & l. auia. C. de iur. dot. Et
quod ex vnius delicto nõ publicetur, patet in
l. conſenſu. C. de repud. cum authen. ibi po-
ſita. §. hæc niſi. ita & in caſu noſtro fiſcus hoc
32 non poteſt petere. † Sol. Ego dico, quòd illud
eſt ideo, quia filia non habet adminiſtrationẽ
legitimam, ſed pater habet exercitium vt l. nõ
ſolum. ff. ſol. matri. ſecus autem ſi haberet ad-
miniſtrationem; vt ſentit Bar. in l. ſi finita. §. ſi
de vectigalibus. ff. de dam. infec. Hic autẽ iſte
habebat adminiſtrationem. Præterea ibi fi-
lia habet illa bona iure ſpeciali cum certo de-
beret quærere patri, vt not. in l. 2. §. quod ſi in
patris. ff. ſol. matr. merito illa bona non vadũt
ad fiſcum. Secus autem in iſto, qui habet iſta
bona de iure communi, & hoc in ſimili ſen-
tit Pet. vt refert Cyn. in l. ſi filius. C. de bon.
præſcriptor.
33 Decimo probatur. † Illud idem eſt de par-
te, quo ad partem, quòd eſt de toto, quo ad to-
34 tum. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. † Sed ita eſt,
quòd quando in vna re debet fieri executio,
& in eius parte non differt, quouſque illa pars
35 ſeparetur, quod non fiat executio†, vt patet in
muliere prægnante, quæ non punitur, donec
viſcera ſeparentur, quia ſunt pars ventris, vt l.
1. §. ex reſcripto. ff. de vent. inſpi. & not. glo. in
l. ſi ergo. §. partus. ff. de publi. Quod executio
differatur, probatur in l. prægnantis. ff. de pęn.
ergo & hic cum pars non delinquens nõ poſ-
ſit ſeparari à parte delinquentis dicamus,
quòd non deſtruatur aliquo modo. Sol. Il-
lud eſt verum, quando eſt ſeparabile aliquo tẽ
pore. hic hodie non diuideremus, & per con-
ſequens nec cras, & ſic fruſtra ſpectaremus,
cum eſſet dicere, cum numquam diuideretur,
nec vnquam fieret iſta executio, pro hac diſ-
ferentia facit quod not. in l. niſi. in fin. ff. de tu-
tel. & rat. diſtra.
36 Decimo primo ſic. † Potencius eſt ius ęquè
principale, quàm acceſſoriũ. l. generaliter. ff.
de fideiuſſ. & l. ſi reus. eo. ti. & de duobus reis.
l. ſi reus promittendi. & l. fin. & l. centum ca-
puæ. ff. de eo quod cer. lo. & l. 4. ff. depoſi. cum
37 ſimil. † ſed vbi res principalis venit publicã-
da, & deſtruenda, differtur executio, vt acceſ-
ſorium ſeparetur, vt l. 1. ff. de bon. præſcript.
coniuncta. l. 1. & 2. ff. de pecul. leg. & inſti. de
leg. §. ſi quis ancillas. & per Dyn. in l. ſeruus
vni. ff. de leg. 1. & l. ſeruo legato. §. ſeruus. eod.
tit. multo magis, & in caſu noſtro, cum vtraq;
pars ſit pariter principalis. Sol. eodem mo-
do, quo ſuperius.
38 Decimo ſecundo probatur. † Ita voluntas
teſtatoris, & legis æquiparantur, vt d. §. diſpo-
39 nat. †. Sed vbi quis eſt prohibitus à lege alie-
nare rem ſuam, illa res, ex eius delicto non
poterit perdi, vt C. vnde vi. l. ſi quis in tãtam,
40 in glo. in fin. ſextæ quæſt. † ſed teſtator prohi-
bendo diuiſionem, videtur prohibere aliena-
tionem, vt d. l. 1. C. communia vtri iud. ergo,
41 & cet. Sol. † Illa glo. non bene dicit per l. iu-
bemus nullam nauem. C. de ſacroſan. eccle.
& in d. glo. not. per Cyn. Propterea ego dico,
quòd poſito, quòd iſtud mandatum valeat,
quod tamen fuit ſupra negatum in tertio argu
mẽto: tamen nõ impeditur alienatio, vt dictũ
eſt ſupra in reſponſione ad ſeptimũ argumen
tum; tamen numquid iſte debeat ſtare in com
42 muni. † Dico quòd non, quia fiſcus non ha-
bet iudicio teſtatoris, ſic ab eo non poteſt gra
uari. l. ſic. ff. de leg. 3.
Decimo tertio ſic. Poſito, quòd pars iſtius
delinquentis publicetur, tamen fiſcus non pe
tit

43 tur deſtruere, quod ſic probatur. † Quādocūq; princeps cōcedit aliquid fieri in iure ſuo ſemper intelligitur ſine iniuria alterius. l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publ. ſed ſtatutum loquens, quòd domus deſtruatur permittit in ſuo, ſcilicet poſt publicationem; vt patet ex forma ſtatuti, quod dicit. Quòd bona ſua publicētur, & domus deſtruatur, &c. Et ſic loquitur poſt publicationem; ſed hæc domus nō poteſt deſtrui ſine alterius iniuria, vt ex themate patet. ergo, &c. Sol. Id verum eſt in priuilegijs, & reſcriptis conceſſis ad partis poſtulationem: legem autem edendo facit etiam ſi vertitur in alterius præiudicium. l. ſi. §. filius. ff. de pigno. actio. l. lectos. ff. de periculo & commo. rei vendi. l. venditor. §. conſtat. communia prædior. l. ſi locus. §. fin. ff. quemadmodum ſer. amit. cum ſimil.

44 Decimo quarto ſic. † Quando ſunt duo ſocij; & vnus vtitur re deputata ad vſum, & alius non; potētius eſt ius vtentis ad vſum deſtinatum. l. ſabinus. & l. ſi communis. ff. communia diui. Sed fiſcus volendo rem deſtruere non vtitur ad vſum deſtinatum: ergo, &c. Sol. Ego dico, quòd vtitur ad vſum deſtinatū per ſtatutum: Præterea hoc facit lege permit-
45 tente. † Ergo à ſocio non poteſt prohiberi. l. ſi dominus ſeruium. ff. ad leg. Aquil.

46 Decimo quinto ſic. † Quod etiam nullo modo tranſeat in fiſcum. Quandocunque aliquis actus celebratur volūtarie; ex quo ſequi-
p tur tranſlatio omnium bonorum, [p] bona quæ prohibentur lege alienari, tunc illa in alienatione non tranſeunt, vt patet ex monacho qui voluntarie alienat, ingreditur monaſterium; & eo ipſo ſunt dedicata ſua bona, tamen non emphyteuſis, & alia quæ prohibentur lege alienari, vt not. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. & ibi tex. & glo. Ita dicamus & hic; cum iſta alienatio ſequitur ex actu voluntario, ſcilicet ex delicto, non trahitur ad iſta bona, quæ teſtator prohibuit diuidi, & per conſequens alienari, vt dictum eſt ſupra in ſeptimo argumento. Sol. Iſtud argumentum non obſtat, quia hic non eſt prohibita alienatio, vt ſupradictum eſt; & ſic bene poteſt publicari, vt l. actione. §. publicationis. ff. pro ſocio. ſed tamen reſpondeo ad contrarium aliter videlicet, quod ibi ideo, quia ille non poterat alie-
p nare irrequiſito domino, [p] vt l. fin. C. de iur. emphyt. hic ſic. Item quia ibi dominus habebat ius in re, vt l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtra. pigno. hic non habet alius ius in re, niſi delinquens, quia non publicatur niſi pars ipſius:

præterea ibi eſt tale ius, quod non tranſibat ad heredem extraneum, ſecus autem ſi ad extraneum tranſiret, vt not. Bar. in l. ſi finito. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infe. Hic autem trāſibat etiā ad extraneum, vt ſuperius dictū eſt.

47 Decimo ſexto ſic. † Statuta odioſa ſunt reſtringenda. l. cum quidam. ff. de lib. & poſth.
48 † ſed iſtud ſtatutum; quod puniatur, videlicet qui non delinqueret eſt odioſum, & contra rationem, vt in auth. de mand. princ. §. oportet autem. col. 3. l. ſancimus. C. de pœnis. ergo debet reſtringi & interpretari, vbi alius non
49 pateretur damnum. arg. l. 2. C. de noxal. † Et ſic intelligatur de domibus proprijs, & inſolidum delinquentis, non autem de illis, quas
50 habet cum alio cōmunes. † Maxime ne vrbs deformaretur argu. l. ſenatus. ff. de leg. 1. & l. præſes prouinciæ inſpectis. ff. de offi. præſi. & C. de ædif. priua. l. ſi vt proponis cum ſim. Sol. Ad iſtud vltimum, quòd dicis de deformatione, non eſt dicendum, quia apparet certū; quod ſtatutum de hoc non curat, cum iubeat
51 domos deſtrui. † Et ſic non eſt locus coniectu-
q ræ, [q] vt l. continuus. §. cum ita, ff. de verb. obli-
52 gat. † Ad id ego dico, quod etiam in rebus cōmunibus ſtatutum odioſum habet locum. l. illud. ff. de ritu nupt. ff. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. Ad id quòd dicis, ne quis indebite damnum patiatur. Reſpondeo dupliciter. Primo, quòd illud eſt verum, vt ipſe, qui non delinquit non puniatur, nec hic punitur principaliter conſocius; ſed ſolum pars iſtius delinquentis: vel iſtud eſt verum maleficium puniri, ſecus ſi non poteſt aliter puniri, vt d. §. iu-
53 bet. † Vbi cogitur habere fiſcum in ſocium; qui non eſt bonus, quia ratione partis poteſt totum vendere. Item patet in l. actione. §. pu-
54 blicatione. ff. pro ſocio. † Vbi ſoluitur ſocietas, licet ille ſocius non delinquens ex hoc lædatur.

55 Decimoſeptimo ſic. † In maleficijs in dubio melius eſt maleficium non punire, quam pœ-
r nam imponere, vbi non eſt delictum. [r] l. abſentem. ff. de poen. Sed hic iſta executio non poteſt fieri, quin etiam non delinquens punia-
56 tur. ergo, &c. Sol. † Et hic non punitur niſi delinquens, licet per conſequentiam forte ille habeat damnum, & illud non attenditur. l. 1. ff. de aucto. tuto.

57 Decimooctauo ſic. † Quando teſtator non vult aliquam ſuam rem eſſe penes aliū, quàm
ſ ſuum heredem, ſi fiſcus [ſ] habet bona illius heredis ex ipſius delicto, certe fiſcus tenetur illam nō dimittere, & relaxare, & hoc propter

præce-

præceptum teſtatoris. l.Imperator.ff.de fidei-
58 com.libert.in princi. † Ita & in caſu noſtro, cum teſtator noluerit iſta bona diuidi, etiam fiſcus iſtam voluntatem obſeruare teneatur,
59 & ſic ſtare in communione. Sol. † Illud eſt verum ideo, quia ibi præceptum erat factum in fauorem tertij, ſiue rem prohibitam alienari merito valet,& etiam fiſcus ad illud tenetur, vt dixi ſupra in 6. argumento. Præterea ibi erat tale, quòd non tranſibat ad heredem extraneum, merito nec etiam ad fiſcum: hic ſecus.argumento eius, quòd not.in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus.ff.de dam.inſe.
60 Decimo nono probatur. †Quando teſtator prohibet, vel iubet aliquid fieri circa eius rẽ, contra illud præceptum nõ poteſt fieri, etiãſi illa res alienetur ex neceſſitate, vt l. rogo. ff.
61 de fideicom. lib. † Sed alienatio, quæ fit in fiſcum, eſt neceſſaria; ergo & ipſe fiſcus non poteſt venire contra iſtud præceptum, facit etiam. l.quidam in teſtamẽto, in fi. princ.eod. tit.& l. 1. & 2.ff. de fundo dot. Sol. Ego dico eodem modo, quòd ibi præceptum valebat cum eſſet in fauorem ipſius rei prohibitæ alienari, vt not. in l. filius. §.diui. ff. de leg. 1. hic ſecus. Præterea ibi illud non tranſibat ad heredem extraneum, hic ſecus, vt l.in hoc. §. fin.ff.communi diuid.
62 Vigeſimo probatur ita † per locũ à ſpeciali. Speciale eſt, vt quando ſeruus prohibitus manumitti à teſtatore, à fiſco conſequitur libertatem, quando ipſe vendicauit necem defuncti, & ſic fauore libertatis fiſcus venit contra voluntatem defuncti, vt l. 3. §. verum. ff.ad Syllani.& not.gloſ.in l.2.C.qui ad liber. procla. non licet. ergo in contrarium eſt ius commune; & ſic fiſcus non poſſit diuidere cõ
63 tra voluntatem teſtatoris. Sol. † Ego dico, quòd ibi non eſt ſpeciale, immo ratio illius legis eſt generalis, vbicunque vertitur publica vtilitas permittitur venire cõtra voluntatem defuncti vt ibi; & auth.res quæ.C.communia de leg. ſed hic vertitur publica vtilitas, ſcilicet in puniendo delicto: ergo,&c.
64 Vigeſimo primo. † Prohibendo teſtator diuiſionem, prohibet alienationem, vt ſupra di
f *Perſonalis.* Dyn. in l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. 1. Dida. Couar. lib. 1. variat. reſolut. cap. quinto num. 4. limita, vt per Socci. in tract. fallen. reg. 284. Pater. Quod in herede heredis. Bello. lib. 4. ſupput. iur. ciui. cap. 16. num. 7. Petrus Duena. lib. 1. regularium Vbi. iur. reg. 39. Alex. conſ. 56. lib. 1. & ſupra. num. 82.

g *Voluntatis.* Quod argumētum eſt validum in iur. vt per Iaſ. in l. quҿ legato in prin. ff. de leg. 1. & in l. ſi mihi & tibi. §. 1. num. 4. eod. tit. Dec. in l. in teſtamentis. num. 7. ff. de reg. iur. Hiero. Cagno. in l. in tempus. in fin. eod. tit.

h *Priuilegiatus.* Nec etiam valuit priuilegio contra alium priuilegiatum. Deci. in l. ſi filius familias. num. 4. circa med. ff. ſi cert. petat. Franc. Rip. in l. 1. num. 15. in fin. C. de edendo.

i *Perſonalis.* in num. 8. in litera. c.

k *Conformare.* Dec. in l. ex qua perſona. in ſeconda limitat. ff. de reg. iur. Card. Pariſ. conſ. 33. num. 95. lib. 5. Gramma. deciſ. 93. in cauſa illius. num. 8. & ſeq. Io. Dilet. de arte teſta. caut. 14. de lib. Inſti. vel exhered. Deci. conſ. 85. Curt. Sen. conſ. 63. col. 18. in fin. & conſ. 1. col. fin. Franc. Rip. lib. 3. reſponſo. reſponſione 10. Andreas. Tiraq. in tract. de vtroque retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 9. num. 47.

l *Heredis.* Dec. in l.qui per ſucceſſionem.ff.de reg. iur. Tiraq. in tract. le Mort ſaiſit le Vif. in 5. declarat. in 2.par.num.14.

m *ff.de leg.2.* Aym.Grauet.conſ.180. Dec. conſ.88. & 181.& 182.num.6.Franc.Rip.lib.2.reſponſ.tit. de dicat.reſcrip.cap.10.And.Tiraq.in tract.de ret. tract.in præfat.1.par.num.54.& ſeq. & in tit.1. ſ.31.gloſ.1.lib.1.

n *Alienan.* Arius Pinel.in repet.l.1.in 3.par.nu.18.C. de bonis mater.

o *Omnium bonorum.* Areti.in.ſ. fin.inſti. quibus non eſt per.face.teſt.num.5.Fel.in c. in præſentia num. 14.& 51.extra de probati.Roman.ſing.434.& Socci.in tract. Fallen.reg.180. ingreſſi.

p *Domino.* Limita,vt per Marſi. ſing.28.& 443. Afflic. decil.97.in addi.in ver.vtrum.Socci.in tract. falle. reg.115.emphiteuta.& reg.434.vaſallus.late Tiraq. de vtroq; retrac. in 1.par.ſ.1. num.6. gloſ.2. & in Præfati. primæ par. nu. 16.& 52. Catelli. Cotta in memo.in ver.actus nullus. verſ.emphiteuta.

q *Coniectura.* Rip. in l.1.num.91.ff.ſol. matri. Areti. in.ſ.antepen.num.10.inſti. de iure nat.gen.& ciui. Nicol. Bello.conſ.6.nu.3.ver.vnde,& Alfer. infra conſ.13.num.39.

r *Delictum.* Dec. in l. fauorabiliores.nu.6.Vbi Cag. & in l.nec ex prætorio.num.2.ff. de reg.iur.Cagn. in l.ſemper in obſcuris.num.23.ff.eod.tit. Alcia. de præſumpti.reg.3.præſumpt.44. num.3. Bello. lib.3.ſup.iur.cap.17.Did. Couar.lib.1.variar. reſolut.cap.1.num.2.verſ. Quarto & quid. Coraſ. lib.4.Miſcel.c.1.num.2.

ſ *Fiſcus.* Iaſ.in d. l.filius.ſ.Diui. in ſecuda lectu. nu. 29.ff.de leg.1. Catelli. Cot.in memo.in verb.alienatione.verſ.an vero.

t *Libertatis.* Hiero. Cagn.in l.fin.num.4.& 11.ff.de reg.iur.

u *In.* Et quando eſt compoſita cum adiectiuo, auget ſignificatum. Rip.in rub.ff.ſol.matri.num.2.

x *Heredis.* Bello. lib.4. ſup.iur.cap.16.num.7.Bar.in l.filius familias.ſ.Diui.num.21.ff. de leg.1. Alex. conſ.56.lib.1. late Petrus Duenas lib. 1. reg. vtri. iur. reg. 39. alienationis.

y *Generi.* Limita non habere locum in ſpecie ſubiecti, quia illa exempli cauſa poſita videtur. Bar. in l. quæſitum.ſ.fin.ff.de fundo inſtruct. Nec procedit, quando per Genus quæſitum eſt ius parti inuentæ inauferibile l. generaliter C. qui potenti. Lapus Al leg.88.

z *Proprie.* Rip.in rub.ff.ſol. matri.nu. 61. circa med. Cagno.in l.1.nu.9.& 10.ff. de reg. iur. & in Rub. C.de pactis.num.28. Tiraq. in tract.de pœnis cauſa.37.num.2. Bello lib.4.ſup. iur. cap. 17.nu.3.& aliquando in proprijſsime interpretatur,ne reddatur fruſtatorium.Rip.in l.ſi conſtante.nu.67.ff.ſol. matri.

a *Communem.* Petrus Duenas lib. 1. regularũ vtri.iur. reg.375.fiſcus ratione.& infra num. 133.

b *Cauſa.* Tiraq. limitat.vt in tract.de vtroque retract. in præfatio. primæ par.num.50.& ſeq.& nu.36.& 49. & in tracta. le mort ſaiſit le vif. in quinta declaratione in ſecunda parte num. 8. Alcia. in tract. de præſumptio. reg.1. præſumpt.2.num.3.

c *Petere.* cap.nulli liceat.& cap.ſeq. extra de reb.eccleſ. non alien. Couar.lib.1.variar.reſolut.cap.2. num.8.col.70.& lib.2.cap.16.num.1.Arius Pinel. in repeti.l.1.in ſecunda par.nu.31.& 52. C.de bonis mater.

d *Malis.* Iodo.Duber. in Enchirid. crimin. in proœm. num.3. Coraſ. lib.2. Miſcel. cap.2 num. 31.

e *De Pan.* gloſ. in cap. ſicut. ver. pertinens vt extra de iure iuran.

f *Delictum.* Bar. in l.omne delictum.in princ.ff.de re milit. vbi adde Andr.Tiraq. in tract.de pœn. cauſa 43.nu.6.

g *Legitima.* Bar.in l.cum ex filio.num.2.ff.de vulg.& pupil. Alciat.de præſumpt. reg.1.præſumpt.2. nu. 3.Socci. in tracta. fallen. reg. 283.Nicol.Boeri.cõſ. 50.num.6.& ſeq.Vpizonus in l. filius familias.in ſ.Diui.num.28 ff.de leg.1.infra in conſ.27.nu.2.

h *Vendere.* Petrus Duen. lib. 1. reg. vtri.iur.reg.379 filius ratione.& ſupra num. 117.

i *Publicari.* Late per Catell. Cottam in memor. in ver. teſtamentum,in quo pater, circa medium.

k *Fictionem.* Tiraq. de pœnis cauſa 37. num.2.

l *Bonis ſuis.* & in dubio præſumetur dotaſſe de bonis ſuis. Grauet. conſ.77.& 84. Paris.conſ.80.lib. 3. Afflic. deciſ.178.num.12. & deciſ. ſeq. Alcia. in tracta.de præſumpt.reg.1.præſump.26.nu.1. Rip. in l.1.nu.54.& ſeq. ff.ſol.mat.

m *Alienari.* Socci.in tract.fallen.reg.324.& 12. Bello conſ.9.nu.16.late Arius Pinell.in l.1.nu.102.C.de bon.mater.

n *Lucratiuus.* Alex. conſ. 71.nu. 1.lib.4. Pinel. vbi ſ. in 3. par.folio. 456. verſ. Infertur trigeſimoprimo. c.eod.tit.

o *Reſtrictio.* Bal. in l.1.col.1.ff. qui & à quibus.

p *Suo.* Quomodo ſit intelligendum, vide Coraſ. lib. 2.Miſcel. cap.14. num.7.

q *Diuiſionem.* Bal. in l.1.in fin.ff.de rebus eorum.

r *Pactum.* Socci.in tract.fallen.reg.149.& Cagno.in l.ſi quis maior. nu. 5. C.de tranſact.

ſ *Teſtis.* Late Did. Couar.lib.2.variar.reſolut.cap.13. nu.7.vbi multa.vt vnũ loco omnium allegem.

t *Legum.* quod argumentum à connexione eſt validum,vt per Doct.& maxime Alex.in l.Gallus.ſ.& ſi le caſus,num.13.ff.de lib.& poſt. Hiero.Cagn.in l. 1.nu.17.ff.de reg.iur.vt in l.1.num. 88. C.de pact.

u *Index.* Quid in iudice delegato Nicol. Bello lib. 3. ſuppu.iur.cap.18.per totum.

x *Teſtium.* Alciat.in tract. de præſumpt.reg.2. præſumpt.23. num. 6.& infra nu. 286.

y *Extra Iudicium.* Ang.in conſ.299.num.5.Inno. in cap.cum dilectus.ex.de electio.

z *Geſtis confeſſionem.* Gloſ. cap.fin.extra eod.tit. Socci.in tract.fallen.reg. 66.

a *Filiationis.* Petrus Duen. lib. 1.regula Vtri.iur.reg. 342.filiatio & ſeq.

b *Teſtes contrarij,* non creditur Alex.conſ. 18.num. 9.lib.3.& 23.l.3.num. 10.& 127.num.8.& lib. & conſ.lib.2.num.10.& 43.lib.4.Dec.cap.9.num. 16.extra de probatione.

c *Contrarius.* Limita vt per Socci.in tract.fallen.regula 9.confeſſio.gloſ. can.apud miſericordiã 22.q.1.

d *Punitur.* Dida.Couar.lib.1.practi.qq.cap. 18. nu. 9.limita

§.limita. vt per Socci. in tract. fallen. reg. 428. teſtis. Marrant. de ord. iud. in 6. par. prin. in 12. actu. num. 2. & per totum.

e Iudicis. Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. num. 2. verſ. Sexto. & lib. 1. practi. qq. cap. 18. Dec. cap. 9. nu. 6. extra de probat. Gramma. conſ. crimin. 1. num. 8. & ſeq. cap. cum cauſam. extra de teſti. & ſupra num. 176.

f *Quis intelligo.* Bal. in l. precibus. C. de impuber. & l. cum non ſolum. §. neceſſitatem. C. de boniſq. lib. Areti. §. nec reſponſa. nu. 4. Iuſti. de iure natu. Alex. conſ. 92. nu. 4. lib. 2. & conſ. 55. nu. 30. lib. 4.

g *Dictum cum ſigillo.* Couar. lib. 1. practi. quæſtionum cap. 19. num. 2.

LVD. ALFERIVS ATNEPOS.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non rumpit vel nullum non dicit ille præteritus qui ab inteſtato non ſuccedit limita non procedere vt num. 7.*

2 *Filius emancipatus ex eo quia ab inteſtato de iure ciuili nõ ſuccedit teſtamentum non rumpit. amplia vt infra num. 8.*

3 *Statutum quod priuat fœminas à ſucceſſione paterna eſt odioſum & eſt reſtringendum vt num. ſeq.*

4 *Statuta odioſa ſunt reſtringenda.*

5 *Verbum, extante fratre, in ſtatuto poſitum debet intelligi in ſuo potentiori ſignificatu, id eſt de vtrique coniuncto. & num. ſeq.*

Verba ſunt intelligenda in potentiori ſignificatu d. nu.

6 *Frater vtrinq; cõiunctus eſt perfectior fratre vterino.*

7 *Teſtamentum rumpit vel dicit nullum ille præteritus, qui habet ſpem, vel habere poteſt ſuccedendi ab inteſtato, licet in veritate ab inteſtato non poſſit ſuccedere & num. 12.*

9 *Filia per contra tabulas teſtamentum in totum rumpit, licet ſuccedendo ſibi portio per ius decreſcendi diminueretur.*

10 *Quis ad rumpendum teſtamentum admitti non debet, quod ruptum ſibi non prodeſt.*

11 *Forma quæ obſeruari debet in teſtamentis.*

13 *Argumentum de maiori ad minus eſt validum.*

14 *Filiæ præteritę teſtamentum non poſſunt impugnare, quando vigore ſtatuti ab inteſtato repelluntur propter fratrem.*

Quomodo intelligatur d. num.

§. Itẽ liberis inſti. de hered. qui ab inteſta. deferun. in quo caſu loquitur d. num. & per totum argumentũ.

15 *Præteritio eius, qui ab inteſtato nõ ſuccederet alio ſibi obſtante, vel præcedente, teſtamentum non vitiat.*

16 *Intellige etiam verum, quando præteritus non eſt primus in gradu ſuitatis.*

17 *Teſtamentum remanet nullum, licet ceſſet impedimentum præteritionis, & maxime quando dictum vitium ceſſat poſt mortem teſtatoris.*

18 *Paria ſunt filium non extare, vel eſſe excluſum. Contrarium nu. ſeq. & 21. Et de intell. nu. 122.*

20 *Quando quis priuatur poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione tractatur, tunc; quod ipſe non capit, vadit ad alium per ius accreſcendi.*

22 *Teſtamentum non rumpit, ſi præteritur, ille, qui tempore teſtamenti non ſuccedit aliquo ſibi obſtante, licet poſſit habere ſpem ſuccedendi.*

23 *Teſtamentum non vitiat ille præteritus, qui tempore mortis teſtatoris non poterat ſuccedere ab inteſtato alio ſibi obſtante, licet poſt mortem teſtatoris illud obſtaculum tollatur.*

24 *Teſtamentum non vitiat ille præteritus, qui ab inteſtato, non poterat ſuccedere, licet ex teſtamento inſtitutus potuiſſet ſuccedere.*

25 *Statutum remouens filias à ſucceſſione fratris, non cenſetur remouere ipſas à ſuitate.*

26 *Teſtamentum non vitiat ille, qui habuit ſuam legitimam, licet in alio ſit præteritus, intelli. vt num. 29. & ſequen.*

27 *Filius teſtamentum impugnare non poteſt, ſi ſuam legitimam habuit, licet in alio ſit præteritus.*

28 *Statutum priuando filias dotatas videtur arbitraſſe dotem eſſe ſufficientem ſibi portionem.*

30 *Teſtamentum eſt nullum, quando filius non eſt inſtitutus, vel exheredatus, licet pater in vita dediſſet ſibi quarta.*

31 *Præteritus contra teſtamentum nullo modo venire poteſt, quando ſibi aliqua lege ab inteſtato prohibebatur ſuccedere. vbi de intell.*

32 *Statutum eſt lex in ſuo municipio, & ibi eſt ſeruanda.*

33 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione eſt validum.*

34 *Statutum priuans filias à ſucceſſione, prohibet etiam dominium continuari.*

35 *Teſtamentum valet, ſi præteritur aliquis, qui tempore teſtamenti in ſtatu ſit, quod ab inteſtato non ſuccederet, licet poſſit habere ſpem ſuccedendi, etiam ſi ſpes ſit de iure communi, & haberet tractum retro, ſi illa ſpes non euenit.*

36 *Præteritus, qui ab inteſtato ſuccedere non potuiſſet licet inſtitutus ſuccedere valuiſſet teſtamentum non vitiat, vt ſibi, vel per eum alij via contra teſtamentum aperiatur.*

37 *L. non putauit. §. in adoptionem. ff. de bonorum poſſ. contra tabul. cõiuncto §. ea demum inſti. de heredi. quæ ab inteſt. loquitur in illis, qui habentur loco extraneorum, per tranſitum in aliam familiã.*

38 *Excluditur quis propter alium, licet ille, per quem excluditur non ſuccedat, tamen excluſus non admittitur, in ſeq. vbi de intell.*

39 *Ius accreſcendi tollitur per dationem ſubſtituti.*

40 *Subſtitutus licet non ſuccedat, tamen coheres non admittitur.*

41 *Filiæ dotatæ debent excludi propter fratrem ſtante ſtatuto ſupradicto, licet frater non ſit heres in ſolidũ.*

42 *Statutum excludens fœminas propter maſculos vel ſpectum cauſa conſeruandarum familiarum, & agnationem. & num. 94.*

43 *Frater quantumcunque conſanguineus tantum eſt agnatus.*

44 *Verba in dubio debẽt intelligi in potentiori ſignificatu.*

45 *Fratris appellatione intelligitur de perfectiori & ſic de vtroque coniuncto & num. 88.*

46 *Statutum excludens fœminas à ſucceſſione eſt odioſum, & reſtringendum & num. 87.*

Oppo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

47 Opponi poteſt tua non intereſt, quanto quis vult venire contra teſtamentum.

48 Filius inſtitutus, quando quis ex ſua perſona no poteſt venire contra teſtamentum, nec poteſt etiam opponere de præteritione alterius contra num. 50.

49 Fundare quis non debet in iure alterius contra nu. 51.

52 Creditum alijs non committit ille cui ab alijs committeretur contra per totum argumentum.

53 Filijs exheredatis committitur ius nullitatis.

54 Filius datus in adoptionem habet contra tabulas beneficio alterius præteriti, limita vt ibi.

55 Quando quis vult venire ad rumpendum teſtamentum beneficio alterius, eſt neceſſe quod ille ex cuius beneficio vult venire primo illud intentet.

56 Ille præteritus, qui eſt in tali ſtatu, quod ab inteſtato non ſuccederet, licet haberet ſpem recuperandi ſtatum ſucceſſionis per mortem vel voluntatem alterius teſtamentum non vitiat.

Filius datus in adoptionem, præteritus à patre naturali teſtamentum non vitiat, licet finiretur adoptio, vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem. d. num.

57 Argumentum de contractibus ad leges bonum eſt.

58 Filius, qui renunciauit per pactum iuri ſuccedendi aliquo recepto, præteritus teſtamentum non rumpit.

59 Filia, quæ renunciauit ſucceſſioni ab inteſtato recepta dote ſi in teſtamento præterita illud non vitiat.

60 Argumentum de parte quoad partem eſt bonum, ſicut de toto quoad totum, & num. 98.

61 Amplia etiam in materia ſucceſſionum.

62 Filius ex filia qui ab inteſtato ſuccedit cum diminutione tertiæ partis, præteritus teſtamentum non rumpit, quo ad illam partem minutam contra num. ſeq.

63 Argumentum de parte quoad partem, eſt probabile non neceſſarium.

64 Filius ſuitate priuatus præteritus teſtamentum non rumpit, & num. ſeq.

65 Filia excluſa à ſucceſſione per ſtatutum priuata ſunt ſuitate, contra nu. ſeq. & infra in materia. nu. 69.

66 Bar. in l. 1. §. ſi quãdo quis inteſtatus. ff. de ſuis, & legit. male loquitur.

67 Filius exheredatus, ſuitate nõ eſt priuatus, quia tunc nepos ex eo dicit nullum.

68 Ille qui eſt priuatus iure ſuccedendi, ſiue ſuitate, licet poſſit ipſum recuperare per ius, quod fingeret retro non perditum, ſi eſt præteritus, teſtamentum non vitiatur.

70 Inducens alium modum ſuccedendi contra teſtamentũ venire non poteſt ab inteſtato, quia eſſet vitium inducere.

71 Cauſa quæ excludit à querela, excludit etiam à dicendo teſtamentum nullum.

72 Quando quis ab inteſtato propter aliquem excluditur ille præteritus contra teſtamentum non admittitur, ſi ille qui ab inteſtato cum excluderet eſt inſtitutus quantumcunq; ex modica parte.

73 L. ſi ex modica. ff. de bonis liber. & §. ſed noſter inſt. de ſucceſs. liber. in quo caſu loquantur.

74 Bar. determinatio in l. 1. §. filium. ff. de contra. tabul. non eſt vera.

75 Duo remedia quando ſunt, quorũ vnũ competit contemplatione alterius, ſublato vno tollitur & reliquum.

76 Teſtamentum rumpitur etiam vbi quis non ſuccedit.

77 Teſtamentum impugnare non poteſt ille, qui accepit in vita, & renunciauit ſucceſſioni ab inteſtato, niſi quatenus minus habeat legitimam.

78 Portio quæ debetur iure inſtitutionis, ſi recipitur inter viuos, poſt mortem ipſius conqueri non poteſt.

79 Relictum non computatur in quartam quæ debetur iure inſtitutionis.

80 Filia accipiens dotem in vita patris, non debet priuari ſucceſſione, quia potuit cogitari, vt in teſtamento pater eſſet ſibi gratus.

81 Præteritio filij in poteſtate reddit teſtamentum nullũ.

82 Amplia etiam ſi fratres ſint inſtituti, ſiue ſit maſculus ſiue ſit fœmina.

83 Filia dotata eſt in poteſtate.

84 Præteritio filij non nocet, quando ab inteſtato non poteſt ſuccedere.

85 Præteritio filij qui ab inteſtato poſſit ſuccedere reddit teſtamentum nullum.

86 Statutum prohibens filias dotatas ab inteſtato ſuccedere extante fratre eſt odioſum. contra num. 89.

87 Statutum odioſum eſt reſtringendum.

88 Statutum excludẽs fœminas à ſucceſſione propter fratrem, de quo fratre eſt intelligendum.

90 Statutum fauorabile eſt extendendum.

91 Reipublicæ intereſt agnationem conſeruari.

92 Filia licet ab inteſtato non ſuccedat, tamen præterita gradum recipit à quo præteritur.

93 Statutum priuans filias dotatas à ſucceſſione propter fratres eſt factum in fauorem filiorum.

94 Fauores non ſunt retorquendi in odium illius, cuius cauſa facti ſunt.

95 Voluntates defunctorum non debent pendere ex alieno arbitrio.

95 Filius, qui habet ſpem ſuccedendi ab inteſtato propter remotionem alicuius obſtaculi præſentialiter exiſtentis, ſi præteritus rumpit gradum, vnde præteritur, etiã antequã illa ſpes verificetur, ſiue eueniat.

97 Spes mortis non debet expectari.

98 Argumentum bonum eſt de parte quo ad partem, ſicut de toto quoad totum.

99 Filius præteritus rumpit in totum teſtamentum, licet ab inteſtato non ſit habiturus niſi partẽ, & nu. 101

100 Forma vitiata vitiatur & forma tum.

102 Poſthumus ſemper rumpit teſtamentum ad ſuum commodum.

103 Teſtamentum vitiatur per præteritionẽ filiarum ſtante etiã ſtatuto prohibente filias dotatas ſuccedere ab inteſtato, extante fratre.

104 Nepotes ex filia, qui ſuccedunt cum patruis cum diminutione tertiæ partis præteriti teſtamentum vitiant.

105 Multum intereſt, an quis priuetur ſucceſſione poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione tractatur, an priuetur in vita.

106 Statutum priuans filias dotatas ea ratione quod pater dotauit dotem ſufficientem pro earum portione, valet.

107 Præteritio filij qui aliquid habuit, quod in legitima ſit ſibi computandum, vitiat teſtamentum ſi ab inteſtato ſuccederet.

108 Hæreditas quæritur patri per filium.

109 Ius rumpendi teſtamentum non quæritur patri per filiũ.

110 Pinta

110 Plura iura habens, & aliquo priuatus aliud retinet.

111 Teſtamentum rumpitur per aliquē, licet non ſuccedat.

112 Sublato vno iure, quod ordinatur contemplatione alterius, tollitur etiam & illud.

113 Actio datur ratione affectionis, vbi aliter non daretur, etiam ſi ſit actio odioſa. limita vt num. ſeq.

115 Beneficium venale dicitur, quando quis habet ius, per quod poteſt ad hæredem vocari, licet non poſſit hereditatem retinere, nec conſequi, & vtitur ad commodum alterius.

116 Statutum tantum operatur quantum pactum.

117 Filius preteritus per pactū à iure ſuccedendi, vel rumpendi, excluſus non preiudicat quando alius eius beneficio poſſit rumpere, an ſit verum in fine arg.

118 Ius quæſitum non poteſt alteri auferri.

119 Fauori & iuri pro ſe introducto quilibet poteſt renunciare.

120 Habilitas quando requiritur certo tempore, ſuperueniens poſtea non ſufficit.

121 Inducta in fauorem alicuius, vertitur alia ratione in eius odium, quādo qualitas ſiue habilitas mutatur.

122 Filium non extare videlicet extare & non ſuccedere paria ſunt.

123 Filius non debet ſuccedere, quando habetur loco legatarij.

124 L. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſth. in quo caſu loquatur.

125 Filius in legitima haberi debet loco heredis, quando tractatur de valore teſtamenti.

126 Quando quis priuatur hereditate, ex eo quod alio defertur, ſi ille cui defertur non ſuccedit, iſte non priuatur.

127 Subſtitutus tollit ius accreſcendi, tamen non tollit ſi ipſe non poteſt ſuccedere.

128 Nolle & non poſſe paria ſunt.

129 Filio preterito nolente vti iure rumpendi, alius poteſt vti.

130 Quando eſt preteritus talis filius, qui interim non poteſt ſuccedere ab inteſtato, tamen ſpes eſt quòd poſſit, licet ipſe interim non rumpat, alius tamen eius beneficio poteſt rumpere, & per totum.

131 Argumentum à coniunctione duarum legum bonū eſt.

132 Filia dotata excluſa à ſtatuto, poteſt habere ſpem ſuccedendi propter remotionem fratris, vel etiam de conſenſu fratris.

133 Statutum eſt lex ciuilis ſui municipij.

134 Filius olim de iure ciuili non poterat ſuccedere ab inteſtato, veniebat tamen per extra tabulas, vbi erat præteritus.

135 Iura loquentia in cauſa inteſtati non habent locum facto teſtamento.

136 Emancipatus olim de iure ciuili non admittebatur, nec ex teſtamento, nec contra teſtamentum, an hoc hodie ſit immutatum, & quid ſeruetur.

137 Filij omnes connumerantur in ſortiendo ſine faciendo legitime quantitatem, prout ſunt in rerum natura, licet ad legitimam non veniant.

138 Portio venientium ad legitimam non augetur nec minuitur per non venientes.

139 Succeſſor titulo ſingulari licet coniunctus coniunctione legali, non habet ius accreſcendi in proprietate. contra num. 143. & 144.

140 Filius eſt ſucceſſor ſingularis.

141 Lex vocat filios vltra numerum quantū ad ſemis ſem.

142 Succeſſio & legitima eſt tertia ſpecies ſucceſſionis.

143 Dictum ſupra num. 139. quomodo procedat, & de intelligentia multorum iurium.

145 Quando quis ſuccedit ex aliquo iure ſpeciali, vel beneficio, & tamen in effectu portio ad quā de iure communi vocatur ex aliquo caſu ei minuitur, ita quod in effectu inueniatur minus habere, quàm illi, qui de iure communi ſuccedunt certe quo ad portiones faciendas viriliter denominatur, & quod vnus ex eis minus capit non impinguat partem alterius, qui ſimiliter de iure ſpeciali vocabatur.

146 Prætor vocat ex ſuo beneficio contra ius ciuile filios emancipatos ad ſucceſſionē, tamen cum onere collationis bonorum ſuorum.

147 Teſtator circa legitimam prohibere non poteſt.

148 Quod alius confert non dicitur eſſe de bonis teſtatoris ſed propter bona ſibi obuenientia.

149 Statutum prohibens filiam dotatam à ſucceſſione ab inteſtato hoc facit arbitrans dotem debere reputari ſufficientem.

150 Filia quando aliquid recepit in vita pro ſua portione & renunciat, talis renunciatio valet.

151 Lex non poteſt minus quàm pactum.

152 Ius accreſcendi nō habet, qui iure ſpeciali in certa portione ſuccedit cum illo qui ab vniuerſali ſucceſſione excluditur.

153 Quando plures ſunt, qui vocantur ad ſucceſſionem, ex aliquo ſpeciali beneficio, ſi vnus ex eis non vult vel non poteſt venire in portione alteri faciēda, viriliter dinumerantur nec per iſtum excluſum portio alterius augetur.

154 Ius ſuccedendi in legitima eſt datum filijs ex ſpeciali beneficio ſiue priuilegio. & nu. 154.

155 Frater excluſus poteſt petere iterum admitti & facit alijs partem.

156 Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes beneficio ſpeciali.

158 Ius accreſcendi non habet locum in legatis, ſecus in hereditate.

159 Filij debent habere titulo inſtitutionis.

160 Ius non decreſcendi habet locum etiā in legatis, quantumcumq; ex ſpeciali beneficio.

161 Ius accreſcendi non poteſt habere locum in proprietate, quando alicui eſt ius quæſitum.

162 Filio etiam viuo eſt quæſitum ius in legitima, quia habet obligationem. & de qua obligatione intelligatur & an impediat ius accreſcendi. num. ſeq.

163 Obligatio quæ venit de iure naturali primæuo non impedit ius accreſcendi.

164 Filius licet non admittatur nec admitti ſperet ad partem, tamen ipſe connumeratur, vt faciat alijs partem, & quare.

165 Non refert vtrum ego ſuccedā per me an alius pro me vt ſibi partem faciam.

166 Statutum priuans filias dotatas ea ratione facit, vt portio quæ deueniret ad eas, deueniat ad fratrem.

167 Filius priuatus facit partem alijs, licet ipſe non ſuccedat, quando vno & eodem actu in vita eius de cuius ſucceſſione tractatur, priuatur, & illa portio, qua priuatur alijs confertur intellige. vt nu. 169.

168 Sta-

168 *Statutum quo cautur, quòd extante fratre filia dotata non ſuccedat, excludit filiam, & fratrem includit eo [illegible] actu.*

170 *Exheredatus, & ille qui non ſuccedit facit conditionē exiſtere, quando aliquid defertur ſub conditione exiſtentium liberorum.*

171 *Semis defertur quando ſunt vltra quatuor liberi.*

172 *Intellige ſi ſui poterunt ab inteſtato ſuccedere.*

173 *Quando plures ad vnam portionem vocantur, & vnus no ſuccedit, tāquam habitus pro mortuo, alius habet totum.*

174 *Excluſas per pactum aliquo recepto, à ſucceſſione deriuatur, vt aliis in computatione legitime partem faciat, & infra num. ſeq.*

175 *Filiæ dotatæ, quando excluduntur à ſucceſſione per legem, quia habent dotem debent dinumerari in numero filiorum, vt fratri partem faciant.*

176 *Patronus quando no habet totam partem in donatione, poteſt petere per contra tabulas.*

177 *Ius accreſcendi habet locum inter coniunctos coniunctione legali, & reali.*

178 *Hæres ſi eſſet liberatus ab vno ex coniunctis pro minori quantitate quam ſibi eſſet relictum.*
Alius coniunctus non habet ius accreſcendi.

179 *Ius accreſcendi habet locum, quando quis ſuccedit de iure ſpeciali quoad illum, qui ad illud beneficium non poteſt ſuccedere, Intellige vt num. 183.*

180 *Extraneus non admittitur ad relictum ſibi factum in teſtamento facto à patre inter filios, ſed ipſi filij capiunt.*

181 *Filij ad legitimam vocantur ex ſpeciali beneficio.*

182 *Lex municipalis debet ſeruari in ſuo municipio.*

183 *Ius accreſcendi habet locum in hæreditatibus.*

184 *Mors eius, de cuius bonis tractatur, inſpicitur quoad legitimam.*

185 *Diſpoſitio, quando ab ipſo initio habuit effectum, ſi poſtea ille in quo erat diſpoſitum non poſſit capere, vadit ad coniunctum, ſiue incapacitas, vel defectus ſuperueniat poſt diſpoſitionem, & ante mortem eius, de cuius morte agitur, ſiue poſt eius mortem.*

186 *Ius quæſitum habet filius in legitima ſtatim natus.*

187 *Legitima in vita Patris filio non debetur.*

188 *Filius habet hodie legitimam iure inſtitutionis, & ſic titulo vniuerſali.*

189 *Inſtitutus habet ius accreſcendi.*

190 *Decedere quis non debet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

191 *Ius accreſcendi habet locum in legitima, & quare & quando.*

192 *Ius accreſcendi habet locum inter coniunctos titulo vniuerſali, etiā ſi ſint coniuncti cōiunctione legali.*

193 *Filius & filia dotata excluſa ſunt coniuncti titulo ſingulari.*

194 *Ius accreſcendi habet, qui ſuccedit de iure ſpeciali cū vniuerſali ſucceſſore, etiam ſi diuerſo iure admittantur.*

195 *Ius accreſcendi habet locum inter coniunctos coniunctione reali, etiamſi ſingulari titulo coniungatur ipſis volentibus. Et excluditur vniuerſaliter inſtitutus.*

196 *Subrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locū ſubrogatur, maxime quando ſubrogatur ab iiſdem principijs. Intellige vt num. 199.*

197 *Actio ad ſupplementum eſt ſubrogata in locū querelæ.*

198 *In querela ſi vnus non admittebatur, cuius portio alteri accreſcebat.*

200 *Differentia eſt inter priuatum ſua voluntate, & cōtra eius voluntatem.*

201 *Argumentum de filiis legitimatis per dationem curiæ ad filios ab initio legitimos & naturales valet.*

202 *Filius legitimus per dationem curiæ, ſi ad legitimam non vult, committi alijs accreſcit.*

203 *Plures quando vocantur ad vnum, ad quod ſi vnus non admitteretur, nec admitti ſperatur, alij habēt totū.*

204 *Coniunctus ex verbis tantum potior eſt quam ſit heres vniuerſalis.*

205 *Legitima dinumeratur ſecundum portionem, quam quis eſſet habiturus ab inteſtato.*

206 *Legitima dinumeratur ratione filiorum naturaliter exiſtentium non inſpecto: an ab inteſtato poſſint ſuccedere vel non.*

207 *Legitima quæ debetur patronis, ſi vnus ex patronis viuo liberto ſit inſucceſſibilis, vel poſt mortem liberti repudiet, totum remanet integre penes alium.*

208 *Legitima patronorum eſt vniformis ſiue vnus ſit patronus, ſiue ſint plures.*

209 *Patronus quando excluditur à legitima quomodocunque, alius habet totum, cum nullus concurrat cū eo.*

210 *Plures filij ſi debent vocari poſt mortem patris ad aliquam rem, vel portionem, ſi vnus priuatur, inuita, alij habent totum, & ille priuatus non facit partem.*

211 *Ius accreſcendi habet locum inter coniunctos coniunctione legati, ſi ex eadem diſpoſitione, & eadem ratione vocantur inter eos vt num. ſeq.*

212 *Filij in legitima coniunguntur eadem diſpoſitione ſcilicet legali & naturali.*

213 *Ius non decreſcendi habet locum, etiam in ſucceſſione de iure ſpeciali.*

214 *Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes beneficio ſpeciali.*

215 *Filiæ excluſæ à ſtatuto an & quando, & in quibus caſibus alijs partem faciant.*

216 *Filiæ excluſæ à ſtatuto poſt mortem patris, non debent dinumerari, vt aliis partem faciant, etiamſi per filium agatur actione ad ſupplementum.*

217 *Diſpoſitio quando fit contemplatione alicuius; illi applicatur comodum, cuius contemplatione fit prouiſio.*

218 *Statutum priuans filias dotatas, eſt factum in fauorem filiorum.*

219 *Tortio fœminæ, quando propter maſculum ab inteſtato in aliquo minueretur, illud quod minueretur ab inteſtato, facto teſtamento, & ſi ſit locus tractari de legitima, impinguat legitimam filij.*

220 *Priuatus à ſucceſſione per legem non connumeratur vt faciat alijs partem.*

221 *Legitima portio quando pluribus debetur, ſi vnius non poteſt capere vel petere, alius ad totum admittitur iure accreſcendi, ſi ex perſona ſua habet ius petēdi, licet non ad ſolidum. & quare.*

222 *Verbum accreſcere, aliquando ſignificat decreſcere.*

223 *Gloſ. in authen. de trien. & ſemiſſ. §. excipiatur, noluit allegare. §. quod ſi legitimorum in authen. de naturalibus libe. curiæ deputare.*

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA.

IOannes Ciuis Cortonenſis
habens vnicum filium ex
primo matrimonio. Et ex
ſecundo matrimonio habēs
quinque filias, quarum duæ
nupſerunt, & ab ipſarū ma-
tre dotatę fuerunt ſuperſtite dicto Ioanne, cō
didit teſtamentum, in quo inter cetera d. filio
reliquit iure inſtitutionis, decē, & alias tres
filias qui non nuſperant, inſtituit heredes vni
uerſales de nuptis verò nullam mentionē fe-
cit, & ita deceſſit. Modo quæritur: Nunquid
dictum teſtamentum valeat, & ſi valet nun-
q́d legitima dicti filij ſit triens, vel ſemis, & ſi
ſemis, nunquid ille quæ minus habent filiæ
dotatæ in dotem, quam eſſet eorum portio ha
beāt legitimā huius filij impinguare. Et hoc
ſuppoſito ſtatuto Ciuitatis Cortonæ quo ca-
uetur. Quòd filia dotata à Patre, vel à matre
neutri eorum ſuccedat ab inteſtato exſtante
fratre d. filiæ.

1 Et quòd teſtamentū valeat probatur ſic. † Il
le præteritus teſtamentum non rumpit; vel
nullum non dicit, qui ab inteſtato non ſucce
2 dit. † Hoc patet in filio emācipato, qui ex eo,
quod iure ciuili ab inteſtato non ſuccedebat,
teſtamentum nō rumpebat vt inſt. de exher.
liber. §. emancipatos. Sed hic iſtæ filiæ ab inte
ſtato non ſuccederent obſtante fratre vigore
prędicti ſtatuti: ergo earum præteritione teſta
3 mentum non vitiatur. Solutio. † Ego dico,
quòd iſtud ſtatutum, quod priuat feminas à
a ſucceſſione paterna eſt odioſum [a] l. maximū
vitium. C. de lib. prætent. & l. lege. C. de leg.
4 b hered. † Ergo reſtringendū [b] l. cū quidā. ff. de
5 lib. & poſth. cap. odia de reg. iur. lib. 6. † Et ſic
intelligitur iſtud verbum exſtante fratre, ſcili
c cet in potiori ſignificatu [c] arg. l. 1. §. qui in per-
petuū. ff. ſi ager. vect. vel emph. peta. Et ſic de
6 vtrinque coniuncto qui. † eſt perfectior fra-
tre. in auth. de cōſangui. & vteri. fratri. in prin
7 ci. ibi profectioribus & c. & in gloſ. † Vel ali
ter contrarium procedit, vbi quis nullo mo-
do habebat ſpem ſuccedendi ab inteſtato: ſe-
cus autem vbi quis habet ſpem, vel habere po
teſt, licet in veritate non poſſit ſuccedere ab
8 inteſtato. l. ſi poſthumius. ff. de lib. & poſth. †
Vel aliter contrarium loquitur, quando quis
erat factus extraneus, & fuit emancipatus, &
ſic deſierat eſſe ſuus. Secus autem hic, quia nō
9 propterea deſinit eſſe ſua. † Nam & alias li-
cet filie ſuccedendo diminuatur ſibi portio
per ius decreſcendi, tamen per cōtra tabulas
teſtamentum in totum rumpebat. l. maximū
vitium. C. de lib. præteri.

10 Secundo ſic. † Quis non debet admitti ad
rumpendum, quod ruptum ſibi non prodeſt
arg. l. ſi poſt mortem. §. exheredati liberi. ff. de
bonor. poſſeſ. cont. tabul. quia non fauemus
alicui in rumpendo, qui rupto teſtamento
non ſuccederet, vt ibi not. ſed poſito, quòd
dictum teſtamentum rumperetur, & res redu
ceretur ad cauſam inteſtati, iſtæ filiæ non ſuc-
cederent obſtante ſtatuto propter fauorem
ſuperſtitis, ergo eorum præteritio nō nocet.
Sol. Iſtud eſt verum, quando teſtamentum va
11 let, & tenet, † quia erat ſeruata forma tradita
in l. inter cetera. ff. de lib. & poſthu. Vel ibi lo-
quitur, quando certum erat omni caſu eos eſ
12 ſe excluſos. † Hic autem poterat habere ſpem
ſuccedendi, quod ſufficit l. ſi poſthumus à pri-
mo. ff. de lib. & poſth. Pręterea ſecundū gloſ.
ibi in d. §. exheredati liberi, haberet aliud reme
dium de iure ciuili, hic vero nullum.

13 Tertio ſic. † Per argumentū à maiori, quod
d eſt validum, [d] aut multo magis. C. de Sacro
ſancto. Eccleſ. ff. de mino. l. quod ſi minor. §.
Scęuola. verſ. Multo potius probatur in l. 1. §.
14 ſed ſi conſulto. ff. de his qui in teſta. delent. †
Sed iſtæ filiæ ab inteſtato repellūtur propter
fratrem vigore ſtatuti, multo minus pręteritæ
teſtamentum non poſſunt impugnare. Inſtit.
de hered. quæ ab inteſt. deferunt. §. item libe
ris vbi hic modus arguendi probatur. Sol. ibi
loquitur vbi inſtitutio non erat de forma, hic
autem inſtitutio erat de forma. l. inter cetera.
ff. de lib. & poſth. Pręterea ibi filius erat factus
omnino extraneus per translationem in fami
liam alterius l. in omni. ff. de adoptio. Hic au-
tem iſtæ filię erant in poteſtate, & poterant
habere ſpem ſuccedendi not. l. maximum vi-
tium. ff. de lib. & poſth. per Bal. Prætereae aliud
eſt hic, quando Pater fecit teſtamentum, nam
ſtatutum priuans ipſas ab inteſtato hoc fecit
quia præſūpſit, quod ſi pater feciſſet teſtamen
tum eas priuaſſet, ſed cum fecit teſtamentū,
ſtatutum ſe non impedit, nec pro patre ſump-
ſit conſilium, cum ipſe potuerit ſibi prouide-
re arg. l. 1. C. de pecul. eius qui liber. mer. &
ff. de condi. inſti. l. 1.

15 Quarto ſic. † Pręteritio eius, qui ab inteſta-
to non ſuccederet alio ſibi obſtante, vel pre-
cedente; teſtamentum non vitiat. l. ſi quis po-
ſthumo. §. ſi Titium. ff. de lib. & poſth. Sed hic
iſtæ filiæ ab inteſtato non ſuccederent pro-
pter fratrem, qui eis ab inteſtato pręfertur, er-

go earum pręteritione teſtamentum non vi-
16 tiatur. Sol. † Illud eſt verum, quando ipſe non
eſt primus in gradu ſuitatis, hic autem erat in
primo gradu ſuitatis, vnde ab inteſtato pote-
rat ſuccedere ex earũ perſonis met; Vel quia
ſtatutum non habet locum in iſto fratre vt di-
xi ſupra in primo contrario, vel ſi dicamus ip
ſas excludi, excluduntur poſt mortem patris
vt patet ex verbis ſtatuti, & ſic interim in vita
17 non erunt excluſę. † Ergo licet ceſſet impe-
dimentum tamen teſtamentum remanet nul
lum l. ſi filius. §. in poteſtate. ff. de lib. & poſth.
maxime cum ceſſet dictum vitium poſt mor-
tem teſtatoris, vt not. in l. cũ ſecundo. ff. de in
iuſt. rupt. & irri. Teſta. p Bar. vel ratione ſpei,
quam poterant habere, teſtamentum vitiatur
l. ſi poſthumus à primo ſuperius. ſæpius alle-
gatum.
18 Quinto ſic. † Paria ſunt filium nõ extare,
vel extare & eſſe excluſum l. per ſententiam.
l. ſi necem. §. de portati. ff. de bon. liber. & l. 1.
§. deportatos. ff. de contra tabulas & ff. de lib.
& poſth. l. ſi Gallus. §. & quid ſi tantum l. pater
filium ff. de inoffi. teſtã. ſed ſi iſtæ filiæ eſſent
mortuæ; non eſt dubium, quod teſtamentum
19 valeret. † ergo earum præteritione teſtamen-
tum non vitiatur. Sol. Ego dico, quòd immo
20 non eſt par, probatur in d. l. pater filium. † Prę
terea multum intereſt, an quis priuetur in vi-
ta eius, de cuius ſucceſſione tractatur, an poſt
mortem, quia tunc illud, quod non capit va-
dit ad alium per ius accreſcendi. vt not. in d. l.
pater filium per Bar. in 1. q. ergo patet, quòd
ei erat delatum, ſed hic iſtæ filiæ ſunt priuatæ
21 poſt mortẽ, vt ſupra proxime dixi. ergo &c. †
Præterea etiam non eſt par cum l. filius. §. cum
quis. ff. de leg. 1. & contrariũ loquitur, quando
quis omnino eſt factus incapax; ſed hic ſecus.
22 Sexto ſic. † Quando quis tempore teſtamẽ
ti non ſuccederet aliquo ſibi obſtante licet
poſſit habere ſpem ſuccedendi, ſi præteritur,
teſtamentum non rumpit. l. Gallus. §. item cre
dendum. verſ. Ita ſane. ff. de lib. & poſth. quem
ſic induco. Si Auus inſtituit filium, & præ-
teriit nepotem, & dicit, ſi filius & nepos me
viuo morientur ſubſtituo pronepotem certe
Nepos eſt præteritus, & poterat habere ſpem
ſuccedẽdi ab inteſtato, in caſu, quo filius maſ-
culus tempore mortis patris non extaret, ta-
men teſtamentum valet. Sol. vt ſupra in
quarto contrario.
23 Septimo ſic. † Ille præteritus, qui tempore
mortis teſtatoris non poterat ſuccedere ab
inteſtato, alio ſibi obſtante, licet poſt mortę
teſtatoris illud obſtaculum tollatur, tamen te
ſtamentum non vitiat. ff. de in ius irri. teſta.
l. ſi quis filio exheredato in princ. l. ſi quis po-
ſthumus. §. ſi filium iuncta l. ſcripto. ff. vnde
lib. & l. ſi quis filius exheredatus in prin. ff. de
lib. & poſth. & l. 1. §. ſed videndum. ff. vnde.
legit. Sed iſtæ filiæ non poterãt ab inteſtato
ſuccedere. Hic deficit ſolutiò, quia folium
infra originali erat laceratum.
24 Octauo ſic. † Ille qui ab inteſtato non po-
terat ſuccedere, licet ex teſtamento inſtitutus
ſuccedere potuiſſet, ſi præteritur, teſtamentũ
non vitiat, hoc probatur in l. 1. in princ. vbi
gloſ. ff. de contra tabul. coniuncta l. humanita
tis. C. de natural. liber. Sed hic iſtæ filiæ ab in-
teſtato non poterãt ſuccedere vigore ſtatuti:
ergo &c. Sol. Illud eſt verum quando nullo
caſu poterat habere ſpem ſuccedendi ab inte-
ſtato, vt eſt in illo filio naturali, ſed hic iſtæ fi-
lię dotatæ poterant habere ſpem ſuccedendi,
vel propter remotionem fratris, vel de con-
ſenſu fratris, Præterea ibi non erat ſuus, hic
25 autem iſtæ filiæ erant ſuæ in poteſtate, licet †
enim d. ſtatutum remoueat ipſas à ſucceſſio-
ne, non remouet propterea à ſuitate. l. maxi-
mum vitium. C. de lib. pręt. in fin. princ. Pręte
rea eſt contraria ratio, nam quando quis ante
non admittebatur nec ab inteſtato, nec ex te-
ſtamento, tunc ſi de nouo ei conceditur, ſuc-
cedere poteſt in caſu, in quo pater velit, vt eſt,
ſi eum inſtituat, non admittitur contra teſta-
mentum præteritus, ſed cum ipſe vocabatur
ad ſucceſſionem de voluntate patris, & iſta vo
luntas non ceſſat, remanet ius primum, ſed
quando ab ipſo initio quis poterat ſuccedere,
tam ſecundum voluntatem quam contra vt
erat hic, & ſi iſte priuatur vno caſu non ſe
extendit.
26 Nono probatur ſic. † Quando quis habet
ſuam legitimam, ſi in alio eſt præteritus, teſta
c mentum non vitiat [c] l. cum quidam. ff. de lib.
27 & poſth. per Bart. † Ita etiam excluditur ab
impugnando teſtamentum. l. papinianus. §. ſi
quis mortis. ff. de inoffi. teſta. Sed hic iſte filiæ
28 videntur habere partem ſuam † Quia ſtatutũ
priuando filias dotatas, videtur arbitraſſe do-
tem eſſe ſufficientem ſibi portionem. ergo
eius quod not. in l. ſanſimus C. de nupt. arg.
29 præteritię teſtamentũ non rumpunt. Sol. † Il-
lud eſt nerum, quando teſtamentum habet
debitam formam ſcilicet inſtitutionis vel ex-
30 heredationis, & ita probãt iura contraria. †
Vbi autem ille non eſt inſtitutus, vel exhere
datus teſtamẽtum eſſet nullum licet dediſſe-
in vi-

in vita ſibi quartam. l. vt liberis. C. de collati. & ibi probatur l. ſi quando §. primo. & l. omni modo. C. de inoffi. teſtam. & ibi probatur. Sed hic iſtę fuerunt omnino pręteritę. ergo. &c.

31 Decimo ſic. † Ille qui prohibetur aliqua lege ſuccedere, pręteritus contra teſtamentum nullo iure poterit venire. ff. de bonorũ poſſeſſ. l. non eſt ambigendum. §. 1. Sed hic iſtæ filię prohibentur per ſtatutum ab inteſtato
32 ſuccedere. † quę eſt lex in municipio ſuo. ff. de iuſt. & iure. l. oẽs populi, & ibi eſt ſeruanda. l. 1. in. fin. ff. de ventin ſpecien. & de conſtitutio. cap. 1. lib. 6. ergo pręteritę contra teſtamentum nullo iure audiuntur. Sol. Illud eſt verum, quando prohibebatur propter ſuum delictum, vt ibi patet in gloſ. ſecus ſi alio modo, vel cauſa prohibeatur ſuccedere, vt patet in filio emancipato.

Vndecimo probo à ſufficienti partium
33 enumeratione. † Quod argumentum eſt validum in iure. l. patre furioſo. ff. qui ſunt ſui vel alię iur. inſti. de actio. §. actionum. ff. de actio. & obliga. l. obligationum fere. §. placet. Modo ſic. Aut iſtę filię volunt dicere nullum propter continuationẽ domini. per l. in ſuis.
34 ff. de lib. & poſth. & non poſſunt. † Quia ſtatutum prohibet dominium continuari argu. l. Gallus. §. in omnibus. ff. de lib. & poſth. & nõ poteſt: quia pater potuiſſet dicere, quoad te liberos hered. habeo, cum per legem municipalem ſint incognitę, non ſit neceſſaria nominatio, vt patebat olim in emãcipato de iure ciuili. Aut tanquam edictum ſit ſibi commiſſum ab alio argu. notatorum in l. ſi in adoptionem ff. de contra tabulas, & tunc ex themate non apparet. Sol. Ad primũ non eſt verum, quod ſit ſublata continuatio dominij, quia non ſuitas vt dixi ſupra. 8. contrario nec contrarium obſtat, quia loquitur quando eſt factus omnino, quo ad omnes inſucceſſibilis. Item nec ſecundum membrum obſtat, quia non habet liberos &c. quia immo debet inſtitui propter formã. d. §. in omnib. Pręterea alius ex pręteritione iſtarũ poſſit venire vt inferius patebit.

35 Duodecimo ſic. † Quando pręſens ſtatus alicuius tempore teſtamenti eſt talis, quod ab inteſtato non ſuccederet, licet poſſit habere ſpem ſuccedendi, & ſpes ſit de iure communi, & haberet tractum retro; ſi pręteritur, teſtamentum valet, ſi illa ſpes non euenit. l. gallus §. in omnibus. ibi, quod non eſt neceſſe. ff. de lib. & poſth. ſed hic iſtę filiæ dotatę erant in tali ſtatu tempore teſtamenti, quod ab inteſtato non ſucceſſiſſet vigore ſtatuti, ergo pręteritio non nocet, cum ſpes ipſarum ab inteſtato ſuccedendi non euenerit. Sol. Illud eſt ideo, quia ibi filius tranſiuerat in poteſtatẽ hoſtium, & ſic factus eſt ſeruus hoſtiũ; & eſt factus extraneus patri uerito, nõ debet inſtitui vel exheredari, ſic etiã patet in filio dato in adoptionẽ, qui ſi detur extraneo non vitiat teſtamẽtum, ex eo quia non videtur eſſe plus in familia patris adoptiui. ff. de cõtra tabulas. l. 3. §. ſi emancipatus. & l. non putauit. §. in adoptionem & l. ſi in adoptionem; Hic autem iſtæ filię non mutauerunt ſtatum ſuum vt filię, licet maneant. C. de colla. inſt. ad Orfician. fin.

36 Decimo tertio ſic. † Ille pręteritus, qui ab inteſtato ſuccedere non potuiſſet, licet inſtitutus ſuccedere valuiſſet, teſtamentum nõ vitiat; vt ſibi vel per eum alij via contra teſtamentũ aperiatur, hoc probatur. ff. de bonorũ poſſeſ. contra tab. l. nõ putauit. §. in adoptionẽ coniuncto. §. ea demum. inſti. de hered. quę ab inteſt. deferun. ſed hic iſtę filię non poterant
37 ſuccedere vigore ſtatuti. ergo. † Sol. Ibi loquitur in illis qui habentur loco extraneorũ per trãſitum factum in alienã familiam, vt dixi ſupra proxime, hic autem ſecus, vnde debet recipere gradum quo eſt pręteritus. arg. l. ſi poſthumus a 1. ff. de lib. & poſth. & quod debeat intelligi in caſu in quo datus eſt in adoptionem extranei. not. gloſ. in. d. §. in adoptionem. & in l. 1. §. is quoq; ff. de colla. per Bar. plene in l. ſi in adoptionem. de contra tabul.

38 Decimo quinto ſic. † Quis excluditur propter alium, licet ille per quem excluditur nõ
39 ſuccedat, tamen excluſus non admittitur. † Hoc probatur in materia iuris accreſcendi, quod tollitur per dationem ſubſtituti. C. de fideicommiſſ. aut. hoc amplius. & C. de Cadu.
40 tol. l. 1. §. in proximo. cum ſimilibus; Et † tamen licet ſubſtitutus non ſuccedat tamen coheres non admittitur. vt l. ſi ergo. ff. de in ius
41 rup. irri. teſt. † ſic & hic iſtę filiæ dotatę debẽt excludi propter fratrem, licet frater non eſt heres in ſolidum pro hoc l. 2. §. obijcitur. ff. ad ſenat. conſ. Tertul. cum ſimil. & auth. licet. C. de natur. liber. Sol. Ad primum dico, quod illud eſt verum quando ille qui excludebatur priuatur hereditate contra volũtatem defũcti. Vnde cum ita ille ipſe acciperet ab vno ſiue ab alio, ille qui potuiſſet vocari ex tacita volantate merito non admittitur, ſecus ſi alio modo excludens non admittetur. l. quidam teſtamento. ff. de vulg. & pupill. & not. in l. re coniunctis ff. de leg. 3. per Bar. quia tunc excluſus tũc nõ excluderetur ſed admitteretur,

Item ſic ſi ex voluntate defuncti non admitti
tur. vt l. & ſi ex modica. §. pen. ff. de bon. liber.
& inſti. de ſucceſſi. liber. §. ſed noſtra. Sed hic
iſtæ excluduntur voluntate teſtatoris, ergo
&c. Sed in caſu noſtro iſte filius non excludi-
tur contra voluntatem teſtatoris, ergo &c. Ad
auth. licet. C. de natur. liber. deducendo pro
me, quia ibi in ſpecialibus.

42 Decimo quinto ſic. † Statutũ excludens fe
minas propter maſculos eſt factum cauſa con
ſeruandarum familiarum & Agnatorum. ff.
de ventre inſpici. l. 1. §. denunciari. verſ. pu-
43 blice. & not. per Docto. C. de colla. l. 1. †
Sed ita eſt, quod iſte frater quantumcunque
conſanguineus, tantum eſt agnatus vt inſti.
de leg. agnat. ſuc. in princ. & Inſt. de inoffi. teſt.
in princ. ff. de gradibus. l. iuriſconſultus. §. con
ſanguineus, propter talem fratrem ab inteſta
to iſtæ dotatę excluderentur, ergo contra te-
ſtamentum non admittũtur arg. inſti. de here.
quę ab inteſt. deferun. §. item liberos, & ſupe-
44 rius ſæpius dictum eſt. Sol. † In dubio
arg. l. 1. §. qui in perpetuũ. ff. ſi ager vec. vel em
45 phi. peta. † Ego intelligã fratrẽ in perfectiori
ſignificatu, ſed tunc eſt frater vtrinque con-
iunctus, vt in auth. de conſang. & vteri. fratri.
verſ. Sed perfectioribus, & ibi gloſ. ergo &c.
46 † maxime cum iſtud ſtatutum ſit odioſum d. l.
maximum vitium, ergo reſtringẽdum l. cum
quidam. ff. de lib. & poſth. cõtrarium eſt fauo-
rabile, & patri parum graue. Et ad princ. inſti.
tu. de inoffic. teſt. id ex cauſa tollendæ contra
rietatis.

Decimoſexto, quod teſtamentum valeat
47 probatur. † Aut filiæ volunt agere ipſę, & op-
ponitur eis hoc non iuſtum eſt vt l. poſthu-
mus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſta. coniun-
48 cta l. putarunt. §. fin. ff. de contra tabul. † Aut
agit filius, & aut aget ex ſua perſona, & non
poſſet, quia inſtitutus. d. l. cum quidam. ff. de
lib. & poſth. & l. omnimodo. C. de inoffi. teſta.
Aut vult proponere de pręteritione alterius,
& non poteſt. Primo quia & ille non poſſet,
49 ex cuius perſona iſte vult venire. † Itẽ quia in
iure alterius non debet ſe fundare. C. de ſer-
uis fugi. l. ſi ſeruum quiſpiam & l. loci corpus
50 §. ſi fratrem. ſi ſeruitus vẽdi. Sol. † Dico, quòd
poterit agere filius, nec ſibi nocebit, quòd ip
ſe fuerit inſtitutus. arg. l. 1. in fin. ſi tabu. teſta.
51 null. exta. & l. fin. de lib. & poſth. † Nec ob-
ſtat, quòd dicis, quòd ſe fundat intentis ex iu-
re alterius, quia id in iſto permittitur per not.
in l. 2. ff. de excep. rei iud. per Bar. in l. cum ſer
uum quiſpiam. C. de ſeru. fugit. & per domi-
num noſtrum hoc anno. Item & ipſę filię poſ
ſunt, vt patet infra in xix. contrario.

52 Decimo ſeptimo. † Ille non cõmittit aliis
creditum, cui ab alio nõ committeretur. hoc
probatur in l. ſi poſt mortem §. exheredati. ff.
de contra tabulas. Sed ita eſt quòd filius pręte
ritus non committeret creditum iſtis filiabus
dotatis, vigore ſtatuti, ergo nec ipſe ſibi;
Quòd filius non committet eis, probatur per
exemplum filij emancipati, qui, licet filius
in poteſtate prę teriretur, tamen de iure ciuili
non vocabatur. argumen. l. 1. ſi tabu. teſtam.
53 nul. ex tab. & l. illud in fin. de con. tabul. Sol. †
Iſtud argumentum non eſt verum, hoc patet
in exheredatis, cui ab alio committitur ius
nullitatis. l. 1. in fin. ſi tab. teſta. nul. ex tab. &
54 not. in l. 1. ff. de lib. & poſth. † Item in filio da-
to in adoptionem, qui beneficio alterius ſi
prę teritur habet contra tabul. & ſi ipſe eſſet
ſolus prę teritus, non haberet l. non putarunt
§. in adoptionem. ff. de bon. poſ. contra tab. &
not. in l. 1. §. is quoque de collat. Nec contra-
rium obſtat, quia ibi prę teritus erat emanci-
patus, & ſic teſtamentum de iure ciuili vale-
bat & tenebat meritò deberet id teſtamentũ
reſcindi, & ita haberet remedium iuris ciuilis
ſcilicet querela, nec dabatur ſibi remedium
Prętoris, ſcilicet contra tabulas arg. l. in cauſę
ff. de minor. hic vero ſecus eſt. Vel aliter con
trarium loquitur, vt quemadmodum reme-
dium tibi competens non extenditur ad aliũ,
ita nec remedium competens alteri debet ad
te extendi, id eſt, querela competit tibi & prò
pter te exheredato, ergo ego, qui non ſum
exheredatus, hoc non poſſum intentare, ita
etiam propter me prę teritum tu non debes
habere contra tabulas.

55 Decimo octano ſic. † Quãdo quis vult venire
ad rumpendũ teſtamentũ beneficio alterius,
eſt neceſſe quòd ille, ex cuius beneficio volo
venire, primo illud intentet l. 3. §. ſi quis ex li
beris. verſ. plan. ff. de contra tab. l. nonnunquã
ff. de leg. præſtan. Sed hic iſtæ filiæ nõ poſſunt
intentare, ergo alius non poteſt eorũ benefi-
cio venire. Sol. Illę gloſ. habet gloſ. contrariã
in l. 1. §. poſt mortem in fin. de contra tabul.
quam gloſ. ſequuntur Din. & multi, vt ibi pa-
ret, tamen reſpondeo aliter, quia illud eſt ve-
rum, quando ipſe poſſet intentare, ſecus ſi
non poſſet arg. l. illud in fin. de contra tabul.
& arg. l. aliquando in fin. ad Velleiã. & l. ple-
ne de fidei comm. Sed hic iſtæ non poterant
venire, ſecũdum quod tacite includens arguẽ
do, ergo nõ debent expectari. argum. d. l. ali-

quando

quando. ſed ſecundum me poſſunt. & tenet Dominus Bal. in l. ſi emancipati. C. de collat.

56 Decimonono ſic. † Quando quis eſt in tali ſtatu, quòd ab inteſtato non ſuccederet, licet poſſit habere ſpem recuperandi ſtatum, non vitiat teſtamentum, hoc probatur in l. non putarunt. §. in adoptionem coniuncta l. ſi mãcipati. de cõtra tabul. vbi patet, quòd filius datus in adoptionem. præteritus à patre naturali teſtamentũ non vitiat, licet finiretur adoptio, vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem. Sic & hic poſito, quòd iſtę filiæ habeant ſpem ſuccedendi per remotionem fratris, vel eo cõſentiente, tamen teſtamentum non debet vitiari. Sol. Dico, quòd contrarium nõ obſtat duabus rationibus. Primo, quia ſtatutum, quo priuatur à ſucceſſione loquitur per verbum, Ab inteſtato: ergo iſtæ poſſunt rumpere, vel per contra tabulas; & non habet locum ſtatutum. arg. l. vt liberis C. de coll. vbi ponuntur vt ſpecies ſeparatæ, vt patet in l. 1. §. ſi tab. teſta. nul. extab. vbi patet, quòd Prætor, qui fecit ordines inteſtati; iſtum caſum non ponit. vnde iſtæ filiæ ſine aliqua voluntate alterius poſſunt admitti; vel dic, quòd ibi loquitur, etiam ſi ipſe fuit factus extraneus, vt dixi ſup. in xiij. arg. & not. in l. ſi in adoptionem. ff. de contra tab. per Bar.

57 Vigeſimo ſic. † Bonum eſt argumẽtum de contractibus ad leges. l. fin. C. de fideius. & l.
58 non impoſſibile. ff. de pact. † Sed ita eſt, quòd
h filius, qui per pactum renunciat [h] iuri ſuccedendi aliquo recepto, præteritus, non rumpit teſtamẽtum. l. 1. §. qui filium. de cõtra tabul. per Bar. Ita & hic iſtæ filiæ de rato promiſerunt, & per legem municipalem excluduntur præteritæ teſtamentum non debet rumpere. Sol. Illud nõ eſt verũ, & argumentum
59 facit pro me. † quia filia dotata quam renunciaſſet ſucceſſioni ab inteſtato recepta re præterita in teſtamento, illud vitiat, l. ſi quando. §. 1. C. de inoffi. teſta. & not. in l. pactum. C. de collat. per Bart. & per Iac. de Butrigar. & vide infra in xxvj. contrario.

60 Vigeſimo primo ſic. † Bonum eſt arg. de parte, quo ad partem, quod de toto quo ad totum. l. ſi duo ff. de adminiſt. tu. & l. qui de tota.
61 ff. de rei vendi. † Etiam in materia ſucceſſio-
62 num l. 1. §. ſi ex dodrãte. ff. de col. bonor. † Sed ita eſt, quòd filius ex filia, qui ab inteſtato ſuccedebat, cum diminutione tertiæ partis l. illã C. de coll. præteritus non rumpit teſtamentũ quò ad illam partem minutam. l. maximum vitium. in fin. princ. & ibi gloſ. C. de lib. præteri. ergo nec iſtæ filię dotatæ in aliquo debẽt rumpere, cum in nihilum ab inteſtato ſucce-
63 derent. Sol. † Arg. verò de parte quo ad totum eſt probabile, & non neceſſariũ, vt not. in d. §. ſi ex dodrante. & per Bar. in l. 2. ff. de relig. Vel dic, quòd tex. in d. l. maximum vitiũ hoc non dicit, nec gloſ. hoc exprimit, & ille contrarius ſenſus non debet ſumi. Vel poſſum dicere, ꝙ illud ideo eſt, quia lex expreſſit etiam illum caſum. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legiti.

64 Vigeſimo ſecundo † Filius ſuitate priuatus teſtamentum non vitiat. l. 1. §. qui filium de contra tabul. & l. Gallus. §. & quid ſi tantũ.
65 ff. de lib. & poſth. † Sed iſtæ filiæ dotatæ per ſtatutum excluſæ ſunt priuatæ ſuitate, vt not. Bar. in l. 1. §. ſi quando quis inteſtatus. ff. de
66 ſuis & legiti. ergo, &c. Sol. † Ego dico, quòd male dicit Bar. & textus, per quem ſe fundarę
67 vult, facit contra eum. † quia filius exheredatus non eſt priuatus ſuitate, quia tunc nepos ex eo dicit nullum. vt l. gallus. §. ſi filium. ergo, &c. ergo ſi accipis comparationem Bart. quam ipſe nititur facere, probat potius, quòd filia dotata per ſtatutum excluſa, non ſit à ſtatuto priuata.

68 Vigeſimo tertio ſic. † Ille, qui eſt priuatus iure ſuccedendi, ſiue ſuitate, licet poſſit ipſum recuperare per ius, quod fingeret retro non perditum, ſi eſt præteritus teſtamentum non vitiatur. l. cum apud hoſtes. ff. de lib. & poſth.
69 & dixi ſupra in 12. arg. † Sed hic iſtę filię ſunt priuatę ſuitate. not. in l. 1. §. filium. de contra tabul. & l. 1. §. ſciendum. de ſuis & legit. hæredi. licet poſſet recuperare per mortem fratris, & retro fingeretur non priuato, vt not. per Bar. in l. fi. in fi. ad Tert. & clarius per eundẽ in cõſilio, quod incipit. Proponitur quòd pater filiũ, &c. (& eſt in lib. 1. conſ. 11.) ergo interim teſtamentum valet, & expreſſe hoc firmat Bart. in l. 2. in fin. ff. ad Tertull. Sol. Ego dico, quòd ſuitas nunquam fuit ſublata vt dixi ſupra proximo contrario. propterea argumentum facit pro me. ſi tu dicis, quòd hoc interim teſtamentum pendebat, vt dixit Bart. ergo interim alius in continenti beneficio illius præteriti, qui poſſet ſuccedi poſſet petere annullari. arg. l. illud, in fin. ff. de contra tabul. vbi patet, ꝙ beneficio poſthumi pręteriti alius inſtitutus petit contra tabulas.

70 Vigeſimoquarto ſic. † Illi, qui inducunt alium modum ſuccedendi contra teſtamentũ eſſet ab inteſtato vitium inducere contra l. maximum vitium. C. de lib. pręteri. ſed ab inteſtato iſtæ filiæ eſſent excluſę: ergo contra te-

ſtamentum non poteſt venire. Sol. ſi bene attendis rationẽ illius tex. facit pro me, quia ideo ibi vitium appellatur, quia eſſet odiũ, ſi talis diuerſitas induceeretur: ergo cũ hoc odiũ euitetur, ſcilicet inducẽdo quod iſtæ filiæ poſſint venire ad ſucceſſionẽ, quod hoc permittatur maxime vt dictum ſtatutum tanquam odioſum reſtringatur.

71 Vigeſimo quinto ſic. † Cõtra præteritionẽ facta a aliena paterna, illa cauſa, quæ excluderet à iure dicendi nullum de iure ciuili, & de iure prætorio, illa cauſa facit querelam ceſſare: hoc probatur in l. quidam cum filiũ. ff. de verb. oblig. Vbi patet, quòd extraneitas vt ſic loquar, facit, vt exheredatio dicatur inepta, quia præteritus nullum teſtamentum rumperet. Ex quo patet, quòd illa cauſa, quę excludit à querela excludit à iure dicẽdi nullũ. Sed ita eſt, qđ illa exceptio excludit à querela. l. poſt. §. ſi q̃s ex his. ff. đ inoffi. teſt. Ergo & hic iſtę filię excludũtur, q̃a ab inteſtato nõ ſuccederẽt. facit l. filio. §. contra tabulas. ff. de inoffi. teſta. Sol. Ego dico quòd in contrario teſtamentũ valebat, ſecus hic, quia non erant inſtitutæ vel exheredatę. Propterea alij beneficio ipſarum venient, nec ex perſona ipſarum ad ſui ipſius, licet propter factũ alterius, ſicut dicimus in materia correctorij edicti, facit, quod not. in ſimili in l. 1. §. ſi ſic. de col. dotis.

72 Vigeſimo ſexto † pro iſta parte meo iudicio eſt caſus: nã quando quis ab inteſtato propter aliquem excluditur, ille præteritus contra teſtamentum non admittitur, ſi ille qui ab inteſtato eum excluderet eſt inſtitutus quantumcunq; ex modica parte. ff. de bon. liberto. l. & ſi ex modica, in prin. coniũcto §. ſed noſtra. inſt. de ſucceſſ. liber. Sed hic iſtæ filiæ ab inteſtato propter fratrem excluderentur vt dictũ eſt ſupra in 25. arg. ergo cõtra teſtamentum, in quo eſt inſtitutus licet ex modico non admittebatur, & hoc vt per Bar. in l. 1. §. filium.

73 ff. de contra tabul. Sol. † l. & ſi ex modica. & §. ſed noſtra, loquitur quãdo quis ſimpliciter in omni caſu excludebatur, ſcilicet tam nullo facto teſtamento, quàm eo facto, vt ibi patet. Item etiam loquitur contra Bart. Si bene inſpiciatur, quia continuat ſe pręcedentibus.

74 † Item determinatio Bar. non eſt vera, vt patet ſupra in 20. contrario. Nec obſtat tex. l. 1. §. aduerſus. ff. ſi q̃d in fraud. patro. quia aliud eſt in filio, q̃ debet habere iure inſtitutionis. l. etiam. §. ſi debita. ff. đ bonis liber. Propterea p̃ me facit, q̃a hic accipit vt l. ſi vero. §. ſeruus ſis mortis. verſic eod. tit.

75 Vigeſimo ſeptimo ſic. † Quãdo ſunt duo remedia, quorum vnum competit contemplatione alterius, ſublato vno, tollitur & reliquum. l. pen. §. mater. ff. de adimen. leg. ſed ius competit rumpentem teſtamẽtum ad hoc vt ipſe ſuccedat ab inteſtato, ſed ab inteſtato ſuccedere non poteſt, obſtante fratre vigore ſtatuti, ergo nec contra teſtamentum poteſt venire: & hoc ſentit Bart. in ſimili in l. gallus. §. & q̃d ſi tantũ. ff. de lib. & poſth. in quęſt. gloſ.

76 Sol. † Vt ſuperius patet etiam vbi quis non ſuccedit, tamen rumpit. d. l. ſi poſthumus à primo. ff. de lib. & poſth. propterea poſſum dicere, quòd etiam hic rumpat, vt ipſe habeat ſibi ſucceſſionem. Nec obſtat, ſi dicis, ſtatutũ eam vetat, quia eſt verum, vbi nullum eſſet factũ teſtamentum, vt not. in l. ſi emancipati. C. de collat. per Bal.

77 Vigeſimo octauo ſic. † Quãdoq; accipit in vita & renunciat ſucceſſioni ab inteſtato, ille non poteſt impugnare, niſi quatenus minus i habet legitima [i] l. ſi q̃n. §. 1. C. đ inoffi. teſt. ſed ſtatutum hic reputat dotẽ eſſe ſufficientẽ legitimam: ergo in nihilum poteſt agere. Sol. Ibi teſtamentum valuit, quia fuit exheredatus: ſecus ſi fuiſſet præteritus. Præterea & hoc dicit Cin. quòd debet habere iure inſtitutionis, & ſic facit pro me.

78 Vigeſimo nono ſic. † Quãdo alicui debetur aliqua portio iure inſtitutionis, ſi ipſe recepit in vita, poſt mortem illius, de cuius bonis ſibi portio debebatur, non poteſt conqueri. l. cum quo. §. fin. ff. ad l. falcid. coniuncta l. pater filiam, & l. in quantum. ad l. falcid. & C. famil. ereiſ. l. filium quẽ habentem. Sol. Ego dico, quòd ibi erat aliquod relictũ iure inſtitutionis; hic ſecus. Propterea aliud eſt in quarta, q̃ debetur iure inſtitutionis, quã ſit in quar-

79 ta quæ debetur filio. † Nam in illa non cõputatur, niſi ſit dictum. d. l. ſi quãdo §. 1. de inoff. teſtam. & not. in l. in quãtum per Bar. & pro-

80 batur in l. 2. §. & ſi nõ mortis. de bon. libert. †.

k Nã accipiẽdo iſtã dotem [k] non propterea debet priuari, potuit enim cogitari vt in teſtamento pater eſſet ſibi gratus, vt probatur in l. ſi vero. §. ſed ſi mortis, de bonis liberto. Sed hanc partẽ, quòd nullo modo filia admittatur, nec alius eius beneficio, tenet dominus Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præteri.

SECVN-

SECVNDA PARS ſecundæ partis principalis.

IN contrarium, quòd teſtamẽ
tum non valeat, probatur ra
tionibus infraſcriptis.
Et primo †. Præteritio filij
81 in poteſtate reddit teſtamẽ
tum nullum. l. filio præteri
82 to ff. de iniuſt. & rup. teſta. † Etiã ſi fratres ſint
inſtituti, vt ibi patet, ſiue ſit maſculus, ſiue ſit
femina. l. maximum vitium. C. de lib. præter.
83 l. poſthuma. ff. de lib. & poſth. cũ ſimil. † Sed
hic iſtæ filię dotatę erant in poteſtate l. filię in
ſacris. C. de colla. cum ſimil. Ergo earum prę
teritione teſtamentum debet eſſe nullũ. Sol.
illud eſt verum, ſi eſt talis filius, qui ab inteſta
84 to poſſit ſuccedere. † Sed hic non poterãt ab
inteſtato ſuccedere propter ſtatutum; ergo
eius prçteritio nón nocet. l. gallus. ſ. & quid
ſi tantum. ff. de lib. & poſth.
85 Secundo ſic. † Præteritio eius filij, qui ab
inteſtato poſſet ſuccedere, reddit teſtamentũ
nullũ, vt in iuribus ſupra proximè allegatis.
Sed hic iſtæ filię dotatæ poterant ab inteſtato
ſuccedere, vt probabo, ergo teſtamentum eſt
nullum, conſequentia bona per allegata. An-
86 tecedens probatur. † Statutum prohibens fi-
lias ab inteſtato ſuccedere, extante fratre, eſt
odioſum. l. maximum vitium. C. de lib. & po-
87 ſthu. † Ergo reſtringendum. l. cum quidam.
88 ff. de lib. & poſth. & c. odia. de reg. iur. lib. 6. †
Ergo debet reſtringi de fratre vtrinque cõiũ-
cto. arg. l. 1. ſ. qui in perpetum. ff. ſi ager vecti.
vel emphit. petat, vt intelligatur in ſuo potẽ-
tiori ſignificatu. ſed Frater cõſanguineus tã-
tum non eſt in potentiori ſignificatu, vt in au
th. de cõſangui. & vteri. fratri. circa princi. ibi
perfectioribus, &c. & ibi gloſ. Ergo cum non
excluderet ab inteſtato, non prohibetur prę-
89 teritus annullare teſtamentum. Sol. † Ego
l dico quòd immo eſt fauorabile [l], vt patet in l.
90 1. C. de adult. ſaltim ratione fratris. † Ergo de
bet extendi. arg. eius quòd notat. in l. vnica C.
de in ius vocan. vt etiam intelligatur de con-
ſanguineo tantum, quia fauores ampliantur;
propterea ſi talia ſtatuta extenduntur ex par-
te excluſi, vt l. 2. ſ. vidẽdum. ff. ad Trebell. per
Bar. vbi eſt odium, quanto magis ex parte in-
91 cluſi debet extẽdi. † Propterea eſt factũ cau-
m ſa conſeruandæ agnationis, [m] cuius cauſa in-
tereſt reipublicę. ff. de ventre inſpicien. l. 1.
ſ. pen. verſ. Publicę. & taliter frater eſt agna-
tus. l. iure cõm. ſ. agnationis. ff. de gradi. ergo
eſt ſatisfactum intentioni ſtatuti.
92 Tertio ſic. † Poſito, quòd iſtæ filiæ ab inte-
ſtato non ſuccederent, tamen prçteritę rum-
punt gradum à quo prętereũtur, vt probatur
in l. ſi à prima eod. tit. vbi patet, quòd licet q̃s
ab inteſtato non poſſet ſuccedere, tamen rũ-
pit gradum, vnde præteritur. Sol. Illud eſt ve-
rum, quando non ſuccedit propter factum te-
ſtamẽtum, & quia teſtator non decedit inte-
ſtatus, ſed ſi deceſſiſſet inteſtatus, ſuccedere
potuiſſet: hic autem ſecus.
94 Quarto ſic. † Statutum priuans filias do-
tatas ſucceſſione propter fratrem, eſt factum
in fauorem filiorum, vt not. in l. 1. C. de adul.
94 † Ergo non debet in eius odium retorqueri.
n [n] l. 3. ſ. 1. ff. quòd quiſq; iur. & l. quòd fauore.
C. de legi. Sed hic eſſet odium filij, vt proba-
bo. ergo, &c. Quòd ſit odium, quia ſi iſtæ filiæ
non excluderentur, iſtæ venirent ab inteſta-
to pro virili. l. non putauit. ſ. fin. ff. de contra
tabu. ergo hæc interpretatio non eſt faciẽda.
arg. l. 3. ſ. ſi emancipatus. ff. de cõtra tabul. ibi:
Non enim per reſciſſionẽ. Sol. Poſſum di-
cere, quòd hoc ſit propter repugnantiam re-
gularũ, ſcilicet vna eſt, quia quòd fauore, &c.
Alia eſt, quòd qui non poteſt ab inteſtato ſuc-
cedere, non debet inſtitui, ergo ne offenda-
95 mus huic regulæ, † maxime ne voluntates de
o functorum pendeant ex arbitrio [o] alieno.
96 Quinto ſic. † Quãdo aliquis filius habeat
q ſpem ſuccedendi ab inteſtato propter remo-
tionem alicuius obſtaculi præſentialiter exi-
ſtentis, ſi p̃teritur rũpit gradũ, vnde prçteritur
etiã antequã illa ſpes verificetur ſiue eueniat
l. ſi poſthumus à primo. ff. d' lib. & poſth. Sed
iſtæ filiæ poſſunt habere ſpem ſuccedendi ab
inteſtato; ergo earum prçteritione teſtamen-
tum vitiatur. Conſequẽtia tenet per ſuperius
dicta. Antecedens probo, quia poteſt eſſe, q
iſte frater ſuccederet patri, vel, antequam adi-
retur hereditas, & ſi poſtea ſcriptus heres nõ
adiret, iſtæ poſſunt venire per l. ſi quis filię
exheredato. ff. de iniuſ. & irri. teſta. cum ſi-
mili. Sol. † Ego dico, quòd iſta ſpes mortis
97 non debet ſpectari. l. inter ſtipulantem. ſ. ſa-
cram ff. de verb. oblig. & l. 1. ſ. ſi impuberem.
ff. de coll. bon. cum ſimil. Nec obſtat l. ſi po-
ſthumus, quia ibi habebat ſpem ſucceſſionis
alio modo, quã p̃ mortẽ, vt ibi patet: propte-
rea erat talis; q ab inteſtato ſucceſſiſſet nullo
facto teſtamento: hic ſecus. vnde licet ſpẽ po-
tuiſſet habere, tamẽ teſtamentũ non vitiatur.
l. ſi quis exheredato. ff. de iniuſt. & irri. teſta.

Sexto

Decimo primo ſic. Poſito quòd filiæ iſtę
non poſſint ſuccedere, tamē dico quòd ratio-
ne affectionis debet eis dari ius ad rumpendū,
113 vt frater ſuccedat.† Nam ratione affectionis [r]
r datur actio, vbi aliter non datur. l. cum ſeruus.
ff. mandat. etiamſi ſit actio odioſa. l. pen. ff. de
condit. ob cauſam. Sed quę eſt maior affe-
114 ctio, quā inter fratres: [ſ] ergo &c. Sol.† in l. cū
ſ ſeruus eſt propter pręcedentē cōtractū bonę
fidei, & eſt fauor. hic eſt odium. Ideo non da-
tur l. ſi poſt mortem. §. liberi. de contra tab. &
ita eſt in l. pen. ff. de condit. ob cauſam pro-
pter pręcedentem culpam illius, hic nulla eſt
culpa.
115 Decimo ſecundo ſic. † Poſito quòd quis
non poſſit hereditatem retinere, nec conſe-
qui, tamen intereſt ſua habere ius, per quod
poſſit ad illam hereditatem vocari, & dicitur
tale beneficium venale, & vtitur ad commo-
dum alterius l. filium. ff. de contr. tabul. ita di-
camus & hic, quòd licet iſtæ filiæ non poſſint
ſuccedere ipſi ab inteſtato, tamen expedit eis
habere iſtud beneficium rumpendi. Sol. Ibi
illud ius erat fauorabile, ſcilicet aditionis
& ſibi ſecundum regulas iuris communis.
competebat, hic autem erat odioſum, &
ſecundum regulas iuris ciuilis non compe-
tebat.
116 Decimo tertio ſic. † Tantum operatur ſta-
t tutum, quantum pactum [t] vt not. C. de decret.
decuri. ſub rub. lib. 10. l. non impoſſibile. ff. de
117 pact. † Sed filius pręteritus per pactum à iure
ſuccedendi vel rumpendi excluſus non præ-
iudicaret, quin alius eius beneficio poſſet re-
cipere l. ſi poſt mortem in fi. ff. de contra tab.
Ergo & hic, licet iſtæ filię per ſtatutum mil-
lies eſſent priuatę, tamē frater debet poſſe ve-
nire earum beneficio. Sol. gloſ. eſt contra-
ria in l. prim. §. ſi quis ex liberis de contra
tabul. quam multi Docto. ſequuntur vt refert
Bart. in d. l. ſi poſt mortem, in fin. & tenebat
pridie Dominus noſter in. §. ſi pater. C. de in-
ſtitu. & ſubſtitu. & ſic poſſem negare gloſ. tuā
eſſe veram. Vel aliter, ibi loquuntur, quando
iſtę excluderentur poſtquam iam alijs via eſt
118 aperta.† merito ius alijs quęſitum non poteſt
v illis auferri [u] l. fin. ff. de pact. Hic autem erat
excluſa in vita patris, & ſic patet, quòd nūquā
per ipſam alijs fuit via aperta ſiue ius quęſitū.
Decimo quarto ſic. Poſito quòd iſtæ filiæ
ab inteſtato excluderentur, hoc eſt fauore
119 fratris, vt patet ſupra in 4. argu. † Modo ſic
quilibet poteſt renunciare fauori & iuri pro
x ſe introducto [x] l. pen. C. de pact. & quod not.
Inſti. de hered. qualit. & differen. §. ſed his
permittit Pretor, cum ſimil. Sed nō eſt dubiū
quòd iſte frater de facili hoc renunciauit, vt
ipſe rumpat, & ſic quilibet habet virilem, po-
tius quam ipſe nollet ſolum legitimam, ergo
& cet. Sol. vt ſupra in 4. contrario, & etiam
120 pro tanto non admittitur iſta renunciatio.†
quia quando habilitas requiritur certo tem-
pore, & tunc non ſufficit poſtea ſuperueniēs.
l. quid ergo, cum ſimili. ff. de his qui not. infa-
mi. & facit. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. per
Bar. Sed iſtæ filiæ tempore mortis erant inha-
121 biles, ergo &c. † Præterea quod eſt inductū
in fauorē alicuius, vertitur alia ratione in eius
odium, quādo qualitas ſiue habilitas mutatur
l. cum oratio & ibi per Din. ff. de excuſat. tut.
propterea quis poteſt renunciare, niſi ſit ius
quęſitum alteri, vt dixi ſupra in proximo con
trario. Hic eſt ius quęſitum alteri. ergo, &c.
122 Decimo quinto. † Par eſt filiū nō extare vel
extare & nō ſuccedere. l. gallus. §. & qd ſi tātū
ff. de lib. & poſth. & l. 1. §. qui filium. ff. de con-
tra tabul. & l. ſi necem. §. deportato. ff. de bo-
123 nis liber. † Sed hic iſte filius non dicitur ſuc-
cedere, quia non eſt heres, immo habetur lo-
y co legatarij. l. [y] cum à matre. C. de rei vendi. &
l. quoties. C. de hered. inſtit. & ibi per Iac. Bu-
tri. Ergo ſicut ab inteſtato propter fratrem
inſucceſſibilem filia non excluderetur, Sic
etiam contra teſtamentum debet prohiberi
venire, vbi frater non ſuccedit argu. not. per
Bal. in auth. nouiſſima C. de inoffi. teſta. & l.
124 pater filium ff. de inoffi. teſta. Sol.† Ego dico,
quòd l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. &
poſth. & ſimil. loquitur vbi penitus eſt inſuc
ceſſibilis, vt ibi patet. Sed iſte eſt ſucceſſibilis,
125 ergo ſufficit. l. filius §. cum quis. ff. de leg. 1. †
Præterea cum hic tractetur de valore teſta-
menti: Ergo filius haberi debet in legitima
pro herede. l. ſi quis priore. & ibi gloſ. ff. ad ſe-
nat. conſ. trebellianum. Præterea pro hoc eſt
caſus in l. & ſi ex. modica in princ. ff. de bonis
liber. Præterea poſito quòd iſte non eſſet
heres, cum iſta excludatur ſub conditione, ſi
extat frater. Ergo ſufficit extare, licet non
ſuccedat. C. de natura. lib. auth. licet.
126 Decimo ſexto ſic. † Quando quis priuatur
hereditate ex eo, qđ alteri defertur, ſi ille cui
defertur non ſuccedit, iſte non priuatur, vel.
quidam teſtamento. ff. de vulg. & pupill. &
127 not. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. per Bart. †
vbi patet quòd ſubſtitutus, qui tollit ius accre
ſcēdi, vt C. de fideicom. auth. hoc amplius, nō
tollit, ſi ipſe non poteſt ſuccedere, ita & hic eſt
iſtæ

iſtæ filiæ priuentur à ſtatuto propter fratrem, & frater non ſuccedit vt ſupra proxime dixi: ergo non debent priuari. Sol. Ego dico, qđ immo eſt heres, vt ſupra proxime dixi. Præterea ille, qui aufert legitimam filio, aufert ad ſuum commodum. ergo debet excludere etiã alium, qui excludebatur per filium. argu. not. in l. ſi eius. ff. de in ius. teſta. in contrario ſecus patet. in l. quidam teſtamento. non videtur teſtator voluiſſe ptiuare; hic autem eas prætereundo, videtur eas voluiſſe priuare, & contra voluntatem defuncti dicitur præteritus ſuccedere. l. 2. ff. de leg. 3.

128 Decimo ſeptimo ſic. † Par eſt nolle & nõ
z poſſe. [z] l. cum proponas. C. de heredi. inſtitu. & l. pater filium. ff. de inoffic. teſta. in ratione
129 ſui. † Sed ita eſt, quod filio præterito nolente vti iure rumpendi, alius poteſt vti d. l. ſi poſt mortem in fin. de contra tabul. ita & hic iſte filius debet poſſe vti ex perſona iſtarum filiarum, licet ipſe non poſſit. Sol. vt dixi ſupra in 13. contrario.

130 Decimo ſic. † Quando eſt præteritus talis filius, qui interim non poteſt ſuccedere ab inteſtato, tamen ſpes eſt quòd poſſit, licet ipſe interim non rumpat, tamen alius eius beneficio poteſt rumpere. hoc probatur ex con
131 iunctione duarum legum. † Quod argumen-
a tum eſt bonum. [a] l. gallus. §. ille caſus in fin. ff. de liber. & poſth. & l. illud in fin. ff. de contr. tabul. cum iuncta. l. 3. §. ex his. ff. de iniuſt. rupt. irri. teſt. & not. in l. 3. in fin. ff. de lib.
132 & poſth. † Sed in caſu noſtro filia poteſt habere ſpem ſuccedendi propter remotionẽ fratris, vel etiam de conſenſu fratris. l. maximum vitium. C. de liber. præter. per Bal. Ergo teſtamentum, in quo eſt pręterita pendet, quòd videtur tenere Bar. in l. 2. in fin. ff. ad Tertull. ergo ſequitur, quòd interim alius eius beneficio poſſit dicere nollem. argu. d. l. illud. Sol. Poſſum dicere, quòd teſtamentum, in quo iſtæ filię ſunt pręteritę, ſit in pendenti, vt dicit Bart. Tamen dico, quòd contrarium nõ obſtat, quia dum dicis. Ergo alius eius beneficio poteſt venire. d. l. illud non obſtat, quia reſpondeo & declaro, & argumentum induco pro me, quòd ibi ideo alius poteſt venire, quia ſpes quę ſubeſt tempore quo alius vult venire, ſcilicet rumpendi teſtamentum eſt fauorabile, ſcilicet quòd poſthumus naſcatur. At vbi hæc ſpes non ſubeſſet, illud non haberet locum, vt ibi notatur: ſed hic in quęſtione noſtra nonnulla ſpes ſuberat, quia tempore mortis patris, iſta non erat qualificata apta ad ſuccedendum, quòd tempus debet inſpici. l. ſi quis ex heredato. vel ſi ſpes ſubeſſet, eſſet ſpes caſus, vel aduerſæ fortunæ, & cet. ſcilicet mortis fratris, quæ non debet ſpectari. l. ſtipulatio iſta. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Item in caſu. l. illud. erat præteritus, qui natus concurriſſet ad ſucceſſionem cum iſto, qui eius beneficio vult venire. Hic autem per iſtum præterita excludebatur. Præterea determinatio Bart. non facit ad quæſtionem noſtram, quia ſi bene inſpicis loquitur in filia excluſa, tẽporaliter, hic autẽ erat excluſa pure & ſimpliciter.

133 Decimo nono ſic. Quòd iſta filia poſſit venire per remedium Prætoris. † Statutum eſt lex ciuilis ſui municipij. l. ius ciuile. & l. om-
134 nes populi. ff. de iuſti. & iure. † Ergo ſicut filię olim de iure ciuili non poterant ſuccedere ab inteſtato, tamen veniebant per contra tabulas, vbi erat pręteritus, ita debet etiam hic. vt licet iſta filia de iure ciuili non poſſit ſuccedere, tamen per remedium Prętoris, ſcilicet contra tabulas rumpit teſtamentum, & hoc tenet Dominus Bald. in l. ſi emancipati: C. de collat.

135 Vigeſimo ſic. † Iura loquentia de cauſa inteſtati non habent locum facto teſtamento. l. ſi filius. ff. de minor. in auth. ex cauſa. C. de liber. præterit. & in auth. de hered. & Falcidi. §. exheredatos. & l. gallus. §. & quid ſi tãtum. ff. de lib. & poſth. & ibi gloſ. & C. de ſuis & legit. auth. in ſucceſſione per Ia. de ra. & Cin. Sed hic ſtatutũ prohibet ipſam ſuccedere ab inteſtato. ergo non debet habere in caſu noſtro, vbi factum eſt teſtamentum. Sol. Ego dico;
136 quòd argumentum facit pro me. † Nam olim emancipatus de iure ciuili non admittebatur, nec ex teſtamento, nec contra teſtamentum. inſti. de exhered. liber. §. exheredatos. Sed hodie non inuenitur immutatum niſi in cauſa inteſtati. l. fin. C. de legi. heredi. & tamẽ habet locum, vt admittatur etiam contra teſtamentum, vt patet in d. l. gallus. §. & quid ſi tantum. ergo patet, quòd diſpoſitio in cauſa inteſtati habet locum etiam vbi teſtamẽtum eſt factum. Et contraria non obſtant, quia loquuntur de remedijs rumpendi, quod ius intentet, vt ſuccedat, circa quæ de iure nouo nihil eſt immutatum: nec in cauſa inteſtati. pro tanto non habet locum etiam in cauſa inteſtati.

Sed hanc partem, quòd iſta filia poſſit venire per contra tabulas, tenet Dominus Bal. in l. ſi emancipati. C. de Collat.

SECVN-

SECVNDA PARS principalis quæſtionis ſecundæ.

b Q Vod legitima b filij ſit ſemis eius, quòd ipſe eſſet habiturus ab inteſtato. Si iſtæ filiæ dotatæ ſuccederent probatur ſic.

137 In ſortiendo † ſiue faciendo legitimæ quantitatem, connumerantur omnes filij, prout ſunt in rerum natura, licet ad legitimam non veniant. hoc probatur in auth. de trien. & ſemis. §. 1. in gloſ. quæ inci-

138 pit. Vbi ſunt quatuor, &c. † Vbi patet, quòd per non venientes ad legitimam, portio venientium non augetur, nec minuitur, ita dicamus, & hic, quòd licet iſtæ filiæ non veniāt, tamen legitima iſtius filij, ſit ſemis; & maior, & pinguis, ſicut ſi illæ filiæ venirent. Sol. Ego dico, quòd licet in contrario omnes non veniant ad legitimam; tamen illi, qui non vocantur ad legitimam, vocantur ad totam hereditatem, merito cum eis nihil deficiat eorum portionem non poteſt impinguare: hic vero iſtæ filię erant excluſę. Præterea ibi erant tales, qui ab inteſtato omnes fuiſſent vocati, hic ſecus.

139 Secundo ſic. † Succeſſor titulo ſingulari licet coniunctus coniunctione legali, non habet ius accreſcendi in proprietate. l. & procu-

140 lo. ff. de leg. 2. † Sed iſte filius eſt ſucceſſor ſingularis, vt not. gloſ. in l. cum a matre. C. de rei vend. in l. quoties. C. de hered. inſt. per Ia. But. not. etiam in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. nec quo ad valorem teſtamenti, vt not. gloſ. in l. ſi quis priore. ff. ad trebell. & eſt coniunctus coniunctione legali, quod patet.

141 quia † lex vocat filio vltra numerum quartū ad ſemiſſem. d. §. 1. de Trien. & ſemis. & C. de inoffi. teſta. auth. nouiſſima. Ergò poſito, quòd iſtis filiabus deficiat legitima, huic non debet

142 accreſcere. Sol. † Ego dico, quòd ille, qui ſuccedit in legitimā, eſt tertia ſpecies, vt dicit Bart. in l. ex facto. l. grandi. ff. de hered. inſti.

143 Tamen fatendo ſibi maiorem. † Dico, quòd debet habere locum ius accreſcendi, quantūcumque ſint coniuncti coniunctione legali, vt in auth. de nuptijs. §. ſoluto. & etiam in legitima, vt ff. de bonis liber. l. communi. & l. exempti, & in auth. quibus modis natura effi-

144 ciatur ſui. §. qui propter. colla. vij. † Non obſtant contraria, quia ibi loquitur, quando ſunt coniuncti per alium, ſcilicet per ſeruum: ſecus ſi per ſemetipſos, vt patet in iuribus proxime allegatis. Vel contraria loquuntur, quando ſunt ſucceſſores ſingulares actualiter, & potētialiter, quia herede non adeunte legata valent. l. eam quam. C. de fideicomm. Hic loquimur in ſucceſſore potentialiter vniuerſali, quia vniuerſali herede repudiante, ei accreſcet. l. filium. §. ſed ſi portio. ff. de leg. præſtan. merito poteſt habere locum ius accreſcendi. l. ſi ſeruus communis ab extero. ff. de acquiren. heredi. Præterea in l. proculo. non ſunt coniuncti cōiunctione reali, vt not. gloſ. in l. ſi duobus. ff. de leg. 2. & quod not. de vulg. & pupill. l. fin. circa princip. per Bart. Hic verò ſunt realiter coniuncti.

145 Tertio ſic. † Quando aliqui ſuccedunt ex aliquo iure ſpeciali, vel beneficio; & tamen in effectu portio ad quem de iure vocatur ex aliquo caſu, eis minuitur, ita quòd in effectu inueniuntur minus habere, quàm illi, qui de iure communi ſuccedunt. Certe quò ad portiones faciendas, viriliter denominatur, & ꝙ vnus ex eis, vt dixi, in effectu minus capit, nō impinguat partem alterius, qui ſimiliter de iure ſpeciali vocabatur. hoc probatur. ff. de collat. bono. l. Prætor. §. quotiens. & l. 2. §. ſi tres emancipati. coniuncta l. 1. cod. tit. quę iura ſic

146 deducuntur. † Prætor vocauit ex ſuo beneficio contra ius commune, ſcilicet contra ius ciuile filios emancipatos ad ſucceſſionem, tamen cum honore collationis bonorum ſuorum, & ſic in effectu minus habēt, quàm ſuus in poteſtate. Certe ſi ſunt duo emācipati, quilibet confert filio in poteſtate, non tamē per hoc aliquis ex emancipatis aliquid capiet de collatis per alium, & ſic, quòd effectualiter minuit partem alterius non impinguat hereditatem, vt alius habeat pigniorem portionē. Ita dicamus & hic, quòd cum portio iſtius filiæ beneficio ſtatuti in effectu ſit minuta, ſcilicet, quia reputat dotem eſſe debere ſufficiētem portionem, quòd illud, quod minus capiunt hereditatem, quoad iſtum filium non impinguit cum ad ſupplementum agat ex ſpeciali beneficio legis, immo vt plurimum con-

147 tra voluntatem teſtatoris, † cum teſtator cir-
c ca legitimam c non poſſit prohibere in auth. vt cum de appel. cognoſ. §. ceterū. Sol. Breui-

148 ter reſpōdeo, † quia ibi ideo eſt, quia qđ alius non confert, non dicitur eſſe de bonis teſtatoris. Sed propter bona illi obuenit. l. 1. §. nūc videamus. ff. de coniunct. cum emanci. lib. & ille debebat venire ad bona teſtatoris.

ergo

ergo,&c.Sed hic iſta pars q̃ iſti diminuitur, be
ne diminuitur de bonis hereditatis, ergo,&c.
149. Quarto ſic.† Non eſt dubium, quòd ſtatu-
tum prohibens filiam dotatam ſuccedere ab
inteſtato, hoc facit arbitrans dotem debere
reputari ſufficientem portionem: ſed †. ita eſt,
150 quòd ſi filia aliquid recepiſſet in vita pro ſua
portione, & renunciaret, illa renunciatio va-
d leret [d] l.pactum. C.de colla. per Bal. & tamen
alij filij qui de legitima tractarent facerēt par-
tē. vt not. in l. vnica. C. quādo non peten. par.
per Bal. ita dicamus & hic cum hoc faciat, ſta-
tutū, vt ipſa ſit contēta dote pro ſua portione,
151 & fratri non accreſcit. † Cum non minus poſ
ſit lex quam pactum. l. fin. C. de fideiuſ. & l. nō
impoſſibile. ff. de pac. Sol. Poſſum fateri cō-
trarium, & dicere ſic. ita quòd dinumeretur.
Et ſic ſit ſemis tamē iſta quòd minus capit de-
bet huic filio accreſcere tamen volo declina-
re argumentū, & dico quòd cōtrarium loqui-
tur, quando ipſa recipit vere vel præſcriptiue
portionē ſuam de bonis illius de cuius here-
ditate agitur. hic vero in quæſtione noſtra de
bonis patris nihil habuit ſed matris, vt patet
ex themate. ergo non debet computari, & vi-
de ſupra in 12. contrario. Pręterea dico, quòd
iſte filius vult potius per ius decreſcendi cum
dictæ filiæ nunquam fuerint delata.
152 Quinto ſic. † Quando quis ſuccedit iure
ſpeciali in certa portione non habet ius ac-
creſcendi cum illo, qui ab vniuerſali ſucceſ-
ſione excluditur. ff. de bonor. poſſ. l. ſed eum
patrono in princi. Sed iſte filius ſuccedit ſiue
habetur pro ſucceſſore certe partis, vt not. ſu
pra in ſecundo arg. ergo non debet habere ius
accreſcendi, cum iſta filia, quę excluditur ab
vniuerſali ſucceſſione, maxime etiam cum di
uerſo iure eueniant, quia illa per ſtatutum pri
uatur, & iſta per l. omnimodo & auth. nouiſſi-
ma cum ſim. C. de inoffic. teſta. vocatur. Sol.
Tu debes conſiderare iura deferentia, non iu-
ra auferentia, ſiue priuantia, & tunc filijs legi
tima defertur eodem iure, vt patet in auth. de
trien. & ſemis. & eadem ratione ſcilicet natu-
rali: ergo debet habere locum ius accreſcen-
di. l. cum emancipatus. ff. de contra tabul. im-
mo potius poſſum dicere, quòd totum petat
ſuo iure, ſcilicet non decreſcendi, quia cum
huic filia nunquam competit: ergo non po-
teſt accreſcere: ſed potius dicitur non decre-
ſcere, quòd ius habet locum quantumcunque
ſuccedant de iure ſpeciali.
153 Sexto ſic. † Quādo plures ſunt, qui vocātur
ad ſucceſſionē ex aliquo ſpeciali beneficio, ſi
vnus ex eis non vult vel non poteſt venire in
portione alter i faciendā, viriliter dinume-
rantur, nec per iſtum excluſum portio alte-
rius augetur, hoc probatur in l. cum emanci-
pati. §. ſi duo nepotes. coniuncta. l. 1. in prin.
ff. da colla. bon. & clarius dixi ſupra in tertio d
154 argu. † Sed non eſt dubium, quòd ius ſucce-
dendi in legitima eſt datum filijs ex ſpeciali
beneficio ſiue priuilegio, vt not. in cap. indul
tum de reg. iur. lib. 6. ergo licet iſtæ filię dota-
tę ad legitimam non poſſint venire. Tamen
debent in portionem alij faciendam nume-
155 rari. † Sol. Dico, quòd licet ibi frater eſſet ex-
cluſus, tamen petat iterum admitti. l. 1. §. ſi fra
ter. & l. nonnumquam. ff. de collat. bonor. me
rito facit alij partem. l. Papinianus. ſ. quoniā
autem quarta. ff. de inoffic. teſta. Hic autem
erat excluſa, nec erat ſpes, quòd admitteretur.
vel dic, quod ille tex. facit pro me, attēta eius
ratione, quia ideo illę connumerantur, quia
prodeſſet ei, cuius ratione priuatur: ergo à cō
trario, ſi ei non prodeſt, non connumeratur:
ergo eum hic ei cuius ratione filia priuatur,
ſcilicet fratris eſt cōmodum, vt filia non con-
numeretur, non debet connumerari: & ſic le
gitima erat triens. Pręterea iſta filia eſt exclu-
ſa contra voluntatem ſuam, & res non redu-
cuntur ad cauſam inteſtati, ergo non debet fa-
cere alij partem. l. mater. ff. de inoffic. teſta. &
ibi not. Ia. But.
156 Septimo ſic. † Inter ſuccedentes beneficio
ſpeciali non habet locum ius accreſcendi. ff.
de conditi. & demonſtra. l. muliere. & Titio.
& ff. de legat. præſtan. l. 3. §. ſed ſi coniunctim.
157 Sed non eſt dubium, quòd iſtud ius ſucceſſio-
nis in legitima eſt ex beneficio ſpeciali, vt in
d. cap. indultum. ergo huic filio non debet ac-
158 creſcere, quod filię dotatę non capiunt. † Sol.
eſt verum illud in legatis: ſecus in hereditati-
bus, vt not. d. l. mulieri per l. 1. §. ſi quis ex ne-
159 potibus. ff. de coniug. cum emancip. lib. † Sed
e filij debent habere titulo inſtitutionis. [e] in
auth. vt cum de appell. cognoſ. §. aliud. & not.
in l. filium. §. ſed portio. ff. de leg. pręſtan. er-
160 go, &c. †. Præterea ego dico, quòd hic eſt ius
non decreſcendi, quòd habet locum etiam in
legatis, quantumcumque ex ſpeciali benefi-
cio. not. d. l. mulieri.
161 Octauo ſic. † Quando alicui eſt ius quæſi-
tum, ibi non poteſt habere locum ius accre-
ſcendi in proprietate. l. 1. §. 1. ff. de vſuſruct. ac-
creſ. & ibi not. & per Bar. in l. liber homo. §. ſi.
162 ff. de heredi. inſtitu. † Sed filijs, etiam viuo pa
tre eſt quæſitum ius in legitima, quia haberet
obliga-

obligationem. vt not. gloſ. in auth. de hered. & Falcid. §. ſi quis non adimplens. ergo inter eos licet aliter non capiant, non debet habere locum ius accreſcendi. Sol. Ego dico, quòd ſi qua obligatio, eſt de iure naturali primęuo vt not. in auth. de trien. & ſemis. in princi. in gloſ. ſuper ver. vocat, & not. in dicto §. ſi quis non adimplens. in auth. de here. & falci.

163 Et † talis obligatio non impedit ius accreſcēdi, vt patet. C. de teſtam. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto coniuncta l. non dubium. §. 1. eod. tit. & l. 1. C. de fideiuſſ.

164 Nono ſic. † Licet quis non admittatur, nec admitti ſperetur ad partem, tamen ipſe connumeratur, vt faciat alijs partem. ff. de aſſigna. lib. l. 1. in fin. Ita dicamus & hic quòd licet iſtę dotatæ non admittantur, nec admitti ſperantur, tamen faciant alijs partem. Sol. Illud eſt ideo, quia portio eius deuenit ad aliū & ideo, quia licet ipſe ſit priuatus, tamen alius eſt poſitus loco ſui, facit partem alij non illi

165 cuius ratione fuit priuatus, † quia non refert vtrum ego ſuccedam per me, an alius per me vt tibi partem faciam, vt no. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de leg. 1. per Bar. Hic autem portio iſtarum filiarum ſi ad aliquem deueniſſet, de-

166 bet deueniſſe ad fratrem † cum ſtatutum eius ratione eas priuet. arg. l. fideicommiſſ. §. plerumque. ff. de leg. 3. cum ſimil. & illi non deberent facere partem.

167 Decimo ſic. † Quando vno & eodem actu in vita eius de cuius ſucceſſione tractatur quis priuatur, & illa portio qua priuatur alij confertur, priuatus facit partem alij, licet ipſe nō ſuccedat, hoc probatur not. per Bart. in l. 1. §. ſi pater. ff. de coniun. cum emanc. liberis. arg. præallegatorum. & l. 1. in fin. ff. de aſſigna. lib.

168 Sed † iſtud ſtatutum quo cauetur, quòd extāte fratre filia dotata non ſuccedat, excludit filiam, & fratrem includit eodem actu, vt not. per Bar. in l. 2. §. credendum. ff. ad Tertulli. per Bal. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matri. Ergo di-

169 camus, quòd iſta facit partem huic fratri. † Solutio. Fateor, quòd faceret partem alij non illi cuius ratione priuatur, ſed hic priuatur ratione fratris: ergo, & cet. Vt dicis propterea & cum loquitur, quando quis priuatur in vita eius de cuius ſucceſſio ne tractatur, ſed in quæſtione noſtra priuatur poſt mortem, vt patet ex verbis ſtatuti.

170 Decimo primo ſic. † Quando aliquid defertur ſub conditione exiſtentium liberorum, etiam exheredatus, & ille qui non ſuccedit facit conditionem exiſtere. ff. de leg. 1. l. filius. §. cum quis. & not. per Bar. in d. l. 1. §. ſi pater. ff. de coniun. cum emancip. liber. & l. 1. §. filium.

171 ff. de contra tabul. † Sed ita eſt, quod ſemis defertur ſi ſunt vltra quatuor filij, vt not. patet in auth. de trien. & ſemis. §. 1. & ſic conditionaliter, ergo licet iſtæ filiæ non ſuccedant, verificata eſt conditio, ſcilicet, quòd

172 ſunt vltra quatuor: ergo legitima erat ſemis. † Sol. Illud eſt verum ſi illi filij poterant ab inteſtato ſuccedere, vt not. gloſ. in d. §. cum quis aliter ſecus vt ibi not. Sed hic non poterant ſuccedere: ergo, & cet. Vel aliter, aut quis priuatur ſucceſſione ex ſua voluntate, vel ex voluntate teſtatoris, & tunc loquitur contrarium, ſecus vbi alio modo eſt priuatus contra eius voluntatem, vt not. in d. §. cum quis. per Bart. ſed hic non ſunt priuati teſtamento nec ex eorum voluntate: ergo conditio ſub qua defertur ſemis eſt defecta: vel aliter fateor, quòd legitima erat ſemis tamquam conditio, ſub qua defertur triens. defecta ſit: tamen dico, quòd iſtę filius debet habere ſemiſſem integrum cum eo, quòd dictis filiabus di-

173 minuitur, quòd ſic probo. † Quando plures ad vnam portionem vocātur, & vnus non ſuccedit tamquam habito pro mortuo, alius habet totum. d. §. ſi pater, & ibi per Bar. ſic & hic cum iſtę filiæ dotatę non ſuccedant, quę ſi ſuccederent . . . cum filio, non autem in totum excluderent à ſemiſſe filius debet habere integrum ſemiſſem.

164 Decimo ſecundo ſic. † Excluſus per pactum aliquo recepto à ſucceſſione deriuatur, vt alijs in computatione legitimę partem faciat, vt not. ff. de contra tabul. l. 1. §. qui filium.

175 per Bart. † ita & hic quòd cum iſtæ filiæ dotatæ excludātur à ſucceſſione per legē eo quòd haberet dotem debent dinumerari in numero filiorum, vt fratri partem faciant. argu. l. ſi. C. de fideiuſſ. cum ſimil. Sol. Ego dico, quod Bart. fundat ſe per l. 1. §. aduerſus. ff. ſi quis in fraud. patro. & ille. §. nihil facit, quia ibi totam partem ſuam patronus habuerat in donatione, vt patet ibi in glo. 1. & ſecundum Din. qui dicunt, quòd omiſit & neceſſe habuit omitte-

176 re contra tabulas. † ergo patet, quòd totam ſuam partem habuerat, aliter potuiſſe petere contra tabulas. l. & ſi ex modica. §. fin. cum ſequent. & ſecundo. ff. de bonis liber. & vide quæ dixi ſupra in quarto contrario.

D SE-

SECVNDA PARS SE-
cundæ partis principalis ſecundæ.

IN contrarium, quòd iſtæ filiæ debeant habere integrum ſemiſſem, quem habuiſſent omnes, & quod illud, quod iſtæ filiæ dotatę non habent, hunc filium impinguēt probatur pluribus rationibus, & primo.

177 Inter † coniunctos coniunctione legali, &
reali habet locum ius accreſcendi. l. 1. ſ. ſi ſit
nepos. ſecundo reſpon. ff. de collat. dotis. qui
ſic deducitur. Quando decedit pater habens
filium, & ex præmortuo filio duos nepotes,
certe iſti nepotes ſuccedunt in dimidia cum
patruo ipſorum cui ſunt coniuncti coniun-
ctione legali: ſi tamen vnus ex iſtis nepoti-
bus non poteſt ſuccedere, alius nepos habet
partem integram dimidiam, vt ibi patet, non
autem accreſcet etiam patruo, vt ibi proba-
tur, & in l. 1. §. ſi quis ex nepotibus. ff. de con-
iun. cum emancip. liber. ſic dicamus, & hic,
quod cum omnes eſſent coniuncti coniun-
ctione legali & reali, vt patet in auth. nouiſſi-
ma, & in corpore vnde ſumit. At quòd iſtæ fi
liæ non poſſunt capere, iſtum filium impin-
guent. Sol. Ibi licet ſint coniuncti coniun-
ctione legali, tamen ſunt coniuncti titulo
vniuerſali, ſcilicet heredum, & inter tales cō-
iunctos quantumcumque coniunctione lega
li, bene habet locum ius accreſcendi. l. ſi ſer-
uus communis ab extero. ff. de acquir. hered.
f hic autem ſecus, vt not. in l. cum à matre.[f] C.
de rei vendi. & l. quotiens. C. de hered. inſtit.
Propterea iſtę ſunt excluſę ex eo, quod habēt
dotem quam habeant earum portionem, &
178 nulli dubium. † Quod ſi vnus ex coniunctis
pro minori quantitate liberaret heredem quā
eſſet ſibi relictum quod alius coniunctus nō
haberet ius accreſcendi pro hoc quod not. in
l. 1. ſ. Filium. ff. de contra tabul. per Bar. Pro-
pterea etiam diuerſo iure veniunt, quia hic
filius venit ex teſtamento. Ibi ſecus, quia om-
nes ab inteſtato. Item ibi iam non erat delata
ſucceſſio merito poteſt accreſcere. Hic autē
numquam fuit delata iſti dotatę: ergo cum ei
nihil deficiat, alteri non accreſcit.
179 Secundo. † Quando quis ſuccedit de iurę
ſpeciali, certe habet locum ius accreſcendi
quoad illum qui ad iſtud beneficium non po-
teſt ſuccedere. vt C. de teſtam. l. hac conſultiſ-
180 ſima. ſ. ex imperfecto. † Vbi patet quod ſi in
teſtamento facto a patre inter Filios, eſt re-
lictum aliquid alicui extraneo. Certe ille
g non admittitur & filii capiunt.[g] Ita & hic
cum ad legitimam Filii vocentur ex ſpeciali
beneficio: Filiæ autem dotatę ab ipſo repel-
181 luntur per legem municipalem. † quę ibi de-
bet ſeruari. l. ſaccularii. §. ſunt quædam. ff. de
var. & extraor. crimin. & l. 1. in fi. ff. de vent. in
ſpicien. & l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. cū
182 ſimilibus, quod eis aufert, aliis accreſcit. †
Sol. ibi loquitur in hereditatibus, in quibus
bene habet locum ius accreſcendi l. mulieri.
& Titio. & ibi not. ff. de condi. & demonſtrat.
Hic autē in ſingulari relicto. Propterea huic fi
liæ dotatæ nihil defecit, quia nunquam ſibi
competit. ergo huic non poteſt accreſcere,
183 quod ſibi non competierit. † Quia quo ad le-
gitimam inſpicitur mors eius, de cuius bonis
agitur. l. cū quęritur. C. de in offi. teſtam. Sed
illo tempore ipſa erat in habilis. ergo &c.
184 Tertio ſic. † Quando diſpoſitio ab ipſo ini
tio habuit effectum, ſi poſtea ille in quem erat
diſpoſitum non poſſit capere, vadit ad coniun
ctum, ſiue incopetēs ſit, vel defectus ſuperue
niat poſt diſpoſitionem, & ante mortem eius,
de cuius bonis agitur, ſiue poſt eius mortem.
C. de caducis. tollen. l. 1. §. in primo. & §. pro
185 ſeruo, & in multis verſiculis illius l. † Sed his
filiis & filiabus ſtatim poſt natiuitatem fuit di
ſpoſitio in eis facta de legitima, & ius ſibi quę-
ſitum in auth. de heredi & Falcid. §. ſi quis au-
tem non adimplens. ergo dotata ſuper veniēs
inhabilitans eas debet facere locum iuri ac-
186 creſcendi. † Sol. Negatur quod in uita aliquid
h deberetur[h] l. cum quæritur. C. de in offi. teſtā.
& l. Papinianus. §. quarta. ff. eod. tit. & not. in l.
fin. ff. de lib. agno. per Bar. & l. 1. C. de in offi.
donat. Propterea contrarium loquitur in
coniunctis ex voluntate teſtatoris, hic in
coniunctis coniunctione legali, inter quos
cum ſint ſucceſſores ſingulares, non habet lo
cum ius accreſcendi. l. ex proculo. ff. de leg. 2.
Vel ſi ſunt coniuncti coniunctione hominis
ſunt ex tacita, inter quos non habet locum
ius accreſcendi. ff. de heredi. inſtituen. l. item
quod ſancimus per Bar.
187 Quarto ſic. † Filius hodie habet legiti-
mā iure inſtitutionis, & ſic titulo vniuerſali,
& in auth. vt cum de appella. ſ. aliud quoque
188 capitulum. † Sed inſtitutus habet ius accre
ſcendi. vt. l. item quod ſabinas. & l. interdum.
& l. liber homo ſ. ſi quis cum infinitis ſimili
bus. ff. de her. inſt. Ergo & hic habet locū ius
189 accreſcendi. † Sol. Illud eſt ideo ne decedat
pro

pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. 1. §. ſi ex feudo. ff. de heredi. inſtituen. Hic autem licet iſte filius non habeat, tamen hoc nõ poſſet euenire, quia eſt alius inſtitutus vniuerſaliter.

191 Quinto ſic. † Quod in legitima habeat locum ius accreſcendi videtur caſus in auth. vt cum de appel. cognoſ. §. ceterum, & not. in l. ſi filium. §. ſed & ſi portio. ff. de leg. pręſtandis. ergo hic filius debet habere portionẽ pinguiorem, ex eo quòd dotatæ repelluntur. Sol. Illud verum quantum ad reſiduum ſuæ portionis, non autẽ vocatur ad portionem alterius.

192 Sexto ſic. † Inter coniunctos titulo vniuerſali, etiam ſi ſint coniuncti coniunctioni legali, habet locum ius accreſcendi. vt l. ſi ſeruus communis ab extero. ff. de acquir. hered. ſed iſti filij & filię ſunt coniuncti titulo vniuerſali, quia lex dat hodie legitimã ſecundum numerum liberorum per titulum inſtitutionis, vt d. §. aliud. ergo iſti debet habere portionẽ

193 pinguiorem. † Sol. Ego dico, quòd iſti ſunt coniuncti titulo ſingulari. l. cum a matre. C. de rei vendica. & not. Iaco. Butrig. in l. quotiens. C. de heredi. inſtituen. vel etiam ſi diceres quod eſſet tertia ſpecies, vt ibi dicit Bart. tamen non habet ius accreſcendi inter iſtos. Tum quia illis dotatis non deficit cum numquam fuerit delata, vt ſupra dixi: tum etiam, quia non eſt heres vniuerſalis, de quo loquitur. l. ſi ſeruus communis pręallegata.

194 Septimo ſic. † Ille qui ſuccedit de iure ſpeciali, habet ius accreſcendi cum vniuerſali ſucceſſore, etiam ſi diuerſo iure admittatur. l. ſed cum patrono. ff. de bono. poſſeſ. Quanto magis hic debet habere locum, licet iſtæ filiæ priuentur per ſtatutum, & ſic alio iure ab illo quo vocatur filius. Sol. Ego dico, quòd ibi nõ venit per ius accreſcendi, immo per vnde legitimi ab inteſtato, ut ibi not. in gloſ. & tenet ibi Bart. per l. ſi libertus præterito. in princ. ff. bonis liberto. pro hoc etiam gloſ. in d. l. ſed cũ patrono. §. legum quoque.

195 Octauo ſic. † Inter coniunctos coniunctione reali, etiam ſi ſingulari titulo coniungãtur habet locum ius accreſcendi ipſis volẽtibus, & excluditur vniuerſaliter inſtitutus. l. 1. §. vbi autem. ſecundo reſpon. C. de cadu. tollen. Sed hic iſti ſunt coniuncti coniunctioni reali, quia lex defert ſemiſſem, ſi ſunt vltra quatuor. ergo iſte filius debet habere ius accreſcendi. Sol. Negatur, quòd iſti filij quibus debetur legitima ſint coniuncti re, immo ſunt diſiuncti, quòd patet, quia lex defert ſemiſſem, vel trientem æqualiter diuidendum, vt patet in auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. ibi ſingularis ex quo & cet. vt l. interdum in prin. & §. ſi ita qs heredes inſtituit. de hered. inſtituen.

196 Nono ſic. † Subrogatum ſapit naturam
i eius in cuius locũ ſubrogatur[i] maxime quando ſubrogatur eiſdem principijs. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautioni. & plene notatur per Bart. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis
197 lib. eſſe. † ſed ita eſt, quòd actio ad ſupplemẽ-
k tum eſt ſubrogata in locum querelæ.[k] l. omnimodo. & l. ſi quis filium. C. de inofficio. te-
198 ſta. † Sed in querela ſi vnus non admittebatur alius accreſcebat. l. ſi ponas. §. fin. ff. de inoffic. teſta. ergo & in hac actione debet eſſe idem. Et ſic iſte filius debet habere pinguio-
199 rem partem. † Sol. Illud eſt verum quando ſubrogatur ad idem. hic autem non ſubrogatur ad idem, ſed ad diuerſa, vt not. Bart in l. pater filium. ff. de inofficio. teſta. vel aliter ſubrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. Verum eſt quantum ad primordialem, nõ autem quo ad accidentalem, & qui ex perfecto euenit. l. certi conditio. in prin. & ibi gloſ. ff. ſi certum petat. ſed iuſtum ius accreſcendi ſi competeret, competeret ex
200 poſt facto: ergo, &c. † Item contrarium loquitur quando ex ſua voluntate priuatur, hic autem contra eius voluntatem priuatur, & inter iſta eſt differentia, vt not. in l. mater. ff. de inoffic. teſta. per Bart.

201 Decimo ſic. † Bonum eſt argumentum de filijs naturalibus legitimatis per dationem curiæ; ad filios ab initio legitimos; & naturales, vt in auth. quibus mod. natur. offic. ſui. §.
202 quapropter his. col. 7. † Sed ita eſt, quòd ſi vnus ex illis filijs ad legitimam non vult committi, alijs accreſcit, vt in ead. auth. § ſi quis autem legitimos. Ita dicamus & hic, quòd habeat locum ius accreſcendi, cum iſtę filię venire non poſſint argumẽto. l. cum proponas. C. de heredi. inſtituen. Sol. vt in ſeq. col. xiiij. & xv.

203 Decimo primo ſic. † Quando plures vocãtur ad vnum, quòd ſi vnus non admittetur, nec admitti ſperet, alij habent totum. l. plane. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1. ſed ita eſt, quòd iſtæ filię nunquã ſperantur admitti: ergo, &c. Sol. duobus modis. Primo, quòd iſtę filiæ etiã viuo patre fuerunt priuatæ, & numquam ad legitimam vocãt: ergo cum eis nihil deficiat non poteſt alijs accreſcere vel aliter, ego dico, quòd fingitur per ſtatutum ipſam habuiſſe partem ſuam, poſtquam habuit dotem, er-

go alijs non poteſt accreſcere.
204 Decimo ſecundo ſic. † Potior eſt coniun-
ctus ex verbis tantum, quàm ſit heres vniuer-
ſalis; vt probatur. ff. de leg. 3. l. re coniuncti. in
2. parte. legis ſecundum Ia. de Raue. vt ibi no
tatur in 6. oppo. per Bar. At iſti filij ſunt con-
iuncti ſaltim verbis tantum, quia lex vocat
omnes filios vltra quatuor ad ſemiſſem, &
infra quatuor ad trientem: ergo cũ dentur ne-
dum verbis, ſed etiam re coniuncti: ergo de-
bet alijs accreſcere. Solut. Illud eſt verum,
quando eſſent coniuncti a teſtatore, ſed hic
teſtator nihil dixit: ergo, &c. Propterea, vt
proxime dixi, iſta fingitur habuiſſe partem
ſuam, & cui dubium, quòd ſi vnus ex legata-
rijs quibus eſſet relicta vna domus valoris cẽ-
tum librarum liberaret heredem pro decem,
pro portione ſua, quòd alius non haberet ius
accreſcendi. Præterea, & iſta differentia, an
quis excludatur ab aliquo iure ex eo, quòd
aliquid receperit, & tunc alius non poteſt ve
nire. An alio modo, & tunc alius veniet, ſci
licet in materia ſucceſſorij edicti in querela
in l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſtam.
Decimo tertio, quòd legitima iſtius ſit ter
205 tia tertiæ, probatur ſic. † Legitima dinume-
ratur ſecundum portionem, quam quis eſt
habiturus ab inteſtato. auth. nouiſſima. C. de
inoffic. teſtam. & in corpore vnde ſumitur, &
ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. ſi quis mor-
tis. ſed ab inteſtato iſte filius habuiſſet tertiam
partem vigore ſtatuti: ergo & nunc debet eſ-
ſe legitima eius tertia. d. tertiæ, vt ſicut filiæ
ab inteſtato non dinumerantur. Ita nec in
206 legitima facienda dinumerentur. Sol. † Re
ſpondeo, quòd legitima dinumeratur ratio-
ne filiorum naturalium exiſtentiũ, non inſpe
cto an ab inteſtato poſſint ſuccedere vel non
in authen. de trient. & ſemis. §. 1. & not. per
Bart. in l. 1. §. qui alium de contra tabul. Præ-
terea iſtæ filiæ finguntur ex eo, quòd ſunt do-
tatæ habuiſſe partem ſuam: ergo, &c.
Decimo quinto ſic. Quòd iſte habeat iu-
re integrum ſemiſſem, prout plures vocan-
tur ad vnam portionem, quæ eis debet relin-
207 qui de neceſſitate, † vt eſt legitima, quæ de-
betur patronis. Certe ſi vnus ex patronis vi-
uo liberto ſit inſucceſſibilis, vel poſt mortem
liberti, repudiet certe, totum remanet inte-
gre penes alium patronum, vt l. etiam. §. ſi ca
pitis. ff. de bonis liberto. & l. communi. & l.
ex tribus. eodem tit. facit de iure patronatus.
l. ſiue. §. primo, ſed filij de neceſſitate vocan-
tur ad legitimam: ergo per ſtatutum, dotatæ
fiunt inſucceſſibiles in vita patris, iſti filio
debet accreſcere. Solut. Ego dico, quòd ibi
veniunt per ius non decreſcendi. quòd patet.
208 † Quia ſiue vnus ſit patronus, ſiue plures,
ſemper eorum legitima eſt vniformis. inſtit.
209 de ſucceſſio. liber. §. ſed noſtra. † Et ſi vnus
excluditur, quomodocumque alius habet to
tum cum nullus concurrat cum eo. argumen.
l. 1. §. ſi pater. ff. de coniug. cum emancip. li-
ber. per Bartol. Sed quando plures vocantur
æqualiter, quilibet ad ſuam portionem, vt eſt
in legitima filijs debita, tunc ad partem exclu
ſi, alius non poſſet venire per ius accreſcen-
di, vt not. in ſimili in d. l. pater filiũ, in prima
quæſt. per Bart. quòd ius accreſcendi non po-
teſt habere locum arg. l. & proculo. ff. de leg. 2.
210 Decimo ſexto ſic. † Quando plures filij
debent vocari poſt mortem patris ad aliquam
rem vel portionem, ſi vnus priuatur in vita,
alij habent totum, & ille priuatus non facit
partem. in auth. de nupt. §. ſoluto. & not. in l.
1. §. ſi pater. ff. de coniung. cum emancip. li-
bet. per Bart. Sed hic iſtæ filię, filijque om-
nes vocari debebant poſt mortem patris ad
legitimam: ergo licet priuentur dotatæ, iſte
filius debet habere totum. Solut. Vt ſupra
proxime, ſcilicet, quia vocantur per ius non
decreſcendi. . Præterea, in contrario filius
erat priuatus in vita patris, hic autẽ ſi bene in-
ſpicis verba ſtatuti, iſtę priuantur poſt mortẽ.
211 Decimo ſeptimo ſic. † Illi coniuncti con
iunctione legali, ſi ex eadem diſpoſitione, &
eadem ratione vocantur, inter eos habet lo-
cum ius accreſcendi, vt notatur in l. cum eman
212 cipatis. §. 1. de contra tabul. per Bar. † Sed filij
in legitima cõiunguntur eadem diſpoſitione,
ſcilicet legis, & eadem ratione, ſcilicet natu-
rali: ergo debet habere locum inter eos ius ac
creſcendi, pro hac etiam d. §. ſoluto allegato
ſupra proxime. Sol. Ego dico, quòd in §. ſolu
to eſt ius non decreſcendi, & in l. cũ emanci-
patus, habet locum ius non decreſcendi, quia
ſi vnus eſſet nepos ipſe haberet totam partem
patris ſui per l. ſi nepotes. ff. de colla. bono. &
213 l. ſi duobus. in princ. de contra tabul. † Quod
ius non decreſcendi poſſit habere locũ, vt di-
xi ſupra proxime, etiam ſi ſuccederẽt de iure
ſpeciali. l. filium. §. fin. & ibi not. per gloſ. &
214 Bart. ff. de legat. pręſtan. † Sed ius accreſcen-
di non habet locum inter ſuccedentes benefi
cio ſpeciali. l. mulieri & Titio. ff. de condit. &
demonſt. Pręterea cõtrarium loquitur, quan-
do ſunt coniuncti realiter, hic autem ſunt rę
diſiuncti, vt dixi in viij. argu.

Decimo

215 Decimo octauo ſic. † Admiſſione, aut iſtæ filiæ ſunt excluſæ per ſtatutum viuo patre, & non connumerantur, vt alijs partem faciant,
216 arg. d. §. ſoluto. † Aut ſunt excluſæ poſt mortem patris, & tunc etiam cùm iſte filius agat actione ſibi quæſita poſt mortē, ſcilicet actione ad ſupplementum, iſtæ non debent dinumerari per notat. per Doct. in l. pater filium. ff. de inoffi. teſtam. & l. 1. §. ſi pater. ff. de coniun. cum emancip. liber. per Bart. Aut agit ex iure ſibi quæſito antequam iſtæ eſſent excluſę, licet in illo iure non feciſſent ſibi partem, tamen nunc non facient. arg. d. l. 1. §. ſi pater. verſ. ſed ſi patrius, & quòd ibi per Bar. not. Et ſic iſte habebit vel integrum trientem. Sol. ſiue dicas quòd ſint excluſæ viuo patre, tamē debent connumerari, & ſic ille non debet habere trientem, cum iſtę fingātur habuiſſe partem ſuam. arg. not in l. 1. §. qui filium ſæpius allegata. de contra tabul. Nec integrum ſemiſſem, ſcilicet illud quòd iſtæ minus habent in dotem, quàm eſſet in earum portione, cum ius accreſcendi non poſſit habere locum, vt ſæpius eſt dictum, & in d. §. ſoluto in contrarium allegato eſt ius non decreſcendi, vt dixi ſupra in xvj. contrario. Item ſi ſint excluſæ poſt mortem, non obſtat contrarium, quia ibi venit in totum ex ſua perſona, non autem alterius. arg. l. 3. §. emancipatus. de contra tabul. & l. pater filium. de inoffic. teſtam. hic autem ad partem alterius venire, ex perſona alterius, quòd non poteſt, vt ſuperius eſt dictum, cum ius accreſcendi non poſſit habere locū, nec etiam tertium argu. obſtat, quia ibi venit ex perſona ſua, & non alterius ad totum.

217 Decimo nono ſic. † Quando quis priuatur, ſiue quando diſpoſitio fit contemplatione alicuius, illi applicatur commodum, cuius contemplatione fit prouiſio. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. 1. & ff. de leg. 3. l. ſi fi-
218 deicomm. §. interdum. Sed † iſtud ſtatutum priuans iſtas feminas dotatas, eſt factum in fauorem maſculorum, vt not. in l. 1. C. de adult. ergo illud, quod huic filiæ aufertur, debet huic filio applicari. Sol. Illud eſt verum, niſi alij attribuatur, at teſtator facto teſtamento attribuit alijs, ſcilicet vniuerſalibus heredibus, vt not. per Bart. in l. pater filium. ff. de inoffi. teſtamen. ſtatutum vero deferebat in caſu, in quo deceſſiſſet inteſtatus.

219 Vigeſimo ſic. † Quando propter maſculū ab inteſtato portio feminæ in aliquo minueretur, illud quòd minueretur ab inteſtato facto teſtamento, & fit locus tractari de legitima, impinguat legitimam filij. hoc probatur ff. de inoffi. teſtam. l. Papinianus. §. ſi conditionis. verſ. ſed ſi quis, in gloſ. ſuper verſ. ſextans. vbi patet, quòd ſi teſtator, qui habet filium & nepotem ex alio filio, quia ab inteſtato ſuccederet cum diminutione tertiæ partis. l. illam, C. de collat. tamen ſi tractemus de legitima filij, legitima eſt pinguior habito reſpectu ad illud, quòd illæ feminæ ab inteſtato auferebātur; ita dicamus, & hic quòd legitima iſtius impinguetur propter illud plus, quo priuantur filiæ dotatæ a dotibus ſuis. ergo, &c.

220 Vigeſimo primo ſic. † Quando quis priuatur à lege, certe talis non connumeratur, vt faciat alijs partem. d. §. ſoluto. in auth. de nupt. ſępius allegato. & not. per Bart. in l. 1. §. ſi pater. ff. de coniun. cum emi. lib. & cet. Sed hic iſtę ſunt priuatæ per ſtatutum, ergo legitima erit triens. Sol. contrarium loquitur quādo omnino excluditur; ſecus ſi excluditur ratione, quia aliquid recepit alleg. not. l. 1. §. filium. ff. de contra tabul. per Bar.

221 Vigeſimo ſecundo ſic. † Quando ſunt plures, quibus legitima portio debetur, ſi vnus non poteſt capere, vel petere, alius ad totum admittitur iure accreſcendi, ſi ex perſona ſua habet ius petendi, licet non ad ſolidum, quia tantum pro parte ſua poterat petere, nunc autem petet in totum per ius accreſcendi: ſecus autem ſi ex perſona ſua petere non poſſet, quia tunc poſito, q̄ ſocius nō admittatur tamē huic non accreſcit. hoc probatur in l. fine. §. ex duobus. ff. de iure patron. vbi eſt text. not. ad hoc, & not. quia ibi dicit accreſcere, per quod patet deſtrui multa reſponſa ſupra dicta. Sed hic iſte filius habet actionem ad ſupplementum ex ſua perſona: ergo ei debet accre-
222 ſcere. † Sol. Licet argumentum ſit forte, tamen quantum per verbum, quod ibi eſt, ſcilicet accreſcere, non eſt timendum, quia intelligo, id eſt, decreſcere, ſimilis expoſitio. ff. de conditio. & demonſtra. l. hæc ſcriptura. §. fin.

Vltimo ne omnino videar immemor. Din. mouit ſimilem quæſtionem. in l. plane. §. ſi coniuncti. ff. de leg. 1. & dixit, quòd erat locus iure accreſcendi, allegat text. §. quod ſi legitimorum. in auth. de natur. liber. cur. deput.
223 quem titulum modici libri habent. Et † illum §. voluit allegare gloſ. in auth. de triente & ſemiſſe. §. excipiatur. & in effectu ille text. eſt in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. ſi quis autem. col. 7. Sed Bar. in l. pater filium. ff. de inoffi. teſtam. in repetitione tenet cōtra, & dicit quòd text. in §. quòd ſi legitimorum. non obſtat, vt

ibi patet per Bart. Sed ſi bene conſiderabis quæſtio Bart. & Din. eſt omnino ſeparata ab iſta.

Diſputata fuit hæc Quęſtio per Andream Ioannis Domini Guidonis de Alferijs de Cortona, Anno Domini, Milleſimo Tricenteſimo octuageſimo ſeptimo, Die Iouis xxj. die menſis Martij, in qua Feſtum ſancti Benedicti celebratur, ſub Egregio ac Famoſo legū Doctore Domino Bartholomæo de Saliceto, cum in iure ciuili ſtudebat in florenti ſtudio Bononienſi. Laus ſit Christo, & eius Genitrici Virgini Mariæ, & toti cæleſti Curiæ triumphante. Amen.

Finis Quęſtionum Domini Andręę de Alferijs de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Odioſum.* Coras.lib.5. Miſcel.cap.16.num.2. Andr. Tiraq. in tract. de vtroq. retract. in præfat. primę par.num.64.& quòd ſit licitum Brun. in tract. ſtatu. excluſ.femi.col.2. vbi de communi. An ſit contrarium iuri diuino. Sil. nuptia. lib.1. nu.169.

b *Reſtringendum.* Quia odia ſunt reſtringenda, infra conſ.2. nu.2.

c *Significatu.* Bar.in l. Lucius. §.quæſitum. ff. de leg. 3. Iaſ.in rub. ff.de iuriſ.omnium iudi. nu.2. & in l. 1.no.4.ff.de acqu.poſs.Coras.lib.1.Miſcel.cap.21. num.4. in fin. Tiraq. de retract.lib.1. §.30.gloſ.1. num. 15.

d *Validum.* Deci.in cap.cum in cūctis.nu.21.extra de electio. & in conſ.76. col.3. Iaſ.in l.ſeruum filij.§. eum qui. nu.9. & in l. quæ delegato. num.4. ff. de leg.1. Sil.nupt. lib. 1. num. 223. col.tertia,in fin. Franc. Rip. reſponſ. 1. num.6. titu. de probat. & præſumpt. Nicol. Bello. conſ.7. nu.4. Afflict. deciſ.13. num.17.circa medium.

e *Vitiat.* Paris.conſ.36.nu.38. lib.2.& conſ.58. nu. 18.eod.lib.Grauet.conſ.109.cum ſeq. & conſ. 141. & 165.Hieron.Cagn. in l.iura ſanguinis. nu.12.ff. de reg. iur.

f *Validum.* Si partes bene enumerantur. Iaſ.in l. patre furioſo. nu.1. ff.de ijs qui ſunt ſui. Bello. conſ. 6 nu.1. infra conſ.7. nu. 11.

g *Contrarietatis.* Quæ eſt euitanda. Bar. in l. uni. §. quibus.C.de nouo cod.facien.& Deci. in l.fin.nu. 1.C. de eden.& in l.vbi repugnantia nu.4. vbi Cagno.ff.de reg.iur.& in conſ.195.Alex. in conſ.42. nu.2.Grauet.conſ.70. & Deci. conſ.653.

h *Renunciat.* Pactum de non ſuccedendo eſt reprobatum à iure ſecundum Nicol. Bello. in conſ.15. nu. 1. tamen ſi eſt confirmatum iuramento de iure canonico valet.cap.quamuis,de pact. in 6.vbi Dida. Couar.latiſſime, qui repetit.d.cap.& ad illum ſemper in hac materia recurras. Rip. in l. 1. nu.69.& ſeq.ff.de vulg. & pupil.

i *Legitimam.* Corn. conſ.265. lib.3. Rip.in l.1.num. 68. & 159.ff.de vulga. & pupil. Socci.in tract.Fallen. reg. 283. pater. & 284. pater. Iaſ. conſ. 207. lib.2.Curt.Iunior.conſ.21.& 159. Deci.conſ.505. & 687.

k *Dotem.* Deci. conſ.89. & Rot. Roman. deciſ.333. in nouis. contra per Bello.conſ.15.nu.9.

l *Fauorabile.* Et eſt licitum, vt per Brun. in tract. ſtatu.exclu. femi. col.2.

m *Agnationi.* Et eſt communis, vt per Curt. Iunior. conſ.154.num.1.& conſ.150. num.1. & melius in conſ.107.nu.7.

n *Retorqueri.* Alex.conſ.130. col.1. lib.4. Bello.conſ. 22.nu.4.& conſ.27. nu.7.

o *Arbitrio.* Dida. Couar. in Epito. ſupra tit.de teſta. extra cap.cum tibi.nu.7.col.2.

p *Filium.* Alex. & alij in l.legatum. ff.de leg.1. Bart. Paul.& omnes in l.1. C.qui admit. Arius Pinel. in repet.l.1.in prima parte.nu.10. C.de bonis mater.

q *Aliud.* Coras.lib.4.Miſcel.cap.14.

r *Affectionis.* Alciat.in tract.de præſumpt.reg.1.præſumpt. 20.

ſ *Fratres.* Cum fere alter dicatur frater. Tiraq. in tracta. de pœn. cauſa.22. nu.11. Catel.Cott.in memora. in verbo,Donatio facta filio. col.2.

t *Pactum.* Nicol. Bello.conſ.17.nu.4.

u *Auferre.* Bello.conſ.6. & conſ.2. Deci. in cap. quæ in eccleſiarum. nu.19. & ſeq. extra de conſtitu. Tiraq.in præfation.tract. de pœnis. nu.38. & ſeq.

x *Introductio.* Socci.in tract.fallen. reg.339.renunciare. Deci.in l.iura ſanguinis. §.non eſt nouum. nu. 14.ff.de reg.iuris.Tiraq.in tract.primo gen.q.24. Coraſ.lib.4. Miſcel.cap.5.in prin. Bello.conſi.31. num.4.

y *Legatarij.* Franc. Rip. in l.1. num. 9. ff. de vulg. & pupil.

z *Non poſſe.* l.procurator in fin. ff.de procurat. Bar.in l.1. numer.14. vbi Ripa.numer.90. ff. de vulg. & pupil.

a *Bonum.* Hieron. Cagn. in l.1.num.17.ff.de reg.iur. & in l.1.nu.88. C.de pactis.

b *Legitima.* Late dixi infra in meo conſilio poſito in fine huius volu.conſ.4.nu.28.

c *Legitimam.* An per ſtatutum. Alciat. in tracta. de præſumpt. regula 1. præſumpt. 8. Cagn. in l. iura ſanguinis, num.10. ff.de regu. iur. Bello. conſ.13. num.2. Couar. in Epit. de ſponſali. cap. 8. in 2. par. §.6. num.5.

Va-

d *Valeret.*. Salic. in l. pactum quòd dotalſ.pen. col. C.de pactis. Couar. in relectio, cap. quamuis. in tertia par.in §.2. nu. 6. de pactis in 6. Bello. conſ. 15. num.1.

e *Inſtitutionis*. Alexan.conſ.70.lib.2.Iaſ.in auth. nouiſſima.num.16. C.de inoffi. teſta. Rip. in rub.ff. ſol.matri.num.44. Alex.in l.inter cetera, num.31. ff. de lib.& poſth. & dixi in meo libro legum. C. num. 105.

f *A matre*. Late vide Arium Pinel. in repeti. l.1. in tertia parte. num.81. C.de bonis maternis.

g *Capiunt*. Deci. in l.1. C. vnde lib. late Boeri. deciſ. 240. & 241

h *Deberetur*. Cagno. in l. fin. nu.186.& ſeq. C.de pactis. Petrus Duen. lib. 1. regula. vtrius. iur. regula 356. in vita.

i *Subrogatur*. Rip.reſpon. 1.nu. 6.tit.de conſti.& ſtatu. Coras. lib.3.Miſcel:cap.19.nu.4.Bello.conſ. 1. num.9. Ang.in procē.inſtitu.nu.3.in fin.vbi addi. limita vt per Socci. in tract. Fallen. reg. 383. ſubrogatum.

k *Querela*. Ex tranſmittitur ad filios.Iaſ.in l. cum mota.nu. 15.ff.de tranſactionibus.

LVDOVICVS ALFERIVS ATNEPOS.

EIVSDEM D. ANDREAE ALFERII CONSILIA.

Vnà cum Summarijs & Adnotationibus D. Ludouici eius Atnepotis.

CONSILIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *DE perſonis primum quærendum eſt in accuſatione.*
2 *Probationes plenę fieri non debent in hac accuſatione, ſed ſufficiunt ſummariæ.*
3 *Exceptio tutelæ, & Procurationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, amplia num. 4. & in materia nu. 6.*
5 *Lis conteſtatur per reſponſionem factam accuſationi per accuſatum.*
7 *Accuſans nil probans, accuſati ſunt abſoluendi, licet nihil probauerint.*
8 *Limita niſi accuſati ſuſcepiſſent in ſe onus probandi, & obligaſſent ad perditionem cauſę, ſi non probarent.*
9 *Dominium non probatur per locationem, & nu. ſeq.*
10 *Amplia ut nec ex perceptione fructuum.*
11 *Dominium quando in iudicio incidenter tractatur, ſemiplena probatio ſufficit.*
12 *Dominium per ſolum inſtrumentum locationis non probatur quando petitorio agitur.*
13 *Limita non habere locum, quando cum inſtrumento aliquid aliud concurrit, quia tunc probatur.*
14 *Poſſeſſio præſumitur ex perceptione fructuum.*
15 *Poſſeſſio non apprehenſa non cenſetur translata.*
16 *Allegans ſe poſſediſſe & nunc ſe poſſidere præſumitur, quando de ſuo commodo tractatur, & nu. 20.*
17 *Amplia maſſime procedere quando non probatur alium poſſidere.*
18 *Allegans feciſſe de licentia, debet probare dictam licentiam habuiſſe, alias per eius confeſſionem probatur accuſatio.*
19 *L. . . . . in quibus caſibus loquitur.*
21 *Si peto fundum, & eius poſſeſſionem, & probo me poſſediſſe per decem annos, ſed non probo titulum, & aduerſarius probet ſe poſſediſſe biennio cum titulo, nihilominus debeo obtinere.*

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. In quęſtione vertente in curia Capitanei Campigliæ ſuper vna accuſatione producta per nobiles viros comitem Gabrielem, comitis Hugonis de Monteſcudiano, ſeu de la Ghirardeſca, comitatus Florentiæ, & comitem Barnabonem, quondã comitis Arigi de dicto loco, ſuo nomine proprio, & vt tutorem eius fratris, & procuratorio nomine Laurentij eius fratris contra Cecchum Serchelli, Antoniũ Colę, Guaſparem Barconis Ghorum de Tuderto, mihi Andreæ de Alferijs commiſſa conſulenda de iure, vt viſis actis, & actitatis in dicto proceſſu, conſulam quæ ſint partes dicti domini Ca-
1 pitanei. Dico † quòd cum primo ſit quærendum de perſonis. l. ſi quęramus. ff. de teſta. l. liber.

liber. C.de peti.heredi. licet in actis ſatis alle-
gatum ſit, ad oſtendendum, quòd iſti accuſa-
tores ſint filij Vgonis, & Comitis Arigi. Ego
præſuppono, quòd ſint quia in iſta inſtantia
nō inuenio hoc per accuſatos fore negatum.
3 Et etiam, quia in iſta cauſa † non debent fieri
probationes plenę, ſed ſufficiunt ſummariæ,
vt ſupra dicam, & ſatis conſtat ipſos eſſe in
poſſeſſione filiationis. Item præſuppono de
tutela; & procuratione Comitis Barnabonis:
quia hic non fuit oppoſitum ante litem con-
4 teſtatam, † ergo poſt non poteſt admitti ad op
a ponendum, [a] iuxta not. in l. Pomponius. §. ra-
tihabitionis. ff. de procurat. l. ita demum. C.
4 eod. plene. C. de probat. l. exceptionem, † ſic
etiam non poteſt opponi poſtquam nomen
eſt receptum inter reos, quòd fit lite conteſta-
5 ta, † vt per reſponſionem [b] factam accuſatio-
b ni per accuſatum, vt not. C. qui accuſa. non
poſ. l. 1. per Cyn. circa primā quęſt. & in Spe-
cul. de accuſator. ſ. idem. verſ. item contra agē
tes de adulterio, & ibi per Ioan. And. in addi.
plene notatur in l. is qui reus. ff. de rub. iudi.
6 per Bart. † Et ſic tales exceptiones non poſ-
ſunt poſtea opponi. l. 1. ſ. accuſationem. ff. ad
Turpil. l. ſi plures, & l. hos accuſare. ſ. lege. l.
hi. ſ. liberi. ff. de accuſa. per Bar. l. ſi maritus. §.
c præſcriptiones [c] ff. de adul. per eundē. Hoc
ergo pręſuppoſito eſt videndum in hac cauſa
ſolum, an ſit probatum taliter, quòd. d. bona
ſint accuſantium, & quòd poſſit ſequi con-
7 demnatio, † quia ſi accuſantium eorum non
eſt probata intentio, poſito quod accuſati ni
hil probent, tamen debent abſolui per regu-
d las [d] l. qui accuſare. C. de eden. l. fin. C. de rei
vendi. & extra de except. cap. cum venerabi-
lis. & de cauſa poſ. & propri. cap. cum eccle-
ſia, & de iure iuran. cap. fin. §. fin. ff. de proba.
l. circa. in Specu. de excepti. §. viſo. verſ. illud
quaque non eſt. & in tit. de probat. §. probare.
8 verſ. tertium eſt ſpontaneæ probationis. † Ni
ſi ſpecialiter reus in ſe ſuſcepiſſet onus pro-
bandi, & obligaſſet ſe ad perditionem cauſæ,
ſi nón probaret, vt ibi per Ioan. And. in addi.
& latius in verſ. ſed vbi vterque in additione
ibi poſita. quę incipit: Non video præiudi-
cium, & cet. Et quia vidi ſatis copioſe allega
tum pro parte dictorum accuſatorum, ſum-
mam concluſiue, quod vult allegans. Nam
dicit ipſe ſi bene omnes teſtes inſpiciātur, lo-
quuntur omnes, vt plurimum, quòd ipſi con-
duxerunt d. bona à dd. accuſatoribus, ſiue ab
9 eorum auctoribus. Sed † ita eſt dicit ipſe, ꝙ
e per locationem [e] non probatur dominium
10 extra de fide inſtru. cap. inter dilectos. † Nec
f ex perceptione fructuum, [f] vt not. gloſ. extra
de re iudi. cap. cum Bertoldus, ergo patet ni-
hil eſſe probatum. Sed ſalua Reuerentia ſua
11 hoc non eſt verum, & hic attendamus. † Cum
in iſta cauſa dominium non deducatur prin-
cipaliter in iudicio, ſed incidenter, & ſemi-
plene probare ſufficit, ita dicit Cyn. C. quæ
ſit longa conue. l. 2. in 2. q. 4. q. principalis. ibi
item dici poteſt. & idem tenet Bar. in l. quidā.
in ſuo. ff. de condit. inſtit. & ibi gloſ. nunc ad
12 propoſitum † dico, quòd vbi agitur petito-
rio, tunc per ſolum inſtrumentum locatio-
nis non probatur dominium, vt in d. cap. in-
13 ter delictos. † Sed pro tanto dixi, ſolum in-
ſtrumentum, quia cum alijs ſic bene ſufficit,
vt ſi probo me locaſſe fundum Titio, & ip-
ſum mihi reſpondiſſe de fructibus, tanquam
Colonus meus; ita notabiliter tenet Bart. C.
14 locato. l. ad probationem. † Ex perceptione
g enim fructuum præſumitur poſſeſſio [g] l. Titia.
ff. de ſolut. & not. l. ſuper longi. C. de pręſcrip.
long. tem. per Cyn. & in Specul. de probat. ſ.
probare. verſ. ſed quæritur, & in tit. de actio-
ne. ſ. ſequitur, verſ. quid ſi ago contra te, &c.
& hoc tenet Bartol. ff. de vſucap. l. Celſus. ibi
quando dicitur contumacia, & cet. C. de rei
vendi. l. indicia. per Bal. & in l. 1. in prin. ff. ſol.
mat. per Bar. in 2. oppo. princi. circa fin. ibi. &
15 propter hoc iſta l. cum gloſ. & cet. † Nec ob-
ſtat dum dicitur, quòd non probatur, quòd iſti
h accuſatores apprehenderint [h] poſſeſſionem:
ergo, & cet. l. cum heredes in prin. ff. de acqu.
poſſ. Quia reſpondeo, quòd cum hic non ſit
probatum, quòd alius poſſideret d. bona per
iſtos colonos reſpondentes dictis accuſatori-
bus, eſt probata poſſeſſio, & poſſeſſionis ac-
quiſitio. verba ſunt Bart. ff. de acqu. poſſ. l. qui
vniuerſas. ſ. quod per colonum, & l. quamuis.
ſ. ſi conductor. eod. tit. ergo bene patet eſſe
probatum iſtos accuſatores poſſediſſe d. bo-
16 na, & per conſequens † cum etiam nunc alle-
gans ſe poſſidere, & tractatur de eorum com-
i modo præſumuntur etiam nunc poſſidere [i]
iuxta theoricā Bar. gloſ. & Doct. C. de proba.
l. ſiue poſſidetis, & C. ad exhiben. l. non igno-
17 rantis. Præcipue † cum non probetur alium
poſſidere, ſecūdum Bart. in d. l. Celſus ibi. ſed
ſecundū noſtros docto. moder. pro hoc opti-
me, quòd tenet Specul. in tit. de petito. & poſ
ſeſ. ſ. 1. verſ. quòd ſi peto fundum. Ex quibus
omnibus concluditur in iſta accuſatione, cū
non veniat principaliter dominium, quòd
ſufficit ſemiplene de eo probaſſe, & quòd ſuf-
ficiat

ficiat probatio poſſeſſionis, quæ probatur etiam per receptionem fructuum, vt ſuperius eſt probatum. Reſtat ergo, vt videamus ſingulariter teſtes an probent. Et primo dicamus de Goro vno ex d. accuſatis, quia quantum ad ipſum non eſt hoc quærendum,
18 † quia
k dicit hoc feciſſe de licentia[k] d. Comitis Barnabonis, ita quòd quantum ad ipſum eſt probata accuſatio per eius cõfeſſionem: niſi probetur de licẽtia. Nunc videamus quo ad alios, an ſit probatum: Et primo Iuſtinus ex dictis teſtibus cui dubium, quod probat, quia conductor, vt ſupra eſt dictum.
19 † Nec obſtat reſponſio allegatis in contrarium . . . . . quia loquitur ibi de probatione dominij, nos
20 loquimur de probatione poſſeſſionis. † Nec obſtat, quòd dicit non probat, quòd poſſideret tempore in accuſatione contento, quia immo, vt dixi, cum ſimpliciter poſſedit, & nunc alleget ſe poſſidere, & tractetur de eius commodo, ſine dubio pręſumitur hodie poſſidere, vt ſupra eſt probatum: ergo patet eſſe reſponſum ſubtili allegationi in contrarium. Similiter Tanſo alter teſtis probat, & Clarius Donatus alter teſtis ſuper primo cap. ibi & ipſam paſturam conduxit, & ſequitur duobus annis proxime præteritis, &c. Nellus alter teſtis idem ibi. & poſtea ipſe teſtis emit, & cet. magis lucide probat Caius Franciſci, quia dicit ſe reſpondiſſe de fructibus, idem Antonius Neronis, Antonius Ghinucci, Puccius, Laurentius, Donatus probat poſſeſſionem prædictam clare, qui probant poſſeſſionem d. Comitis Gabrielis, & Tanſus, & Metellus probant poſſeſſionem d. Comitis Barnabonis, & ſi ſi bene inſpiciatur dictum Specul. in tit. de poſſeſſ. §. 1. verſ. quid poſito ſun
21 dum † concludit, quòd ſi peto ab aliquo fundum, & eius pòſſeſſionem, & probo me poſſediſſe per decem annos, ſed non probo titulum, & aduerſarius probat ſe poſſediſſe biennio ſiue cum titulo, quòd ego debeo obtinere, pro hoc per ipſum in titu. de actio. §. ſequitur. verſ. quid ſi ago contra te, & cet. ſuperius allegato. Cum ergo in caſu noſtro non ſit probatum alium poſſidere, ſatis concluditur licet non probetur dominium plene: tamen bene concluditur ſufficienter probatam poſſeſſionem iſtorum accuſantium, & ſic eorum intentio, ſed accuſatio eſt probata ad ſufficientiam, vt d. Accuſati debeant condemnari ſecundum formam d. accuſationis, vt ſuperius eſt dictum & probatum.

Et ita, vt ſupra ſcriptum eſt, dico & concludo ego Andreas de Alferijs de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Opponendum*. Socc. in tract. Fallen. reg. 126. Nicol. Bello. 2. conſ. 26. nu. 8. Rui. conſ. 71. nu. 3. lib. 1. & conſ. 93. num. 4. lib. 5. Petrus Duenas lib. 1. regu. vtri. iur. reg. 269. except.

b *Reſponſionem*. Specul. de lit. cont. num. 14. cap. 2. par. 1. Quòd quando in reſponſione opponitur clauſula non animo litem conteſtandi. gloſ. mag. in l. vni. C. de litis conteſt. Franc. Rip. de communi in cap. cum Ferrarienſes. num. 97. vbi ceteri de cõſtitu. Amad. de ſindic. nu. 228. col. 2. infra conſ. 5. num. 6.

c *Præſcriptiones*. Dixi in d. ſ. nu. 1139.

d *Regulas*. Amplia per Cottam in memor. In verſ. actore. Limita per Duenam lib. 1. regularum. vtri. iur. reg. 22. actore Alex. in l. naturaliter. §. nihil cõmuni. num. 9. de acqu. poſſ. Deci. conſ. 37. Couar. Hiſpanus in lib. 1. variarum reſolut. cap. 1. num. 8. Duaranus. lib. 2. diſpu. anni. cap. 33 infra in materia conſ. 7. num. 2. & 8. conſ. num. 30. & 36. & infra conſ. 12. num. 44.

e *Locationem*. Afflit. deciſ. 331 nu. 7. in fin. Rot. deciſ. 87. in anti. nec quo ad teſtium. Bello. conſ. 11. nu. 8. Paris. conſ. 17. nu. 25. lib. 1. Grauet. conſ. 157.

f *Fructuum*. Per inſtrumenta & teſtes ſic l. 4. C. de proba. Paris. conſ. 104. num. 102. & ſequẽ. lib. 1. rius Pinel. in 2. par. l. 1. num. 6. & ſeq. C. de bonis mater.

g *Poſſeſſio*. L. 2. C. de acqu. poſſeſ. cap. 9. ibi de reſtit. ſpol. Afflit. deciſ. 325. nu. 2. Bello. conſ. 11. nu. 8.

h *Apprehẽderint*. quia ſine apprehẽſione nõ procedit. gno. in l. 2. num. 53. C. de reſcin. vend. Boeri. conſ. 13. num. 6. & per totum. Paris. conſ. fin. l. 4. Coras. lib. Miſcel. cap. 12. Tiraq. le morte ſaiſit in 3. declarat. præfat. num. 3. cum ſeq. An per conſuetudinẽ vel ſtatutum poſſit contrarium introduci. Coras. d. lib. 6 cap. 13. Bello. lib. 4. ſup. cap. 15. & ſeq.

i *Poſſidere*. In materia Socci. conſ. 59. l. 4. Bello. conſ. 11. num. 3. & 11.

k *Licentia*. Tali teſti. creditur atteſtati de commiſſione in delictis. Gramma. conſ. crim. 3. num. 4.

CONSILIVM SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Odia ſunt reſtringenda.*
2 *Caſus omiſſus a Statuto habetur pro omiſſo.*
3 *Amplia etiamſi in caſu ommiſſo eſſet eadem ratio.*
4 *Statum loquēs in caſu vero non habet locū in caſu ficto.*
5 *Conſtitutio epiſcopi excommunicans facientes furtum habet locum in eo, qui vere furtum facit.*
6 *Datio ſiue aſſignatio facta alicui ad vſufructuandum dicitur alienatio facta ad tempus. Et an Dominium trasferatur nu. 8. & ſeq.*
7 *Alienans rem duobus punitur.*
8 *Datio vſus fructus eſt ficta alienatio*
9 *Dominium in perpetuum ex tali ficta alienatione non transfertur, nec vſu capiendi conditio.*
10 *Statutum ciuitatis Cortonę in 3. lib. rub. 60. diſponens, quod alienans rem duobus, nomine penę ſoluat duplum eius pretij. quod d. rem vendiderit vel alienauerit debet intelligi in vere alienaanti & num. 15. 18. 19. 20. & 22.*
11 *Contractus pignoris eſt licitus in dote.*
12 *Dominium per verba conſignauit, tradidit & dedit non transfertur. quando cauſa habilis ad dominiū transferendum non praecedit.*
13 *Dedit verbum, non importat dominii tranſlationem, quando per contractum, in quo apponitur, non trāſfertur, quia regulatur ſecundum eius naturam.*
14 *Dari verbū appoſitū in contractu pignioris vt hyppo. interpretatur, vt dñium nō trāsferatur. Sed ſit pign°.*
16 *Alienatio dicitur ficta, quando dominium non trasfertur & pracipue; quando in obligatione pignoris venit modica quantitas, ita quod eſt veriſimile debitorem velle recuperare rem pignori obligatam nu. 17.*
21 *Quando ſit mentio pretij intelligitur de contractu emptionis, & venditionis.*

CASVS talis eſt, Inquiritur contra Antonium Matthęi Cēnutij eo quia dr̄ ipſum alienaſſe certa bona duobus cōtra formā ſtatuti Ciuitatis Cortonę in 60. rub. Tertij lib. quo ſic cauetur. Quicumque alienauerit aliquam rem duobus ſoluat nomine pœnæ duplum eius pretii, quod d. rem vendiderit vel alienauerit. quam d. Capitaneus de facto ab alienatore auferat eo ipſo quo ſibi conſtiterit de prędictis, vel per inſtrumenta alienationis, vel per teſtes legitime examinatos, & alienationes allegatę per d. Dominum Cap. ſunt iſtę videlicet. Quia cōtinetur in quodā inſtrumēto dationis in ſolutū cuiuſdā domus d. Antonij factæ Blaſio ſer Angeli creditoris d. Antonij, & vxoris Petri filij d. Blaſij, quam domū dedit in ſolutum per 300. flor. de dicta ſumma. Et ſequitur in Inſtrumēto hoc modo videlicet. Et cū d. Ant. reſtet dare d. Blaſio 100. Flor. auri pro complemēto ſolutionis d. dotis d. Dñę Roſatæ quātitatis 400. Flor. auri promiſſorū p̱ d. Ant. d. Blaſio, vt ſupra patet in proximo præcedēti cōtractu manu mei Notarij inſcripti, & non habeat ad pręſens pecunias p̱ ſatisfaciendo d. Blaſio prout tenetur vigore d. promiſſionis, & nihilominus volens d. Blaſiū in demnē cōſeruare, donec poterit eidem Blaſio ſoluere centum florenorū auri. Idcirco d. Anto. pro ſe & ſuis heredibus, omni exceptione iuris & facti remota conſignauit, dedit & tradidit. d. Blaſio pręſenti ſtipulāti, & recipiēti, pro ſe & ſuis heredibus ad vſufructuandū, & pro fructu centū Flor. auri. & pro ſupportādis oneribus matrimonii d. Dñæ Roſatę, cū ſit onus graue, & implicitū, ſolum dūtaxat pro d. quātitate 100. Flo. auri. in qua d. Ant. eſt debitor d. Blaſij, oēs poſſeſſiones, quas d. Ant. habet in territorio Farneti comitatus Cortonę in quocūque vocabulo & confinibus exiſtāt, & reperiuntur; & ſint pro illo tempore, & quouſque ad illud tempus, quo per d. Ant. fiet eidē Blaſio ſolutio & ſatisfactio dictorum 100. Flore. auri &c. Et hāc dicit Dñs cap. eſſe alienationē. Demū cōtigit tractu tēporis per plures annos poſtea ꝙ d. Ant. vēdidit d. poſſeſſiones cuidā Blaſio Cēnutii comitatus Aretii ſub infraſcripta forma videlicet, Al nome di Dio Amen. Adi. 9. di Settembre 1415. Sia manifeſto a qualunque leggera, o vedera queſta ſcritta come Antonio di Mattheo di Cen. da Corto-

Cortona ha venduto à Biaggio de Cennuno da Monte del contado de Arezzo, vno Podere poſto nella Villa di Farneta, in lo vocabulo delle Vaglie, con vn palazzo ſù ſcoperto, de ſtaiora 250. in circa, per prezzo & in nome di prezzo de fiorini 230. con queſti patti, che s'el detto Podere foſſe meno de ſtaiora 250. che ſi debba sbattere per rata parte per ſtaioro, & s'el detto Podere foſſe più, che il detto Biagio debba dare al detto Antonio per ciaſcun ſtaioro mezzo fiorino, con queſti patti, che detto Biagio debba dare al detto Antonio à Paſqua di Natale proſſima che viene, fiorini 30. & à Paſqua di Natale del 1416. 100. & à Paſqua di Natale del 1417. il reſtante de tutta la qnãtità che monterà, & coſi promettono l'vno à l'altro, & l'altro à l'vno, & coſi ri maſero d'accordo, & de volontà & prieghi ho fatta la preſente Io Silueſtro di Reſtoro. Et hanc dicit dominus Capitaneus eſſe ſecundam alienationem, & ſic d. Antonium incidiſſe in d. pœnam d. ſtatuti, & d. Antonius dicit, quòd non eſt alienatum duobus, quia per aſſignationem factam Blaſio ſer Angeli, non dicitur alienatio, ſed pignioris obligatio, quæritur quid iuris,

IN nomine Patris, & Filij, &
Spiritus ſancti, Amen.
In quæſtione iſta eſt, præmit
1 tendum, † quòd regula iuris
eſt, quod odia ſunt reſtringẽ
a da, extra de regu. iur. lib. 6.[a]
2 adeo quòd † caſus omiſſus [b] à ſtatuto habetur
b pro omiſſo. ff. de liber. & poſth. l. commodiſſi-
me. l. cum quidam, cum ſimil. pro hoc gloſ. ff.
3 de in ius vocan. l. fin. † Et ſi in caſu omiſſo eſ
c ſet eadem ratio, [c] vt in Clem. de ſepultu. cap.
dudum. ver. verum ne parochiales, ſuper ver-
4 bo de iure. † Sed præmitto, quòd ſtatutum lo
d quens, & puniens in caſu vero, [d] non habet
e locum in caſu ficto, [e] quia eſſet contra ius cõ
f mune, vt. ff. de nego. geſt. l. 3. §. hæc verba, [f] &
hoc tenet Bart. ff. de iuſti. & iur. l. omnes po-
puli. in 6. q. prin. verſ. vltimo quęro, an exten-
datur ad caſum, qui eſt idem ſecundum fictio-
nem, & cet. idem tenet Bal. C. de fur. l. ſi quis
ſeruo. in vlti. q. Allegat. d. Ioan. Andr. in cap.
5 perpetui, de elect. lib. 6. in Nouel. † Vnde ſi
conſtitutio Epiſcopi excommunicat facien-
tẽ furtum non habet locum niſi in illo qui ve
re fecit furtum, non autem in eo, qui facit
6 ficte. † Tertio præmitto, quòd in caſu noſtro
non eſt tractandum vtrum ex illa datione, &
aſſignatione facta Blaſio ſer Angeli per d. An
tonium ad vſufructuandum illas poſſeſſiones
ſit translatum dominium nec ne, quia eſt ad
tempus, vt ibi patet per not. in l. cũ ij. §. ſi vni.
ff. de tranſ. l. mulier. C. de iure dot. ff. de donat.
7 l. donationes. §. ſpecies. † His ſic præmiſſis iſta
quęſtio deciditur per tex. in l. fin. cum gloſ. C.
de rebus alie. nõ alie. vbi in text. videtur caſus
contra dictum Antonium, vt dicatur bis alie-
g naſſe, & ſic in pœnam ſtatuti incidiſſe, [g] ſed ve
ritas eſt in contrarium vt ibi gloſ. hoc decidit,
8 quòd iſte Antonius non teneatur. † Quia di-
cit, quòd datio vſufructus eſt ficta alienatio,
& interpretatiua, ſiue ex interpretatione, nõ
9 autem vera alienatio, † quia non tranſit ex ta
li alienatione facta Blaſio ſer Angeli domi-
h nium [h] in perpetuum nec vſucapiendi condi-
i tio [i] l. alienationis. ff. de verb. ſignif. † debet
10 enim intelligi d. ſtatutum quando alienat ve-
re, puta, quia vendidit, vel permutat, vel do-
11 nat, vel dat inſolutum, & ſimil. † Sed primus
contractus factus cum Blaſio ſer Angeli eſt pi
gnus, quòd patet, quia dicit quouſque ſolue-
rit illos centum flor. habeat fructus, qui eſt li-
citus, vt ff. manda. l. creditor. §. ſi inter. ff. de iu-
re dot. l. cum poſt. §. in domum. ff. de except.
k doli. l. pater. extra de vſur. cap. ſalubriter, [k]
12 per Bart. ff. ſol. mat. l. inſulam. §. vſuras. † Nec
obſtat prędictis, quia dixit conſignauit, tradi-
l dit, [l] & dedit, & cet. quia propterea intelligi-
tur translatum dominium, cum non proce-
dat cauſa habilis ad dominium transferendũ,
vt not. in l. ſi conſtante in princi. ff. ſol. matr.
13 per Bart. in 2. q. circa repetitionis effectum. †
m Nec verbum dedit, [m] hic denotat translatio-
n nem dominij; [n] ſed intelligitur ſecundum na
o turam contractus cui adijcitur [o] ff. de vſur. l. ſi
ſtipulatus, & hoc tenet Bar. ff. de condit. cauſa
14 data. l. dedi in princ. † Nam etiam in pignore
& hypote. exponitur liberum dare, & tamen
non transfertur dominium, ſed eſt pignus. ff.
de pigno. l. 1. §. 1. & l. cum prædium, & l. ſi fun
dus,

dus. in prin. & l. lex. §. fin. & l. ſeruum quem & l. cum tabernam in prin. eod. tit. cum infinitis
15 ſimil. † Remanſerunt ergo dicta bona ipſius Antonij, & per conſequens non poteſt dici alienatio, & per conſequens non poteſt dici, quòd comprehēdatur in ſtatuto prohibitiuo, & pœnali, & ita firmat Bal. in d. l. fin. C. de reb.
16 alie. non alienan. & ibi dicit Cin. † quòd tales alienationes, per quas non transfertur dominium ſunt fictæ, & interpretantur alienatio-
17 nes. † Et præcipue, quando talis obligatio pignoris eſt pro modica quantitate. Ita quòd eſt veriſimile, debitorem velle recuperare rem pignori obligatam, hoc tenet Bar. ff. de leg. 3. §. qui habebat, in prin. Vnde concludendū eſt in caſu noſtro dici debere, dictum Antonium
18 non alienaſſe rem duobus. † Et ſic non teneri ad pœnam dicti ſtatuti ſecundum Bal. ubi ſu-
19 pra, & hic etiam tenet Bar. † Immò nec de iure communi incidat in pœnam, quia ſi inſpiciatur tenor dicti ſcripti, non dixit, nec aſſeruit d. Ant. de Blaſio conuiui emptore dictorum bonorum, quod d. bona eſſent libera, vel quod D. Antonius non eſſet obligatus, uel nō obligauerit ea alicui alio. vt not. dicit Bar. ff. ad l. cor. de fal. l. qui duobus, & l. ſi à debitore
20 eod. tit. † Vnde ſi bene ponderentur uerba d. ſtatuti, quia dicit teneatur talis alienans ad duplum pretij, &c. debet intelligi, vt loquatur de
21 alienatione titulo emptionis. † Quia vbi fit mentio pretij, intelligitur de contractu em-
p ptionis, & venditionis, p vt not. l. fin. C. de
22 prædi. decuri. ſine decreto non alien. lib. 10. † At hic, vt dixi, prima alienatio fuit pignoris obligatio, non venditio, ergo non alienauit. in l. fi. C. de reb. alie. non alienan. per gloſ. 53. quòd prima alienatio eſt ficta alienatio: & ſic non comprehenditur in d. ſtatuto, vt dixi ſupra in 2. euidentiali, per Bar. & Bal. & ita hoc determinatur per Bal. in d. l. fin. C. de reb. alie. non alienan.

Et ita dico & concludo Ego Andreas de Alferijs de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Reſtringenda de reg. iur. lib. 6.* Petrus Duenas lib. 1. regu. utr. iur. reg 287. ſupra in q. 2. nu. 5.

b *Omiſſus.* Remanet in diſpoſitione iuris Bello. lib. 4. ſup. cap. 19. nu. 12. & conſ. 13. nu. 6. & conſ. 29. nu. 5. & 27. nu. 8.

c *Ratio.* Deci. in l. ſi quis id quod nu. 47. ff. de iure omnium iudi. Duen. ubi ſupra.

d *Vero.* Sed quando caſus uerus, & caſus fictus ſunt æquiparati à l. antiqua, tunc conſtitutio diſponēs in vno comprehendit etiam alium. Bello. lib. 4. ſup. cap. 20. num. 3. Tiraq. in tract. de pen. cauſa 13. nu. 26.

e *Ficto.* Bello. lib. 4. ſup. cap. 19. nu. 6. 8. & 14. & cōſil. 13. nu. 1. Tiraq. d. cauſa. & nu.

f *§. Hæc verba.* In materia Rip. in rub. ff. ſol. matr. nume. 61. & in l. ſi conſtante nu. 67. & 83. Cagno. in rub. C. de pact. nu. 28. Alex. conſ. 85. nu. 10. lib. 4. Grauel. conſ. 97. nu. 6. Rui. conſ. 28. nu. 5. lib. 3. Bello, lib. 4. ſup. cap. 17. nu. 3. Tiraq. de pen. cauſa 37. num. 2.

g *Inciſiſſe.* Arius Pinel. in 3. par. l. 1. nume. 18. C. de bonis mater. Bello. conſ. 9. nu. 1. in fin.

h *Dominium.* An poſſeſſio. Cora. lib. 6. miſcel. cap. 13. num. 5.

i *Conditio.* Socci. in tract. fallen. reg. 13. Corn. conſ. 294. nu. 9. lib. 5. Deci. conſ. 445. nu. 8. Afflit. deciſ. 13. nu. 5. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 9. nume. 247. Pinel. in auth. niſi tricennale num. 38. & ſeq. C. de bonis mater.

k *Cap. Salubriter.* Couar. lib. 3. reſol. nu. 3. Alex. cōſ. 63. nu. 3. & 4. lib. 4. Bello, conſ. 23. nu. 5.

l *Tradidit.* Per hoc uerbum poſſeſſio cēſetur translata, non dominium. Bello. lib. 2. ſup. c. 5. & nu. 3.

m *Dedit.* De hoc uerbo vide Bello. lib. 3. ſup. cap. 15. nu. 2. & conſ. 19. nu. 16. Duar. lib. 1. diſput. cap. 59.

n *Dominij.* l. Vbi autem. §. fin. ff. de verb. obli. Coraſ. lib. 2. miſcel. cap. 9. nu. 2.

o *Adijcitur.* Bello. lib. 1. ſupput. cap. 6. & lib. 2. capit. 5. num. 3.

p *Venditionem.* l. Cum dotem, & ibi gloſ. in uer. quis enim. C. de iure dot. Coraſ. l. 2. miſcel. c. 9. nu. 5. Affli. deciſ 270. latè Tiraq. de retract. & in prima par. §. 1. gloſ. 2. nu. 1.

LVD. ALF.

CONSILIVM TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Libellus eſt fundamentum iudicij.*
2 *Modus agendi ſemper attendendus eſt.*
3 *Medium, per quod concluditur, attenditur.*
4 *Creditor auctoritate propria non poteſt ſibi ius dicere contra debitorem, nec excuſatur etiamſi putaſſet ſibi licere, quia talis error non excuſat. & nu. 8.*
5 *Acquiſita per vxorem viuente viro, præſumuntur de bonis viri. Amplia num. 26.*
6 *Legatarius poteſt accipere propria auctoritate pecuniā quę erat in bonis teſtatoris intellige, vt nu. ſeq.*
7 *Intell. ad gloſ. magnā, in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi*
9 *Iuramentum defertur probanti ſemiplene.*
10 *Officium iudicis conquieſcit pendente dilatione, & nume. 39.*
11 *Dilatione pendente, iudex quando poſſit deferre iuramentum ſuppletorium, & nu. 38. & 40.*
12 *Multa fieri non debent, quę tamen facta tenent.*

13 *Legatarius confitens habuiſſe burſam, ſed vt de bonis teſtatoris, ſi non probauerit dictam burſam fuiſſe de bonis, ex tali confeſſione condemnabitur, quia ſibi onus probandi incumbebat.*

14 *Libellus generalis in conditione. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, non debet recipi, tamen ſi pars non oppoſue rit procedit, vt ſeq. & nu. 16.*

16 *Libellus generalis concludit iudici & parti, quãdo pars non oppoſuit, & ex probationibus poteſt poſtea ſequi ſententia condemnatoria.*

17 *Iudex ſemper in mitiorem partem eliget.*

18 *Concluſio declarat libellum.*

19 *Conditione l. ſi quis in tantam præſumitur egiſſe, quãdo petitur condemnari ad reſtitutionem rerum ablatarũ, & in æſtimatione earum.*

20 *Actio vi bonorum raptorum non requirit quod res cui ablata fuit ſit in bonis actoris, ſed ſufficit eã fuiſſe ex bonis.*

21 *Actio vi bonorum raptorum competit omnibus ex eiſdem cauſis ex quibus actio furti in re clam facta competat.*

22 *Libellus in prædicta actione quãdo vtitur verbis. Pertinentes, & ſpectantes, eſt generalis & non concludit quo iure pertineant.*

23 *Res cui debetur actione principali dicitur res ad eũ pertinere.*

24 *Actio furti non competit illi, qui habet tantum actionem principalem ad rem conſequendam.*

25 *Verbum habere hic quid importet.*

27 *Vxor poſſidens bona mariti cenſetur poſſidere iure familiaritatis.*

28 *Conditio. l. ſi quis in tantam, non habet locum vbi eſt voluntas coacta dandi.*

29 *Iuſtus metus, & timor non dicitur quando aliquid nõ fuit dictum, vel factum.*

30 *In conditione l. extat ff. quod metus cauſa pronũciatur talem authoritate propria accipientem priuandum iure ſuo.*

31 *Teſtis non legitimè iuratus nihil probat.*

32 *Iudex non debet ſe intromittere de agendis in iudicio vtraque parte tacente.*

33 *Teſtis non legitime iuratus habetur pro non iurato.*

34 *Teſtis non rite receptus habetur pro non recepto.*

35 *Teſti non iurato non creditur.*

36 *Teſtis qui non eſt omni exceptione maior non probat ſemiplene.*

37 *Iudex anteaquam deferat iuramentum ſuppletorium ad quid debeat aduertere.*

38 *Iudex non poteſt dare iuramentum ſuppletorium pendente dilatione. ſupra nu. 11.*

41 *L. Non erit. §. dato. ff. de iure iur. loquitur in iuramento voluntario.*

42 *Iuramentum delatum contra ius de facto reuocari debet per iudicem.*

43 *Iuramẽtum de facto delatum de facto debet reuocari.*

44 *Iudex qui fuit facilis in deferendo iuramento ſit facilis in reuocando.*

45 *Petens reuocari iuramentum intra decem dies iudex põt & debet reuocare qũ ſubeſt iuſta cauſa reuocãdi.*

46 *Confeſſio facta ſuper vno capitulo non poteſt diuidi, & in totum debet acceptari, vel in totum reſpui.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In cauſa vertente corã Nobili viro Iacobo Bernardini honorãdo Poteſtate Sig. Calci. Comitatus Piſarum, pro magn. & excelſo Populo, & communi Florentiæ inter dominam Bonutiam filiam q. Cionis de comitatu Putigniani Presbyteri S. Laurentij de curtibus, & vxorem q. Vannutij Pucciatti de comitatu montis magni ex vna parte agentem, & Thomæũ q. Iacobi Pucciatti de ſupradicto comitatu montis magni ex altera parte conuentum, & ſe defendentem. Mihi conſulendã commiſſa, quæ ſint partes d. Domini Poteſtatis in dicta cauſa. Viſis actis & actitatis &
1 productis in cauſa prædicta. † Primo quia libel
a lus [a] eſt fundamentũ iudicij. C. de litis conteſt.
2 auth. offeratur. † Et ſemper modus agẽdi eſt,
attendẽdus, extra de reſcrip. cap. ſuper literis
per Inno. ff. de iis qui not. infam. l. quid ergo. §.
pœna grauior, not. Bal. C. de furt. l. etiam. licet
3 enim quis habeat dictos actus, † ſemper debemus attendere medium per quod cõcluditur,
& modum, quo agitur, vt not. ff. ſi cert. peta. l.
certi conditio in princ. in gloſ. & per Bart. At
modo videamus petitionẽ. Et dicẽdũ videtur,
ꝙ petitio ſiue libellus prædictus, pcedat, nam
attẽto modo agẽdi, agitur conditione. l. ſi quis
in tantã. C. vnde ui. Cũ. n. aſſerat per vim ſibi
contra eius voluntatẽ ablatam burſam cũ 88.
lib. currẽtis monetæ in groſſis, quos ipſa tenebat, & habebat apud ſe in vno marſupio. Patet
ꝙ d. Thomæus tenetur ẽt, ſi ipſius Thomæi, d.
pecunia. d. Dominæ Bonutiæ fuerat obligata
ad eã reſtituendam, vt in ſtatu, vi bonorũ raptorum, uerſ. Sed ne dum talia, & ꝙ not. in d. l.
4 ſi quis in tantam. † Pro hoc, quia etiamſi dictus
Thomæos putabat d. Dominã ſibi debitricẽ,
b non propterea ſibi debebat ſua authoritate [b]
ius dicere, & accipere. d. burſam, ut ff. quod
metus cauſa. l. extat. ff. ad l. Iul. de ui priua. l. creditores. Nec obſtat ſi dicatur, quod iſte Thomæus putabat ſibi licere, quia d. Vãnutius legauit ſibi d. pecuniã, vt patet in teſtõ. d. Vannutij
manu Bartholomæi Gariorus de Calci ciuis
Piſani publici Notarij, & oẽs & ſingulas denariorum quantitates &c. Et habebat licentiã
à d. teſtatore accipiendi ſua authoritate dictas
5 pecunias, vt patet in teſtamento. † Dicitur. n.
pro parte Thomæi, quod clarum eſt de iure,
quod acquiſita per vxorem viuẽte viro præſu-
c muntur de bonis [c] uiri. ff. de donat. inter uir. &
uxo. & C. eod. l. ẽt. & etiamſi ipſa amouiſſet d.
pecuniam,

c de bonis [c] viri. ff. de donat. inter uir. & vxo. &
C. eod l. etiam, & etiam ſi ipſa amouiſſet. d. pe
cuniam, tamen remanebat viri ſiue eius here-
dum, vt not. ff. de leg. 2. in l. Titia cum teſtamē
to. §. caius. ergo hic d. pecunia quæ erat. d. Van
nutij fuit legata d. Thomæi, vt patet in d. teſta-
6 mento. † Et d. Thomæus potuit ſua auctorita-
te accipere, vt not. per gloſ. in d. l. Titia cum te
ſtamento per Bar. & C. de legi. l. non dubium.
& ibi per Bal. & not. C. de pigno. l. creditores.
7 per Bar. in 2. q. † Nec obſtat gloſ. magna. C.
un de vi. l. ſi quis in tantam ibi. Quarto quid ſi
furi exportāti, quia debet intelligi vbi non po
tuit eſſe copia iudicis, vt C. de iudi. l. nullus. &
not. in d. l. extat, & l. creditores r ſi enim co-
pia iudicis poteſt haberi hic non permittitur
d propria auctoritate hoc facere, [d] vt not. ff. quę
8 in fraudem credit. l. ait prætor. §. ſi debitorem.
† Nec obſtat, quòd ſupra proxime dixi, quòd
iſte Thomæus putabat ſibi licere, quia talis er
ror non excuſat, vt d. l. ſi quis, & l. extat & in-
ſti, vi bono. rapto. §. ſed ne dum talia, debebat
enim hoc facere iudicis auctoritate. Non ob-
ſtat de licentia teſtatoris, quia adhuc non con-
ſtabat. d. pecuniam eſſe d. Vannutij, & de here
ditate, debebat primo hoc eſſe liquidum, iux-
ta not. C. de pigno. l. creditores per Bar. in 3.
princ. q. Cum ergo d. domina probauerit per
vnū teſtem, ſcilicet Antoniū Matthæi ſuper
9 2. cap. † poteſt iudex ei deferre iuramen-
e tum in ſupplementum [e] ſuarum probationū,
cum ipſa ſciat veritatem, & cauſa ſit mere ci-
f uilis & pecuniaria, [f] iuxta not. in l. admouen-
di. ff. de iure iuran. capit. fin. §. ſane, & not. in
Specu. de iur. de la. §. verſ. ſed cui defertur.
10 † Nec obſtat ſi dicatur, quòd iudex detulit ta-
le iuramentum pēdente dilatione data ad op-
ponendum contra teſtes, & ſic officium iudi-
g cis debet conquieſcere. C. de dilat. l. ſiue pars [g]
quia reſpondetur, quòd iudicis officium con-
queſcit ſuper eo, ſuper quo eſt data dilatio non
ſuper alio, vt C. de rebus creditis. l. generali-
11 ter. §. his de præſentibus, verſ. nullo tamen †
cum ergo ſit alius articulus iſte, ſcilicet ſuper
dilatione iuris ab illo ad opponendum cōtra
teſtes patet, quòd iudex hoc potuit facere pro
hoc optime. ff. de iure iuran. l. non erit. §. dato.
12 Multa † enim fieri non debent quę tamen fa-
cta tenent. l. 2. §. biduum. ff. quando appel. ſit
cum ſim. pro hoc optime videtur gloſ. not. &
13 aurea, quòd Thomæus † debeat condemnari
ex iſta confeſſione, quia confitetur ſe habuiſ-
ſe, ſed vt de bonis Vannutij, & ipſe non proba
uit, quòd fuerant de bonis d. Vannutij, quia ſi-

bi incumbebat onus probandi gloſ. eſt C. de
donat. ante nupt. l. ſi preſidi. ex quibus patet
d. dominam Bonutiam debere obtinere.

In contrarium videtur, quòd attenta d. peti
tione dominæ Bonutiæ, & probationibus ſa-
ctis in d. cauſa, quòd d. Thomæus debeat abſol
ui, & hoc ſic probatur: Nam vt patet in narra-
tis in d. libello poteſt elici, quod agat vi bono-
rum raptorum, tum ex conditione. l. ſi quis in
tantam. C. vnde vi. inſtitu. vi bon. rap. §. ſed ne
dum, & etiam ab aduocatis in allegationibus
audiui: tum etiam conditione l. extat. ff. quod
metus cauſa, & patet quod in concluſione pe
14 tit iuſtitiam fieri, † ſed ita eſt, quòd d. libel-
h lus ita generalis [h] non debuit recipi. C. de an-
na. exc. l. fin. & tenet Inno. in noſtris termi-
nis in cap. cum dilectus extra de ord. cogn. ſub
uer. iuſtitia, pro hoc quod notat Compoſtel.
extra de elect. cap. cum vintonenſes in gloſ.
vlti. circa fin. & extra de purg. vul. cap. fin. per
15 Inno. & Ioan. And. † ſi tamen pars non oppo-
ſuit talis libellus procedit, vt in dd. iuribus, &
tenet Bart. in l. edita. C. de eden. in 1. q. princ.
16 Et vt ait eleganter Ia. Butri. in d. l. edita. † libel
lus generalis concludit iudici, & parti, ex quo
non oppoſuit, dummodo ex probationibus
17 poſſit poſtea ſequi ſententia cōdemnatoria, †
i Et ſemper [i] iudex in meliorē partem eligit,
ita etiam dicit Bal. in d. l. edita in 3. q. circa ma
teriam cumulationis, & ita dixit Innoc. in d.
cap. 2. de ordi. cogni. ita quod vlterius eſt videē-
dum priuſquam libellus fuerit receptus, ex
18 cōcluſione qua actione ſit actum: † Quia cō-
k cluſio declarat libellum, [k] vt elegantiſſime
not. per Bart. ff. de liber. legā. l. Aurelius. §. Sti
19 cho, † Et attenta concluſione d. libelli, quia
petit condemnari ad reſtitutionem dd. rerum
ablatarum & in eſtimatione earum, præſumē
dum eſt ipſum egiſſe conditione l. ſi quis in tā
tam, ſiue ex §. ſiue dum. inſti. vi bonorum rap.
Ergo nunc eſt videndum, An ſibi d. conditio
20 competat, † & aduertendum eſt, quòd d. actio
non requirit, quod res cui ablata fuerit in bo-
nis agentis, ſed ſufficere, quod fuerit ex bonis,
21 vt in d. §. ſed ne dum verſ. ſane in hac, † Et ſub-
dit in fine, quod omnibus illis quibus compe
teret actio furti ſi d. res fuiſſet furto ſubtractu,
& quia competit d. conditio re violenter abla
22 ta, † ſed ita eſt quod attento d. libello non di-
cit quo iure d. pecunia ad d. dominam Bonu-
tiā pertineat. Dicit enim pertinētis, & ſpectā-
tis ad d. dominā Bonutiā, ergo d. libellus gene
ralis, & non concludit quo iure, vt ff. de iud. l.
ſi quis in tātam, & ibi gloſ. & per Bart. & hoc

tenet Bar.in conſ. quod incipit: In Dei nomi
ne Amē. Viſa accuſatione porrecta per Ioan-
nē.Martini de Aſiſio, &c. quod eſt in ordine,
23 85.eſt in l.1.con.15.† Nā etiā cui debetur res
actione principali, dicitur res ad eum pertine
re.l.verbum illud pertinere.ff.de verb.ſignifi.
24 ergo ſequi debet abſolutio †. Illi enim, qui ha
bent actionem principalem tantum, ad rem
conſequendam non competit actio furti.ff.de
fur.l.eum qui.& l. ſi vendidero ff.de contrah.
empt.l.quod ſæpe.§.ſi res. Cum ergo hic non
appareat ipſam Dominam Bonutiam fuiſſe
Dominam, vel quaſi teneri alicui occaſione
dictæ pecuniæ pub. quia omni periculo ergo
ſibi dicta actio nō competit, vt inſtit.vi bono.
25 rapto.d.§.ſed nedum in fin. §. Cum enim ver-
bum habere confitetur ille, qui poſſidet vt do
minus, & in eo, quod tenet depoſitarius. vt ff.
de verb.obli.l.ſtipulatio iſta §.†.ſi quis. Videli-
cet quod iſta non bene agit, nec probauit ali-
26 quid, per quod poſſit †. Nam quia vxor. præ-
ſumitur habuiſſe de bonis viri.l.quintus.ff.de
27 donat.inter vir.& vxor.& C.eod.l.etiam † Et
ſic, ſi poſſidebat tenebat iure familiaritatis l.q
iure ff.de acq.poſſ.& quod ibi no.p Bar. Quod
vltra ſi bene attēdātur teſtes ſui, præcipue An
tonius Matthæi ſuper 2. cap. concludit, quod
timore eum, quia audiuit Poteſtatem veniſſe,
dixit, quod volebat dare burſam cum dicta pe
cunia Antonio fratri d. Thomei, licet ſub cō-
ditione. Et ſic hic poſito, quod fuit iuſtus me-
tus, quādo fuit. vt l.11.& 3.ff.quod metus cau-
ſa. Tamen fuit voluntas coacta dandi d. Anto-
28 nio. † Sed tunc vbi eſt voluntas, licet coacta
dandi non habent locum conditio.l.ſi quis in
tantam. ff. quod metus cauſa. l. extat. in gloſ.
29 magna.ibi etiam non dabitur.† Sed vt dixi nō
fuit aliquis iuſtus metus, & timor.l.nec timo-
re in prin.& l.metum in prin. ff.quod metus
cauſa. Non enim ipſa vidit familiam pote-
ſtatis, nec probatur, quòd ſibi Dominæ Bonu
tiæ aliquid dixerint. l. metum. & l. accuſatio-
nis.C.eod. prout dixi, attento cum conditio.
30 l.extat non eſt intenta, quia illa competit, vt
pronuncietur talem ſue authoritate accipien
tem priuandā iure ſuo, vt ibi patet in gloſ. nō
autē ad repetendum ſolutū. Et ſic patet attēto
d.libello generali, & probationibus factis nil
probari, vnde poſſit ſequi ſententia condē-
natoria vt not. in d. cap. cum dilectus per In
no. Quod vltra ego dico, quod non eſt proba-
tum aliquid de narratis per d. Dominā Bonu-
31 tiam †. Nam Antonius prædictus nihil probat
quia iſte non eſt legitime iuratus vt patet in
actis, quia nō fuit præſens pars d. Dominæ Bo
nutię, quę producebat nec apparit Aduerſariū
l fuiſſe cōtumacē. ergo nihil valet. [l] l.ſi quando
32 C.de teſti.† Pro hoc optime. quia iudex nō de
bet ſe intromittere de agēdis in iudicio vtraq.
m parte tacente [m]. ff.de iudi.l.inter litigātes vt
no.C.de iud.l.properandū.§. & ſi quidē.& ibi
33 gloſ.† Cū ergo non legitime iurauit habetur
pro non iurato.l.qui per ſalutem.ff.de iureiu
ran.pro hoc l.1 in fin.ff.quod quiſq.iuris not.
34 l.quotiens, §. 1. ff. qui ſatis. dare cogan.† te-
ſtis non rite receptus habetur pro non rece-
pto. vt in clem. teſtibus rite. de teſti. & extra
35 eod.cap.cum cauſa †. Si ergo non eſt iuratus
n [n], ergo ei non credetur.l.iuriſiu.& l.ſolam.C.
36 de teſt.† Cum ergo d.teſt.non ſit omni exce-
ptione maior, ergo non probat ſemiplene, vt
no.Bal.d.l admonēdi prędictus teſtis detrahit
o ſibi [o]. quia in ſuo examine dicit, quod Pieruc-
cius Cocchi erat præſens, & præfatus Pieruc-
cius alias examinatus in alia inſtantia dixit ſu
per 5.cap. Quod ipſa Domina Bonutia expic-
cauit ſeu inciſit a d.ſua camiſia d.Burſam. Hic
in iſta eadē inſtantia ſuper 4. cap. d. Dominæ
Bonutiæ, non dicit quod viderit incidi per d.
Thom.d.Burſam itaq.d.Ant.tum reſpectu ſui,
quia non legitime citatus, tum etiam quia il-
lū, quē allegat fuiſſe ſecum conteſtem non
dicit, vt dicit d. Antonius. Patet, quod nō pro-
bat aliquid, ergo non poteſt dici ſemiplene-
37 probatum.† Debuit enim iudex bene aduer-
tere ad dicta teſtiū, & videre, an animus ſuus
veriſimiliter de iure deberet inclinare in ali-
quam partem antequam tale iuramentū defe
ret, quod hoc non fecit, nam ſi inſpexiſſet di-
ctos teſtes, vidiſſet non eſſe credendū d.Ant.
p [p]. Et ſic d. Dominæ Bonutiæ iuramētū in ſup-
plementū probationis non dediſſet, colla. de
conſt.recti.feudi c.13. ſacramentū in princ.&
38 quod not.in d.l.admonēdi per Bar.† Et ſic iu-
dex tale iuramentū non debuit, nec potuit da
q re pendente dilatione [q] vt d.l. ſiue pars. C.de
dilat. Nec obſtat d. l.pen. §.his verb. nullo. C.
de rebus credi.& iureiur.quia loquitur de alio
caſu prorſus contrario ab illo ſuper quo data eſt
39 dilatio † Nā iudicis officiū cōquieſcit pēden-
te dilatione ſuper eo ſup, quo eſt data dilatio,
& ſuper ijs, quæ eſſent præiudicialia d.c.vt no.
40 Bar.d.l.ſiue pars †. Cui ergo dubium, quod pē
dente dilatione data ad opponendū contra te
ſtes, quod iudex non poteſt deferre iuramen.
in ſupplementum probationis, quia hic eſt
præiudiciale primo capitulo. Iam enim vi-
deretur approbatū fuiſſe ſemiplene probatū
per

per teſtes, & ſic, ad quod pars opponeret ergo talis dilatio non tenuit, & de iure fieri nõ po-
41 tuit. † Nec obſtat l. non erit §. dato. ff. de iureiuran. quia loquitur de iuramento voluntario licet iudiciali, hoc eſt de iuramento a parte vel a Iudice parte approbante; ſiue à parte Iudice approbãte, non autem loquitur in iuramento neceſſario dato per iudicem tantum. Et ille textus cum gloſ. facit pro hoc, quia dicit, quod etiam præſtito iuramento hoc de poteſtate deferentis, ſcilicet, an qui detulit potuerit deferre, & patet per ſupradi-
42 cta, quod nõ potuit. † Cum ergo tale iuramẽtum fuerit delatum contra ius & de facto debet reuocari per iudicẽ argumento eius quod not. ff. de euict. l. minor. 25. an. in prin. in gloſ.
43 † Sicut enim de facto detulit d. iuramentum, ita de facto reuocatur, vt not. dicit Innoc. in c. audita. extra de reſtit. ſpolia. ſuper ver. ſtatuiſtis. & l. 1. §. neceſſario. ff. ſi mulier vent. nomi-
44 ne. † Sicut enim fuit facilis in deferendo, ſit & facilis in reuocando. vt not. Bal. C. de ſucceſſ. edict. in rub. & C. de edicto diui Adri. toll. l. fin. in ſecundo euidentiali. pro hoc, quod
45 not. plene l. quod iuſſit. ff. de re iudi. † Cum enim pars. d. Tomei infra decem dies petierit tale iuramentum reuocari, a die quo fuit dela-
r tum, & iudex remanebat iudex, r & clare tunc eſt, quod iudex poteſt & debet reuocare. extra de appel. cap. cum ceſſante. quia ſubeſt iuſta cauſa reuocandi, vt ex ſupradictis patet ergo reuocari debet. iuxta not. d. l. quod iuſſit. & l. 1. in fin. ff. de prætori. ſtipu. per Bart. pro hoc not. gloſ. extra de purg. vulg. cap. ſignificantibus. Quid vltra ſi reſpiciatur ille Ant. teſtis dicit, quod d. burſam habuit de voluntate d. Dominæ Bonutiæ. Non obſtat gloſ. l. ſi præſidi. quia d. Domina Bonutia petebat cum cauſa,
46 ſcilicet, quia dicebat ſibi per vim ablatam †. Preterea quãdo confeſſio eſt facta ſuper vno capitulo non poteſt diuidi, debet vel in totũ reſpui l. Aurelius. §. idem quæſiuit. ff. de liber. lega. per Bart. Ex quibus omnibus patet, partes Iudicis, ſiue Domini poteſtatis prædicti eſſe, vt primo reuocet d. iuramentum delatũ. d. Dominæ Bonutiæ, & d. Tomeũ à petitione prædicta per ſuã ſentẽtiã definitiuã abſoluat. Et per prædicta, & quia ſæpius cum aduocatis partes aduerſæ fui in allegationibus, patet allegatis in contrarium reſponſum.

Et ita dico & concludo ego Andreas de Alferijs de Cortona.

ANNOTATIONES

a *Libellus.* Limita per ſocci. in tract. fallen. regul. 233. in conſ. 8. numero 3. & conſ. 13. numero 5.

b *Auctoritate.* Amplia limita & in materia d. l. ſi quis in tantam, & d. reg. prout late per ſoci. in tractat. fallen. reg. 34. & 292. Alex. in l. iuſte poſsidet numero 4. ff. de acq. poſ. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 43. ff. eod. Dida. Couar. l. 3. variarum reſolut. cap. 16. num. 7. Tiraq. de pen. cauſa 11. num. 8. & cauſa 46. in princ. Petrus Due. l. 1. reg. vtri. iur. reg. 67. authoritate.

c *De bonis.* Cremen. ſing. 6. tom. 1. vbi addi. Boer. concluſ. 3. in primo dubio Paris. conſ. 8. nume. 12. l. 1. limita pluribus modis vt per Bello. conſ. 17. numero 10. Quod in vidua Boer. vbi ſupra Coras. l. 3. miſcel. cap. 5.

d *Facere.* Can. 1. & 2. 29. q. 1. gloſ. in can. ius gentiũ. diſtinct. 1. Cou. l. 1. variarum reſolut. cap. 2. nu. 15

e *Supplementum.* Limit. per Soc. reg. 204. Iacobus Petrus Thole. in l. admonendi, numero 48. vbi ceteri. ff. de iureiuran. in conſ. 8. numero 31. & ſeq. & conſ. 9. numero 7. & conſ ſeq. numero 2.

f *Pecuniaris.* Quid in cauſis magnæ importantiæ. gloſ. in l. admonendi. in ver. exactione. vbi Bar. & cæteri. Mars. ſing. 27. Boeri. conſ. 40. numero 69. Soci. d. reg. numero 21. Petrus Bern. decis. bono. 67. numero 2. & 5.
Quid in criminalibus docto. in d. l. admonendi. Alex. conſ. 66. viſo numero 1. l. 11. & conſ. 122. numero 7. l. 11. Deci. conſ. 37. in fin. vbi de communi Boeri. decis. 85 & 86. ſocci. d. reg. numero 12. Gravet. conſ. 282. numero 15. & ſeq. Tiraq. de pen. cauſa 58. numero 7. Quid in cauſa matrimoniali. Coras. l. 3. miſcel. cap. 4. numero 6.

g *L. ſiue pars.* glo. 2. cap. 2. in fin. extra de dilat. Socci. regula 93. dilatione.

h *Generalis.* Quid in dote. Fran. Rip. in rubr. ff. Sol. mat. numero 47.

i *Et ſemper.* Deci. in l. ſemper in obſcuris numero 4. vbi Cagn. numero 12. ff. de reg. iur. Deci. cons. 43. nu. 4. Couar. l. 1. reſol. variarũ cap. 2. num. 6. ver. 3.

k *Libellum.* Limita per Socin. reg. 231. & in materia ſupra conſ. 7. numero 6.

l *Valet.* Abb. & Fely. in cap. in nomine Domini de teſti. Socci. reg. 404. & 406. Afflit. deciſ. 39. numero. 3. & deciſ. 47. numero. 6. vbi addi, late Nicol. Ant. Graua. in addi. ad teſtit. cap. 2. num. 28.

m *Facente.* Socci. reg. 197. iudex vbi limi.

n *Iuratus.* Socci. reg. 424. Mars. ſingu. 402. 214. 406. & 434. Grat. conſ. 152. numero 5. Paris. conſ. 102. numero. 6. & ſeq.

o *Sibi* Bar. d. l. admonendi. numero 57. & ibi Rip. num. 176. & ſeq. ſocci. reg. 204. Maran. de ord. iudi par. 2. 6. par. princip. actio. 9. numero 4.

p *Dediſſet* Pet. Benin. decis. Bon. 61. num 3. & deciſ. 67. num. 5.

q *Dilatione.* Alijs etiam de cauſis non defertur vt ſupra in littera C. & Dua rem. l. 2. diſpu. cap. 33.

r *Iudex.* Deci. conſ. 24. num. 2. Pet. Duenas. lib. 1. reg. vtri. iur. reg. 82.

LVD. ALF.

CONSILIVM QVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Tit. ſi quadr. paup. feci. dica. quare iniuſtus.*
2 *Pauperies ſignificat damnum.*
3 *Dominus animalis facientis pauperiem, habet facultatem vel ſatisfacere damnum vel dare animal pro noxa domino animalis recipientis offenſam. & nu. 7.*
4 *Actio directe deſcendens ex edicto ſi quad. paup. fecis. dica. quando habeat locum.*
5 *Animal quòd gregatim paſcetur, non eſt generis habentis ferocitatem.*
6 *Equi ſunt generis manſueti, & non habent ferocitatem.*
7 *Equus quando alium equum percutitur, dominus equi offendentis tenetur domino equi offenſi, vel ad emendationem damni, vel dare equum pro noxa, ſupra num. 3.*
8 *Intel. ad l. 1. verſ. itaque: ibi enim ſi equus calcitroſus. ff. ſi quad. pauper. fecis. dica.*
9 *Dominus recipiens equum percuſſum ab alio equo ad effectum tradendi mareſchalco, vt medicetur, an eueniente caſu, quòd moriatur ſibi præiudicet, vt nõ poſſit contra dominum equi percutientis agere, vt ſibi ſoluat damnum, vel det animal pro noxa, & ſeq.*
10 *Iure actionis petitur æſtimatio damni, vel animal pro noxa.*

CAſus talis eſt. Duo habentes duos equos in ſtabulis ligatos, ſed in medio aliquid inter ipſos exiſtẽs, vnus iſtorum equorum percutit alium in ſpatula ſiniſtra, in tantum, quòd d. equo oſſum dictæ ſpatulæ fregit, & equo claudicante incontinenti poſt vulnus receptũ, & habitum in tantum, quòd nullus magiſter pertranſire poteſt: vnde neceſſe fuit d. equum vulneratum tradi medico ſiue mariſchalco iuxta vulgare, qua neceſſitate cohærente in præſentia domini equi percuſſi, datum fuit mariſchalco meliori loco, qui mariſchalcus fecit omnia poſſibilia in eum curando, vt liberaretur, & finaliter in decimo octauo die, vel circa d. equus vulneratus mortuus eſt: vnde quæritur quid iuris.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. In quæſt. iſta eſt præmittendum, quòd legib. & iura caueтur quantum fuit poſſibile, ne quis iniurioſe damnũ pateretur.
1 † Verum, quia bruta animalia carent ratione, & ſic non poterãt dici iniuriam commiſiſſe, quia per iſtam, ſcilicet rationem ſeparemur brutis, fuit conueniens prouideri ne talibus lederemur, ideo iuriſconſ. fecit tit. ſi
2 quad. pau. fecis. dica. † Non dixit iniuriam, ſed pauperiem, ideſt damnũ ita not. ff. ſi quad. paup. fecis. dica. l. 1. §. 1. & inſti. eod. in princ.
3 & §. pauperies. † Verum, quia non erat equũ dominum obligare præciſe ad emẽdationem damni: ideo Prætor deludit facultatẽ domino animalium facientium pauperiem, ideſt damnum ſatisfacere dominum, quòd eſt in obligatione dare animal pro noxa domino animalis recipientis offenſam, vt d. l. 1. & ff. de re iu-
4 di. l. miles. §. decem. † Item præmitto, quod iſta actio directo deſcendens ex d. l. ſiue in edicto habet locum quando animal faciens pauperiem eſt generis manſueti, & gregatim pa-
5 ſcetur, † quia talia animalia non ſunt generis
a ferocitatem habentis,[a] vt ff. ad l. Aquil. l. 2. & inſti. eod. in prin. & ſi quad. pauper. fec. dica.
6 §. 1. His ſic præmiſſis, † dicendũ eſt ad caſum noſtrum, quod cum dicti equi ſint generis manſueti, & in eorum communem conſuetudinem non habent ferocitatem, & vnus percuſ-
7 ſit alium, † quod dominus d. equi offendentis tenetur domino equi offenſi ad emendationẽ damni, vel dare equum pro noxa, ideſt dam-
b no[b] dato. tex. eſt rotundus. ff. ſi quad. pauper. fecis. dica. l. 1. §. 1. verſ. Itaque, & inſti. eod. tit.
8 in prin. † nec obſtat, quod ibi dicatur in textu ſi equus calcitroſus, & cet. quia idem eſt ſi nõ eſt calcitroſus, hoc eſt conſuetus alias calcitrare ſecundum gloſ. quæ in dictis locis ſubaudit, etiam qui inſpicimus naturam communẽ generis cuius eſt animal offendens, non autem naturam ipſius indiuidui, vt ſic quare, &
9 ſic ibi eſt caſus. † Nec hic dicitur dominum equi percuſſi recipiſſe equum deferitum, per not. in l. vni. ff. de tritica. quia dicitur, quod tra-
10 ditus eſt mariſchalco ad curandum. † Vnde cum tale damnum petatur iure actionis, etiã ſi res recepiſſet ſic deterioratum, & non præiudicet ſibi, iuxt. not. ff. de ſolu. l. qui ſibi. §. 1. per Bart. Ex quibus concluditur dominum equi percutientis, teneri ad emendationem damni, ſcilicet æſtimati, equi mortui, uel tradere

dere equum percutientem domino equi percuſſi.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt, dico, & concludo Ego Andreas de Alferijs de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Habentis.* Cap. ſi culpa. vbi gloſ. in ver. animalia, extra de iniur.

b *Damno.* Quòd ſi ignoratur quis fuerit aggreſſor, neuter tenetur d. l. 1. §. cum arietes. gloſ. in ver, ſibi. Tiraq. de pœn. cau. 62. & in conſ. 9. nu. 5.

LVD. ALF.

CONSILIVM QVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *Initium & fundamentum in omni cauſa, & re de qua agitur, debet conſiderari, quo non rite facto, nihil poteſt ſubſiſtere.*

2 *Litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij.*

3 *Proceſſus factus ſine litis conteſtatione eſt nullus, & numero 14.*

4 *Teſtium receptio neq. valet facta ſine litis conteſtatione. nec ſententia.*

5 *Partes non poſſunt per pactum, & eorum conſenſum facere, quod ſententia ſine litis conteſtatione feratur vt valeat.*

6 *Lis conteſtata non dicitur, quando in reſponſione facta libello fuit appoſita clauſula, non animo litem conteſtandi.*

7 *Iudex non poteſt mandare litem conteſtari, quia non ad ipſum, ſed ad partes pertinet litem conteſtari.*

Quod ſi partes nolunt conteſtari, quid agendum ſit. 8. 9. 10. 11. & 13.

8 *Iudex quando partes nolunt litem conteſtare, poteſt mittere in poſſeſſionem, tamquam ſi negans eſſet contumax, & numero ſeq.*

9 *Iudex non poteſt habere litem pro conteſtata, ſed debet procedere cõtra eum, vt cõtumacẽ remedio prætoris.*

10 *Iudex perſonaliter detinere poteſt eum, qui non vult litem conteſtari.*

11 *Iudex non poteſt pronuntiare litem conteſtatam, vel haberi pro conteſtata, etiam ſi reus patitur aduerſarium mitti in poſſeſſionem, & ipſum perſonaliter detineri vt in numeris ſuperioribus.*

12 *Docto. loquentes litem præſumi conteſtatam, intelliguntur quando Iudex aſſerit, vel notarius, puta dicendo. viſa litis conteſtatione vel conteſtatio litis facta eſt,*

14 *Reus ab obſeruatione iudicij abſolui debet, quando proceſſus eſt nullus ex defectu litis non conteſtatæ.*

15 *Bellum quod non eſt indictum authoritate Populi, vel Principis, eſt iniuſtum, & maxime, quando non fuit motum pro recuperatione rei propriæ, & contra non ſuppoſitum. & numero 22.*

16 *Vim fieri permittitur aliquando, pro defenſione, vel recuperatione rei propriæ.*

17 *Intellige, dummodo in continenti fiat, poſtquam quis eſt ſpoliatus. & numero 19.*

18 *Limita non habere locum ex interuallo, quia tendit ad vindictam.*

20 *L. Iulia de vi. tenetur, qui furat in bello illicito & iniuſto. & numero 24.*

21 *Bona capere, nec capta ſua facere eſt permiſſum in bello, illicito, nec etiam inuaſorem detinere. Et tales capientes ſunt puniendi. numero 24.*

23 *Latrunculi potius dici debent, qui fuerunt in bello illicito, quam alio nomine nuncupari.*

25 *Societas & conuentio ſuper re turpi facta eſt nulla.*

26 *Turpis & flagitioſæ rei nulla eſt ſocietas. nec actio datur numero 35.*

27 *Societas valida eſſe non debet in eo, quod quis lucratur ex maleficio, ſiue per maleficium numero 42.*

28 *Communicatio lucri peti non poteſt ab vno ex ſocijs, quãdo ambo ſunt in pari cauſa turpitudinis num. 30.*

29 *Potior eſt conditio poſſidentis in pari cauſa turpitudinis numero 44.*

30 *Societas, quæ ſecundum bonos mores fuit ſuper re inhoneſta, quod quæſitum eſt per alterum ex ſocijs, peti non poteſt. numero 43. & 45.*

31 *Quid ſi ſua ſponte ſocius dediſſet alteri, dic quod poteſt retinere, ſed non petere vt ſupra.*

32 *Allegans turpitudinem non debet audiri.*

33 *Limita non habere locum, quando quis excipiendo allegat: ſecus agendo.*

34 *Amplia d. limit. quando præcipue eſt ab alio detectum.*

36 *Nemo ſine actione experitur.*

37 *Iudex videns actorem ſine actione experiri debet eum repellere, & reum abſoluere numero 40. & 46.*

38 *Iudex, quando liquet de exceptione rei, ſine aliqua probatione, debet pronunciare, ne partes laboribus & expenſis fatigentur.*

39 *Amplia fieri poſſe etiam tempore allegationum.*

41 *Reus non poteſt condemnari, etiamſi eſſet contumax, vel ficte confeſſus, euidens eſt ineptitudo libelli, vel continens manifeſtam defenſionem rei.*

47 *Victus victori in expenſis debet condemnari.*

FActum ſic ſe habet. Quidam Angelus Paſqui, vocatus Strega, de Villa Quaratæ comitatus Ciuitatis Caſtelli, & Ventura de Villa Aqueuiuæ Comitatus Cortonæ. Cupientes expellere Guidonem Marchionem caſtri Ciuitellæ, & ipſum caſtrum deuenire facere ad manus communis Caſtelli, conuenerunt inſimul, quòd ſi opera vel ſolici-

tudine

tudine eorum, vel alicuius eorum d.
caſtrum Ciuitellę deueniret ad manus
d. cōmunis, quòd omne lucrum proui
ſio, & emolumentum, quòd propter
hoc haberent à commune caſtelli, eſſet
commune inter eos, & æqualiter debe
ret diuidi. Dicitur quòd taliter d. Ven-
tura egit, quòd ipſe intrauit ſolus in d.
caſtro, & fuit in vna Turri, & finaliter
tantum clamauit, quòd gentes armi-
gere d. communis venerunt & habue
runt d. caſtrum, & ipſum deſtruxerunt
& d. commune dedit d. Venture cer-
tas prouiſiones, & pecuniæ quantita-
tem. Nunc d. Angelus petit a d. Ven-
tura medietatem d. prouiſionis, vigore
d. pacti, & ſocietatis, iſtæ Ventura di
cit ſe non teneri. Nunc quæritur quid
iuris.

IN nomine Patris, & Filij, &
Spiritus ſancti, Amen.
In quæſt. propoſita viſis a-
ctis & actitatis in dicta cauſa
1 † Præmittendum eſſe puto;
quod in omni cauſa & re, de
qua agitur, debet conſiderari initium & funda
mentum, quo non recte facto nihil poteſt ſub
ſiſtere. l. At eius. §. de eo opere. ff. de aqua plu.
2 arcem. cauſa cum Paulus 1. q. 1. † Cum ergo
a litis conteſtatio ſit fundamentum iudicij [a]. C.
de litis conteſt. l. vni. extra de verb. ſignif. cap.
ex parte. de offic. deleg. cap. ſuper quæſtionū.
§. 1. verſ. Quia ſi. extra de litis conteſta. cap. 1.
& de conſtitu. cap. .... Adeo quod pro-
ceſſus factus ſine litis conteſtatione eſt nul-
b lus [b]. vt not. in cap. Dudum il 2. extra de ele-
ctio. & d. c. vni. de litis conteſta. extra ut litē
4 non conteſtatā. cap. accedens. † Nec valet re-
c ceptio teſtium. [c] nec ſententia quæ ſequere-
tur vt C. de ſenten. & inter. omniū iudi. l. pro
latam. & not. in ſpeculo in princ. 2. par. & de li
tis conteſt. §. 1. ver. item eſt nulla ratione pro-
5 ceſſus. † Adeo hoc eſt dare ſubſtantiam, quod
etiam partes non poſſunt per pactum & eorū
conſenſum facere, quod ſententia ſine litis cō
teſtatione feratur vt valeat iuxta not. in d. §.
ver. Quod ſi de partium voluntate. Videamus
primo antequam ad vlteriora procedamus: an
6 in iſta cauſa ſit facta litis conteſtatio †. Et ſine
longo ſermone per reſponſionem factam d.
libello. d. Angeli per d. Venturam die 9. Se-
ptembris, non poteſt dici fuiſſe factam litis
conteſtationem, obſtante proteſtatione facta
per d. Venturam videlicet, quia proteſtatus
fuit quod opponebat ſiue negabat, non tamē
d animo litem conteſtandi, [d] Et ſic non intelli-
gitur facta litis conteſtatio ſecundum gloſ. in
d. cap. dudum de lit. conteſta. cap. vni. & in ſpe
cu. de litis conteſta. §. 1. verſ. patet ex præmiſ-
ſis. Idem tenet Ioan. Andr. in cap. exceptionē
de reg. iur. lib. 6. in mercur. ibi poſito in nouel
la. & Gloſ. Cyn. Bar. Bal. C. de litis conteſt. l.
7 vni. † Nec obſtat prædictis, quod iudex fe-
cit, ſcilicet, quia precipit & mandauit, litem
conteſtari per prædictas partes antea quam re
cedant de palatio, aliter ex nunc prout ex tūc
e [e] pronunciauit d. litem fore legitime conte-
ſtatā, &c. quia Iudex hoc non potuit facere.
Pertinet enim ad partes litem conteſtari, non
ad iudicem. vt d. l. vni. C. de litis conteſta. cum
8 ſimi †. Et ſi pars non vult litem conteſtari, iu
dex habet remedia Prætoris, ſcilicet mittere
f in poſſeſſionem [f] Tamquam ſi negans conte-
ſtari eſſet contumax, vt eſt gloſ. in auth. qui ſe
mel. C. quoniam & quando iudex. & per Ioa.
And. in d. cap. exceptionem. lib. 6. in fin. ibi
poſito & in ſpecu. de litis cont. §. 2. verſ. quod
ſi peto in te. in add. ibi poſita. & hoc tenet Bar.
in d. l. vni. C. de litis cont. & in l. ſi finita §. fi. de
dam. infe. & idem dicit Iac. de Aret. vt refert
9 Cy. in d. l. vni. in 7. quæſtione, vbi dicit †. quod
iudex non poteſt habere litem pro conteſta-
tā, ſed procedat contra eum tamquam contu-
10 macem remedio prætoris †. Adeo, quòd po-
teſt Iudex eum perſonaliter detinere vt not.
11 Bal. ibidem †. Et ſi reus omnia iſta patitur non
poteſt iudex pronunciare litem conteſtatam,
vel haberi pro conteſtata. vt dicit Bal. d. l. vni.
in v. q. & iſta eſt veritas, quia hic lis nō eſt con
teſtata. Sed vt ſatisfaciam aliquibus, quæ vi-
12 dētur contraria. † Non obſtat quod not. Bar.
in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. in fin. C. de e-
den. aut ſi quis in aliquo per Cyn. & Bal. & ff.
quando appel. ſit l. illud. per Bal. extra de ele-
ctio. cap. bono il 1. per compoſt. & Inno. in
cap. quoniā. extra de probat. in Specu. de ſen-
ſenten. probatione §. vt autem verſ. & not. &
§. quoniam ver. in ſumma de inſtrumen. edi-
cti. §. reſtat. verſ. In ſumma cum ſimil. Quæ
omnia d. iura in quantum loquuntur quod
præſumitur d. litem conteſtatam [g]. interue-
g niſſe, loquantur vbi notarius vel iudex hoc

Sed in caſu noſtro nihil horum interuenerit,
quia non atteſtatur Iudex, neq. Notarius, litis
conteſtationem fuiſſe factam. Sed dicit, quod
iudex mandauit partibus, quod litem conte-
ſtarent, antequam diſcedant, &c. Et vnde ap-
paret, quod ipſe partes cōteſtauerint, & quod
ſecus dicitur ex nunc, prout ex tunc pronun-
13 tiauit litem fore conteſtatam, &c. † Hoc nō
valet vt dixi quia iudex non poteſt hoc facere
vt d.l. vnica. C. de litis conteſta. per Iac. But. de
cent. Ciu. & Bal. Sed alia remedia prætoris de
14 bebat adhibere †. Concludo ergo quod cum
litis conteſtatio non ſit facta. quod d. proceſ-
ſus non valet, & debet d. Ventura abſolui ab
inſtantia & iudicij obſeruatione per tex. d. ca.
dudum. & d. cap. vnic. de lit. Conteſt. & not.
in d. l. prolatam per gloſ. Sed deſcendendo ad
factum principale, & ſi lis fuiſſet conteſtata di
cendum eſt ſimiliter ſine longo ſermone di-
ctum Venturam debere abſolui à dicta petitio
ne attenta forma agendi. & hic eſt aduerten-
dum, quia hic allegatur in d. libello fuiſſe con
tractam ſocietatem inter d. Angelum paſque
dictum Straga. & d. Venturam, de communi-
cando omne lucrum, quod ipſi vel aliquis eo-
rum haberet à communi Caſtelli habente
Campum ad Caſtrum Ciuitellę, eo quod ipſi
vel aliquis eorum daret d. Caſtrum Ciuitellæ
d. cōmuni Caſtelli, & acciperet à d. Guidone
15 † Nam ſecundum not. in l. hoſtes. ff. de capt. &
poſtu. recur. per Bar. & cap. ſicut il. 3. de iureiu
ran. per Inno. circa princ. & verſ. ſi autem ille
qui tale bellum non fuerit indictū auctorita-
te Principis, &c. cū d. bellū vel populi eſt ſine
fuit iniuſtū, præcipue cū nō appareat nec alle
gatur, d. bellū fuiſſe pro recuperatione rei cō-
16 munis Caſtelli †, Nā etſi aliquando pro defen
h ſione vel recuperatione [h] rei ſuę permittitur
i vim [i] fieri †. oportet intelligere, dummodo in
17 continenti [k] fiat poſtquā quis eſt ſpoliatus
k †. ſed ex interuallo longo hoc nōn permittit,
l [m]. quia tendit ad vindictam. vt not. in l. 3. §. cū
17 igitur. ff. de vi. & vi arma. l. vt vim. ff. de iuſti. &
m iur. C. ad l. iuliam de vi. l. ſi quis ad ſe fundum
18 & not. plene. C. vnde vi. l. 1. † Adeo quod etiā
19 in directe permittitur talis defenſio vel recu-
peratio, cum moderamine inculpatę tutelę,
[n] vt ibi not. Cum ergo in caſu iſto communi-
n tas caſtelli non eſſet iudex d. Guidonis. nec
apparet. d. Guidonem abſtuliſſe dictum Ca-
ſtrum ciuitellæ communi caſtelli, ſine dubio
20 ſine dubio d. bellū fuit illicitum. †. & tenetur
qui tenent in d. bello l. iulia de vi. vt d. l. ſi quis
ad ſe fundum ſ. quoniam multa eod. tit. & per
Inno. in d. vt cap. ſicut. verſ. Si autem ille, quis
tale bellum agit nullam habet iuriſdictionē
21 ſuper eo, &c. † Et ſubdit tamen tunc non licet
bona eius capere, nec capiendo in ſua facere,
nec licet inuaſorē detinere, &c. vbi hoc cla-
re dicitur, etiamſi Guido inuaſiſſet caſtrum
ciuitellæ quod fuiſſet de communi caſtelli,
pro hoc quod not. Inno. in cap. olim cauſam.
22 extra de reſti. ſpol. † Cōcludamus ergo quod
cum d. bellum non fuerit indictum auctorita-
te principis. vel Papuli, & d. Guido non erat
de iuriſdictione communis caſtelli, nec occu
pauerat, vel abſtulerat d. Caſtrum Ciuitellæ à
d. communi caſtelli, nec maior ſiue iudex d.
Guidonis requiſitis pro communi caſtelli, vt
ſibi faceret iuſtitiam contra d. Guidonē, quod
o d. bellum omnino fuerit illicitum [o] † Et qui
25 fuerunt in d. bello ſiue campo, ſiue hoſte, ſiue
caſtramento, ſiue Guerra debent dici latrun-
culi, quam alio nomine noncupari. vt in ſim.
24 dicit glo. ff. de nego. geſt. l. & ſerui. † Et rapta
p ibi non ſunt capientium [p] Sed ſunt tales ca-
pientes puniēdi, vt not. in d. cap ſicut & olim
25 cauſam † Hoc ſic præmiſſo dico, quod cum di
cta ſocietas fuerit flagitioſa, & ſuper re turpi
facta. vt not. plene in l. iuris gentiū §. ſint ma-
leficium. ff. de pact. licet enim pecunia & lu
crum, quod venit in d. ſocietate non ſit turpe,
eſt facta tamen ob turpem cauſam. ſcilicet &
vt auferret D. Guidoni res ſuas ſcilicet Ca-
ſtrum Ciuitellæ, quod ipſe poſſidebat. ergo
ſocietas & talis conuentio eſt nulla. vt not.
26 dicit Bar. ff. de uer. oblig. l. generaliter †. tur-
pis enim & flagitioſę rei nulla ſocietas eſt nec
actio datur. vt ff. de fideiuſ. l. ſi a Reo. §. fi. ff. de
27 contrah. empt. l. quod ſæpe. §. venen. † Non
enim debet eſſe ſocietas valida in eo, quod
quis lucratur ex maleficio ſiue propter male-
28 ficium. vt not. dicit tex. in d. §. id quod vulgo. †
Hortatu enim iſtius Angeli, iſte Ventura &
Angelus hortatu d. Venturæ venerunt ad tale
delictum committendum ergo ſunt in pari
cauſa turpitudinis, & non poteſt talis lucri
communicatio peti: vt ff. pro ſocio. l. quod au-
29 tem. & l. prætermittendū †. In pari enim cau-
ſa turpitudinis potior eſt conditio poſſiden-
q tis [q] † Cum ergo ſecundum omnes bonos
30 mores talis ſocietas fuerit ſuper inhoneſta re
ergo non poteſt peti, quod quæſitū eſt per
alterum ex dictis ſocijs ſcilicet per Venturam
communicari cum d. Angelo, vt dictis iuribus
31 & tenet Bal. C. pro ſocio in fin. eod. tit. † Be-
ne eſt verum, quod ſi ſua ſponte d. Ventura
dediſſet d. Angelo, quod ipſe Angelus ſibi
poſſe

poſſet retinere vt not.gloſ.in d.l. quod autem
ſuper verbo collata. Sed vt dixi petere nõ po-
32 teſt aliquid, vt dictis iuribus †. Et ſi dicatur iſte
Ventura allegat turpitudinẽ ſuã, &c. ergo nõ
33 debet [r] audiri. Reſpon. †. quod non eſt verũ,
r quia excipiendo quis poteſt allegare turpitu-
dinem ſuam, non autem agendo, vt l. 1. C. de
34 condi. o b tur. cauſam in 4. q. per Bal. † Præci-
pue vbi eſt ab alio detecta. vt eſt in caſu noſtro
35 l. alias. ff. de iure iuran. per Bar. † Concluditur
ergo quod d. Angelo nulla competit actio vel
ipſo iure ſecundum gloſ. & Bar. vel ope exce-
ptionis facti vel intentionis ſecundum Cin. in
l. ex eo. C. de inuti. ſtipul. & in l. 1. C. de cond.
ob turpem cauſam, per Bal. in 4. q. & in l. pla-
36 cet eo. tit. † & ſic concluditur d. Angelum ſi-
ſ ne actione experiri [ſ] cõtra l. ſi pupilli. ſ. videa-
37 mus cum ſimi. ff. de nego. geſt. † Et ſic iudex
cum videt eum ſine actione experiri debet eũ
repellere, & d. Venturam abſoluere per gloſ.
vbi pactũ. C. de tranſact. & l. ſi vnus. §. pactus. ff.
de pact. in repet. Bar. & ita not. dicit Inno. in
38 cap. 1. ex de offi. vica. † Pro hoc quod dicit In-
no. extra de elect. cap. cum inter, ſcilicet quod
vbicunque iudici liquet de exceptione rei ſi-
ne aliqua probatione facti ex .... ſecus faciẽ
da, debet ſuper hoc pronunciare, ne partes fa-
tigentur laboribus & expenſis. Idem dixit Io.
And. in archi. in cap. ad decimas extra de reſt.
ſpol. li. 6. & in Spec. 1. de cõt. ſ. ſicut videtur ve
ram, quod ſi conſtat iudici pro hoc ad l. Corn.
de fal. l. ſatis aperte, & per Bar. in l. eum qui ita.
39 §. ita. ff. de uer. oblig. † qui ibi dicit hoc poſſe
40 fieri etiam tempore allegationũ. † Cum enim
conſtet Iudici iſtam exceptionẽ vſic loquar
ineſſe ipſi actioni, ſi actio dici poteſt, ſecun-
dum Theoricam Bar. in l. lecta uer. dicebam. ff.
ſi cer. peta. Debet ipſemet ipſum agentem re-
pellere, [t] hoc tenuerunt Marti. de Fano, vt re-
fert Spec. de excep. §. dicto uerſ. ſed poſſe qđ
in cauſa. & Vber. de Bob. in d. §. dicto verſ. de-
bet autem reus uolens, &c. per Io. And. ego al
lego gloſ. ff. de offic. aſſeſſo. l. 1. C. vt nemo
priu. l. ne quis. & gloſ. not. C. de iura. ca-
41 lum. l. 2. † Vbi clare patet, quòd vbi eſt eui-
u dens ineptitudo [u] libelli, vel continens ma
nifeſtam defenſionem rei, etſi reus eſſet con
tumax, vel ficte confeſſus non poſſet condem
42 nari vt ibi not. dicit gloſ. Cin. Bartol. & Bal. †
Concludo ergo, quod cum iſta ſocietas fuerit
facta ob inhoneſtam & turpem cauſam de fu-
turo committẽdo, quod ex ea non poteſt, agi.
43 † Et d. Angelus nihil poteſt petere per iura
44 ſuper allegata. † Et quia in pari cauſa turpitu-
dinis potior eſt conditio poſſidẽtis, quia vter-
que certat de lucro, & vterque turpiter pepi-
git. Bene fateor quod & d. Ventura turpiter re
cepit: ſed tamen, quia poſſidẽs eſt potior. ff. de
conditio. ob turpem cauſam. l. ſi ob turpem cũ
45 ſimi. in fin. † Et ab eo non poteſt peti vel
exigi d. l. quod autem & l. non permittendum.
ff. pro ſocio, qui turpitudo & inhoneſtas iu-
dici patet ex ſerie libelli, & etiam ex teſtibus
46 productis per dictum Angelum. Iudex† ergo
debet dictum Veturam abſoluere à petitione
d. Angeli per not. in d. cap. 1. de offi. vicar. et in
iuribus ſupra allegatis, & quod not. in cap. ex-
ceptionis de litis cõteſt. lib. 6. ſuper ver. retar-
47 det. per Io. Andre. in nouel. † & iuxta reg. l.
properandum. §. ſi autem reus C. de iudi. debet
x d. Angelum in expenſis [x] condemnare.

Et ita dico & concludo Ego Andreas de Al-
ſerijs de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Iudicij*. Panor. in cap. ſuper quæſtionum. Docto. in l. cauſas. C. de tranſact. & in l. properandũ in pri. C. de iud.

b *Nullus*. Paris in materia. conſ. 118. lib. 4. Soc. iun. conſ. 117. lib. 2.

c *Teſtium*. Socci. regula 242.

d *Conteſtandi*. De communi Franc. Rip. in cap. cum m. Ferrariẽſis num. 97. de cõſtit. Amad. de Sin. num. 228. col. 2.

e *Prout ex tunc*. De iſta clauſula & quid ſignificet gl. in l. 1. C. de eden. tex. & ibi gloſ. in clem. de con-teſt. præben. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus la grand. ff. de verb. obli. l. de pupillo. ſ. ſi plurium poſt prin. col. 5. ff. de ope. noui nunc. Bal. in l. gallus. ſ. nũc. de lege velleia. ff. de lib. & poſth. per modernos late in l. lecta. ff. ſi cer. pet. vbi Cagn. num. 80. Fe ly. in cap. licet in col. 3. num. 6. de prob. Vber. Zu cat. in 3 arti. diſtin. Bar. C. de pact. ...

f *Poſſeſſionẽ*. In materia Socci. reg. 194. & 195. & ſeq.

g *Conteſtatam*. Socci. regu. 241.

h *Recuperatione*. Inno. in cap. olim. il 1. de reſtitut. ſpol. Panor. cap. 1. & cap. qualiter. de iudi.

i *Vim*. Socci. reg. 443. Iol. Brunel. in decr. 1. de hom. in 4. par. nu. 69. & eſt inter relect. Couar. Didac. Duenas l. 1. reg. vtri. iur. reg. 192.

k *In continenti*. De iſta dictione vide Bart. in l. 1. vbi glo. in ver. mox num. 33. ff. ſi cert. pet. Io. Bapt. Fer ra. col. 31. Zaſi. conſ. 5. lib. 2. Rip. in l. ſi cõſtante. nu. 8. ff. ſol. mat.

l *Spoliatus*. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 46. & ſequ. ff. de acqu. poſſ. & ibi Iaſ. poſt Bart. nu. 44. Soc. reg. 379. Catel. Cot. in memo. in ver. ſpoliatus.

m *Permittit*. Et contra faciens poteſt ciuiliter conue-nire, & causa cognita criminaliter condemnare.

Intel-

Intellige vt per Deci. conſ.220.num.4.Tiraq. de pen. cauſa 11. nu.8.

n *Tutelę.* Quando dicatur fieri cum moderamine vl tra gloſ. in d.l.1.C. vnde ui. Docto.in cap. ſignificaſti, extra de homicid. Aret. in §. ius omnium gētium num.4. inſti.de iur. natur. vbi Ziletus in litera h.

o *Illicitum.* Quod dicatur licitum, vide Guid. PP. qō.delfi.191.vbi addi.in litera c. Deci. conſ. 437. Vaconi l.2.declar.iur.ciuil.declara. 64.

p *Capientium.* In bello licito ſtatim capientium fiūt. l.Diuus commodus. Vbi gloſ.in uer. capientium, ff. de iur.lit. Alex. in l.1.nu.4.Iaſ.nu.8.Rip.nu.4. ff. de acq. poſ. Bar. in l, ſiquid in bello num.3. ubi addi.ff.de capi.& poſt. recur. Deci.d.conſ.437.& cæteri in ſuperiori addi.

q *Poſſidentis.* L.2.C. cond. ob turpem cauſam.

r *Debet.* Limita ut per Bar. & Iaſ. in l.iusiurandum. §. procurator, nu.20.& ſeq. ff.de iureiuran. Tiraq.in tract.de vtroque retract. in prima par. §. 1. gloſ.2.nu.15. Quod in teſtibus Socci.reg. 411.

ſ *Experiri.* Bar.in d.§.num.17.Bello conſ.25.nu.1.

t *Repellere.* Et in expenſis condemnatur Cur.iun.in conſ.163. col.1.Bello conſ. 25.nu.1.infra conſ.12. num.9. Videas gloſ.in uer.non tenore, cap.16.extra de iudi.

u *Ineptitudo.* Rip. in contrarium in communi in l. edita num.9.C.de eden.

x *Expenſis.* Alex.conſ.33.vel 37.numē.9. & 181. lib. 6.nu.13.Marſ.ſing.545.Cur.iun.vbi ſupra in litera 7.Et quando condemnatio non ſit cauſa exprimi debet. Tiraq.de pœn.in præfat.num.66.& pro iſtis expenſis datur officium iudicis Franc. Mar. q.delfin.14.nu.2.Socci.reg.196.in prima limita.

L v d. A l i.

CONSILIVM SEXTVM.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex debet iudicare ſecundum partium quæſtionem, quando cognoſcit, vt iudex ſecus in arbitro, & nu.2.*

3 *Sententia tenet quando iudex non pronunciat cōtra id quod partes habent in priuilegium, in reuerentiam perſonæ.*

4 *Fori priuilegio partes non poſſunt renuntiare.*

5 *Prætor, vel Iudex nil aliud agere debet, niſi vt partes deueniant ad concordiam.*

6 *Partes quotidie vadunt ad iudicem, vt ſic pronunciet.*

7 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

8 *Sententia lata ſecundum voluntatem litigantiū tenet, dummodo non contineat expreſſum iuris errorem.*

9 *Appellari poteſt à pronuntia facta lite non conteſtata.*

10 *Appellari poteſt ab interlocutoria, quando poſt non ſpirat alia diffinitiua, vel eſt magni præiudicij, vel definit negocium de quo agitur, & ſeq.*

11 *Interlocutoria quę habet vim diffinitiuę. eſt talis conditionis quod ab ea appellatur, & iuſtificatur ex nouis probationibus.*

12 *Limita non habere locum in alijs interlocutorijs, quia debent iuſtificari ex antiquis.*

13 *Tertius poteſt eſſe in iudicio pro ſuo intereſſe. Limita & intellige, nu.15. & 17.*

14 *Tertius pro ſuo intereſſe appellat à ſentētia inter alios lata.*

16 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*

18 *Pronuntiare ſuper incidenti non eſt neceſſe.*

19 *Reſtitutionis beneficium poteſt, etiam per viam contradictionis ſiue exceptionis opponi.*

20 *Iudex competens dicitur ſuper incidenti, etiam ſi fuiſſes incompetens de illo articulo, quando principaliter de eo eſſet tractandum, & nu.24.*

21 *Amplia maximè quando eſt eiuſdem naturæ, amplia etiam nu.ſeq*

22 *Reſtitutio in integrum coram arbitro non poteſt cō promitti, vel cognoſci.*

23 *Limita non procedere, quando incidenter aliquod capitulum venit, contra quod petitur reſtitutio.*

25 *Iudex maleficiorum non cognoſcit de re ciuili.*

26 *Intellige ſi principaliter ageretur: ſecus ſi incidenter.*

27 *Mandatum ſpeciale requiritur in petitione reſtitutionis in integrum.*

28 *Limita non habere locum, quando incidenter petitur.*

IN nomine Patris & filij & Spiritus ſancti. Amē. In quæſtione iſta ego reſpondebo quæſtionibus ordine quo petitur. Et ſuper primo
1 dico ſine longo ſermone. †Quod Capitaneus debet iudicare ſecundum partium quæſtionē, cum cognoſcat vt iudex, nō autem vt arbiter. tex.eſt.ff.communi diuid.l.iudicem.ff.de re iu
2 di.l.ſi conuenerit. † Licet aliud ſit in arbitro.l. qualem.ff.de arbi.& iſta eſt veritas licet gloſa teneat contrarium, & male. C. de iur. omni. iudi.l.1. vt ibi per Io.de Aro.& Cin.& Bart.in d.l. ſi conuenerit, & Bald.d.l.1.C.de iur.omn.
3 iudi. †Cum enim Iudex nō pronūciat in id, quod partes habent in priuilegium in reuerentiam perſonæ . . . . . ordinis habet ſententia, vt not. gloſ.in d.l.ſi conuenerit, & extra de iureiuran. cap. ex reſcripto, per Inno. circa fin.
4 gloſ.mag. † Et ratio eſt, quia partes tali priuile
a gio non poſſunt [a] renunciare, extra de foro cō
5 peten. cap. ſi dilecti cum ſimi. † Quid.n. aliud agit prętor, niſi vt partes deueniant ad concordiam.ff.de nou.op nuncia.l.1.§.& poſt operis.
6 Pro hoc optimè, † quia quotidie videmus, quod partes concorditer vadunt ad iudicem, vt ſic pronuntiet, vt not.in Specu.de renūt.§.1.uerſ.
7 Optimo not. † Et eſt conſuetudo optima legū
b interpres. [b] † Ergo concludendum puto d.Do
8 minum Capitaneum debere ſententiare ſecū dum voluntatem litigantium, & tenebit ſentē
c tia, ſi in ea non erit expreſſus iuris error, [c] ſecū

dum

9 dum not.in d.l.1.C.de iure omn.iud.per Bal.† & vt adnectam hic tertium dubium. Dico, q ex tali pronunciatione potuit appellari, licet ſit lata lite non conteſtata, hoc probabo, quia dicitis eam interlocutoriam, quia ſi lis fuit cõ-
10 teſtata, quare non dicimus eam diffinitiuam.† Et ſi eſt interlocutoria dic quod poteſt appel-
d lari.[d] Tum quia non ſperatur poſt ſe alia diffinitiua: tum quia eſt magni præiudicij, tũ quia deſinit negociũ, de quo iuxta not.C.ne filius pro patre.auth.habita per gloſ.& doc.& in l.1. & 2.ff.de appella.recip.per Bar.& in l.ait præ-
11 tor.§.permittitur.ff.de mino.Et † interlocutoria, quæ habet uim definitiuę eſt talis cõditionis, qđ ab ea appellatur, & iuſtificatur ex no-
e uis probationibus,[e] ſecundum Bal. C. de his
12 qui vt . . . . l.minores.† Quòd non eſt in aliis interlocutoriis, quæ debent ex anti
f quis, & nõ ex nouis actitandis iuſtificari[f] Clé. appellãti de appella. quod eſt benè notãdum.
13 Venio ad ſecũdum, † & dico, quòd ſi aliud nõ viderem, licet tertius poſſit adeſſe iudicio, qđ agitur inter alios pro ſuo intereſſe iuxta not.
14 ff. de inoffi.teſta.l.ſi ſuſpecta in prin.Et etiã †
g appellat tertius[g] l. à ſententia. ff.de appella.& l.ſi ſuperatus. ff.de pigno. facit. l.Paulus. ff. de procura. & not.in auth. de litig.§.ſed hic præſenti. col. 8.iuxta not.in l.ſæpè.ff.de re iudi. &
15 extra de re iudi.cap.quamuis.† Sed hic non video, quod poſſit intereſſe d.N. quia ipſe nititur ex contractu habito inter eos, ſcilicet ex laudo, quod cauſatur à compromiſſo l.1.& 2. ff.de arbi. cum ſimil. Quid ergo ſua intereſt, quod ſentẽtietur inter d.M.& S.iuxta reg. Res
h inter alios acta[h] in rubro & nigro C. † Ita qđ
16 non fuit admittendus talis tertius ſecundum not. extra de accuſat. cap.ſuper his, per Inno-
17 cen.† Et poſſet iudex procedere in principali cauſa mota coram eo ſcilicet, appellationis,
18 etiam non pronunciando ſuper incidenti, † quia non eſt neceſſe ſemper pronunciare ſuper incidenti.l.1.C.de ordi.iudi. & not. C. de dilat.l.à procedente.Tamẽ videamus:an Capi
19 taneus poſſit de hoc cognoſcere.† Et dicendum videtur, quòd cum tale beneficium poſſit etiam per viam contradictionis, ſiue exceptionis opponi, vt not. in ſimili.in l. nam &
20 poſtea. §. ſi minor.ff de iureiurã.† Dico quòd iſte Capitaneus eſt Iudex cõpetens ſuper iſta incidẽti, licet ſi principaliter fuiſſet petita reductio, debuiſſet agi coram Poteſtate loci. iuxta not. l. ſocietatem.§. arbitrorum, per Bart.
21 ff. pro ſocio. Tamen cum iſta cauſa incidat.† Dico, quòd iſte Capitaneus de ea cognoſcit, cùm non ſit ſpiritualis, ſed eſt eiuſdem naturę & cognitionis ſicut prima ſcilicet, quia vtraq. cauſa eſt ciuilis, & ſecularis fori. argu.l.quotiens. & l.nulli.C.de iudi.& hoc tenet in ſimi. Cin.Odofr.Pet. Bar.& Bald. in l. fin. C. vbi & apud quos, licet aliter ſenſerit idem Bar. in d.
22 §. ſi minor.tamen ibi clarius firmat. † Videtis enim, quòd licet in arbitrum non poſſit com-
i promitti cauſa reſtitutionis.[i] Tamen ſi inci-
23 dit coram arbitro aliquod capitulum, contrà quod petit reſtitutio, ipſe idem arbiter cognoſcit, vt ibi,& eſt text. in cap cauſa, extra de in
24 integ.reſt.† Ergo ita eſt hic, licet principaliter Capitaneus non poſſit cognoſcere de iſta cauſa reductionis, tamen ſi incidit poteſt de ea co
25 gnoſcere.† Sicut videmus in iudice maleficio
k rum, qui non cognoſcit de re ciuili.[k] l. ſole-
26 mus.§. latrunculator.ff. de iudi. Tamen † hoc eſt uerum ſi principaliter hoc adiretur, nõ au-
l tem ſi incidenter.[l] vt l.interdũ.§. qui ſurem.ff.
27 de fure.† Ad tertium in petitione reſtitutionis in integrum requiritur mandatum ſpecia-
m le.[m] l.illud.§.ſi talis.ff.de mino.† Tamen hoc
28 eſt verum ſi petitur principaliter, ſecus ſi inci-
n denter[n] ſuper aliquo actu, qui fit in iudicio, vt not. per Inno. extra de in integ.reſtitu.cap.ſuſcita. & cap.coram per Inno.& ff.de no. oper. nuncia.l. cum procurator per Bart. in princ. l. indebitam. ff.de condi.indeb.per Bar.pro hoc quod plenè not. in l.2.ff.de iur.om.iud.Et hoc
29 eſt uerum † præcipuè cum Capitaneus ſit iudex ordinarius cauſarum appellationum, vt not.Bart.in l.2. ff. de iur. omn. iudi. ibi ſecũdo modo loquitur, &c.

Et ita vt ſupra ſcriptum eſt, dico, & concludo Ego Andreas de Alferiis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Poſſunt*. Didac. Couar. in initio 2. par.relect.cap. quamuis. nu.9.de pact.in 6.

b *Interpres*. Et in opinionibus variis ad eam recurritur. Ripa in l.edita, num.6.uerſ.contraria.C. de eden.& in l.centurio num.13. ff. de vulg.& pupil. Duar.lib.1. diſputa. cap. 38. in fin. Bello. conſ.1. nu.2.Franc. Mar.q.delfin. 5.

c *Error*. L. 2. C.quando pro. non eſt neceſſ. limita per Iaſ.in l.certi condit.in num.20.ff. ſi cert.peta. & l.qui Romæ.§.duo fratres,nume. 52.ff.de uerb. obli.Socci.reg.354.

d *Appellari*. Regulariter non permittitur. Ampliationes & limitationes, vide per Pet.Due.lib.1.reg. utr.reg.52.appellari.

e *Probationibus*. Quia diffinitiua poteſt iuſtificari.l. eos.

eos.§.ſiquid autem. C.de appell.Guid.Pap. q.14.
136.500.& 586.Anch.conſ.223.Mar.Soc.in cap.
fraternitatis. q 33.de teſti. Afflit.deciſ.89.& 216.
Paris.conſi.130.lib.4.Gozza.conſ.22.in fi.Petrus
Duenas,lib.1.reg.utri.iur.26.48.appellatio.
f *Iuſtificari.* Afflit.deciſ.79. Duen.lib.1.regularum.
reg.47.& hoc tantum habet locum in pura & me-
ra diffinitiua.Boni.de Vital.in d.cle.in fi.Bellam.
deciſ.417. Fely.c.quo ad conſultationē col. 9. cū
ſeq.de re iudi.Dec.c.peruenit,il 2.extra eod.Ad-
de Granatius in annot.ad pract.Octa. Veſt.lib.3.
cap.10.nu.7.& 8.
g *Tertius*. Couar.in materia, lib.1.pract.q.15.nu.2.
in fin.& nu.ſeq.
h *Acta.* Couar.practicarum, qq.lib.1.cap.13.nu.8.
& in materia cap.559.Socci.reg.6.
i *Reſtitutionis*. Coram quo iudice eſt tractanda late
per Couar. lib.1.reſol.cap.4. per totum.
k *Ciuili.* Limita non habere locum, quando iudex
cauſarum ciuilium eſt abſens, Ang.in repet.l. va-
cantia.C.de bon. vacan.lib.10.
l *Incidenter.* Gloſ.& Ang.in proœ.inſtitu.ſuper ver
bo legitimos tramites in fin.
m *Speciale.* An ſit verum Couar. lib. 1. reſol. uariar.
cap.6.Caſſa.deciſ.1.de procur.
n *Incidenter.* Quando dicatur peti incidenter, & de
hac materia.Couar.lib.1.cap.6.num. 1.variar. re
ſol.Bellam.deciſ.297.

LVD. ALP.

CONSILIVM SEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Ex perſona & iure agentis ius metimur.*
2 *Actore non probante reus abſoluitur.*
3 *Modus agendi ſemper attendendus eſt.*
4 *Modū per quem concluditur ſemper inſpici debet.*
5 *Sententia abſolutoria ſequi debet, quando probationes non adaptantur cauſę ſiue actioni inteſtati.*
6 *Concluſio libelli ſemper attendi debet.*
7 *Dominium vtile habet vxor in re ſibi liuellata, & poteſt vendicare.*
8 *Suorum bonorum appellatione venit res liuellata.*
9 *Maritus ratificans acta facta per vxorem in conſtitutione dotis competit ſibi actio ad petendum ea quæ ipſa percipit, intellige, nu.ſeq.*
11 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione eſt validum in iure.*
12 *Dominium vtile & res liuellaris an dicatur tranſlata in maritum ex conſtitutione dotis generaliter facta ſine conſenſu domini, & nu.14.*
13 *L. ſi eum ſeruum cum ſua materia, ff. ſi cert.pet. nō habet locum, quando alienans nullum ius habebat, vel non alienauit de iuribus.*
14 *Res emphyteuta ex conſtitutione dotis, non tranſit in maritum ſine conſenſu domini.*
15 *Teſtis quādo in vna inſtantia deponunt de pluralitate rei, vel in eorum dictis ſunt varij non probant.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſan-
cti Amen. In cauſa iſta uertere in curia
Dom. Poteſtatis Aretij inter Antoniū Ioānis
de S.Maria ciuem Aretinū ex vna parte agen
tem, & Dñam Bettam vxorem d. Ioannis ex
alia parte ſe defendentem mihi concludenda
commiſſa per ſapientem & egregium I.V.D.
Thomaſum de S. Geminiano iudicē dicti D.
Poteſtatis Aretij, vt viſis actis & actitatis, quę
1 in dicta cauſa ſententia ſit ferenda† præmitto
primo & ante oīa, qđ ſemper ex pſona (vt inf.
conſ.ſeq. nu.1.) & iure actoris ius metimur.i.
2 ſequimur, vt l.1.in prin.ff.ſi pars here. peta. †
Hinc eſt quod dicitur, quod actore nō probā-
a te reus abſoluitur[a] l. qui accuſare. C.de eden.
3 l.fin.C.de rei vendi. cum ſimi. † Adeo qđ ſem
b per eſt attendendus modus agendi,[b] extra de
reſcrip.c.ſuper literis per Inno. C. de fur.l.ēt,
& ibi per Bart. & extra de elect. c.dudum per
4 Inno.in gloſ.quæ incipit ſuper proceſſu,&c.†
Hinc eſt, quod dicunt Doctores, ꝗ ſemper de-
c bet inſpici modus, per quod concluditur,[c] l.
certi cōditio in princ.ff.ſi cer.pet.per Iac.But.
5 & Bar. † Adeo ſunt hæc vera, quod ſi probatio
non adaptātur cauſæ ſiue actioni intentatę ſe-
quitur abſolutoria ſententia. l.habebat. ff.de
inſti. actio.& de pact.dota.l.Bebius Marcellus
cum multis ſimi. Nunc ad propoſitum videa-
6 mus primo de libello dicti agentis. † Et quia
ſecundum Bar.ſemper debet attendi conclu-
d ſio[d] libelli; vt.ff.de liber.lega.l.Aurelius.§. ſti
cho. Et ſi bene conſidero ſine longo ſermo-
ne agit d.Antonius tanquam ratificationis cō
tractum factū ſuper re ſui auctoris, per d.Do-
minam Bettam, ſcilicet ſuper Domo emphy-
teuta Eccleſiæ Abbatis S.Mariæ de Agniano,
quam dicit fuiſſe datam in dotem d. Ioāni ſub
illa generalitate, quod d.D. Betta dixit, quod
dabat in dotē d.Ioanni omnia eius iura, actio-
7 nes, & bona. Sed vt paucis verbis cōcludam.†
Dicit agens. Iſta domus de qua fit mentio in li
bello, erat liuellata d. Bettæ, & ſic illa habe-
e f bat vtile[e] dominium.[f] l.& per totum.ff.ſi ager
8 vect. vel emphy. pet. ergo poterat vendicari †
g ergo venit appellatione ſuorum[g] bonorū. l.
quintus; la 2.ff. de auro & arg.lega.per Bar. in
9 prin. † Et ſic dicit ipſe agens, ego ratifico talia
acta per Abbatē, & D.Bettam, ergo mihi cōpe
tit actio ad petendū ea, quę ipſa percipit ſecū-
dum opi. Mart.in l.Mater.C.de rei uendi.quā
10 ſequitur Bar.in l.ſi eum ſeruum. ff.ſi cer.pet.†
Sed gloſ.in dicta l. mater. & Petr. & Bald. hoc
non tenent, & ſic ſecundum eos iſte ma-
le egit, quia talis ratificatio habet locum re-
perempta vel præſcripta, quod hic non pro-
ponitur: ſed poſito, quod opinio Bar. eſſet ve-
11 ra adhuc videtur iſtum malę agere † à ſufficiē

ti partium enumeratione, quod argumẽtum
h eſt validum in iure [h] l.obligationũ.ff.de actio. & oblig. l. patre furioſo. ff.de his, qui ſunt ſui, vel ali.iur. cum ſimi. Modo ſi iſta renunciauit
12 iuri, quod habebat in d. domo. † Aut dices, quod ex illa cõſtitutione dotis ita generaliter facta fuit tranſlata d. domus, ſiue ius vtile vel liuellarium quod habebat, d. Domina in ipſa in dominum Ioannem, quod tamen eſt clarum, cum eſſet res emphyteuta Eccleſiæ & cõſtitutio dotis fuit facta inrequiſita ea, ſed quia hoc ad præſens non quęritur: ideo hoc non decido, tunc d.renunciatio nihil nocuit d.Ioãni, & nihil profuit dictis conductoribus. quia ipſa nullum ius habebat, & nihil alienauit de
13 rebus, vel de iuribus d. Ioãnis. † Et ſic d.l. ſi cũ ſeruum cum ſua materia, hic non habet locũ, ſed Abbas fuit ille, qui alienauit non iſta Do-
14 mina Betta. † Aut ex tali conſtitutione dotis dicta res emphyteuta non tranſiuit in d.Ioannem, quia erat Eccleſiæ, & quia alienabatur
i in alium, & non apparet de requiſitione [i] facta per ipſam de Abbate dictæ Abbatię, vt ſuũ conſenſum præſtaret iuxta not. in l.fin C.de iure emphy. & tunc ſine dubio iſti etiam non competit ius agendi, quia nihil fecit ſuper re vel iure Ioannis. Et ſic ex ſerie d. libelli, & inſtrumento dictæ locationis factę per dictum Dominum Abbatem Iacobo & Stephano, pa-
15 tet iſtum agentẽ male agere. Quid ultra † dico, quòd dicti teſtes producti nihil adiuuant d. agentem. Nam dicunt, quòd ipſa fuit confeſſa, habuiſſe de domo, quam vendidit, &c. Et inſtrumentum allegatum manu Bartholomæi, non dicit, quòd iſta vendiderit, ergo, poſito, quod dicti teſtes verum dicãt, patet quòd nõ eſt illa, de qua inſtrumentum loquitur, & ſi bene aduertis teſtis Bartholomęus dicit de domo liuellaria, non dicit dẽ cuius, ſed bene Vgolinus dicit de domo liuellaria S. Mariæ in gradu. Et ſic ex dictis teſtium apparet pluralitas rerum, vel ſaltem ſunt dubia. Sed vt dixi ego oſtendi iſtam Dominam Bettam nullum contractum alienationis ſiue renunciationis feciſſe ſuper rebus, ſiue iuribus d.Ioannis. Allegationes factę pro parte dicti Antonij ſunt valde copioſe, & ſcientiam multam oſtendunt allegãtis, ſed meo iudicio principale factum non tangunt. Ex quibus omnibus concludo partes d. D.Iudicis eſſe in abſoluendo d. Dominam Bettam, & quòd per eius ſententiam abſoluat ipſam à petitione d.Antonij.

Et ita dico & concludo ego Andreas Alferius de Cortona, &c.

ANNOTATIONES.

a *Abſoluitur.* Petrus Duenas, lib.1.reg.vtr.iur.regu. 22.Couar.l.1.uar.reſol.cap.1.nu. 8. ſupra in materia, conſ.1 no.7. vbi addit in litera d. & cõſ.ſeq. num.30.& 36.

b *Agendi.* Supra conſ.3.nu.2. & infra conſ.ſeq.nu. 2.& conſ.11.nu.1.& conſ.20.nu.1.

c *Concluditur.* Supra d.conſ.3. nu.3.

d *Concluſio.* Socci. reg.231. & ſeq. ſupra in materia, conſ. 3. nu. 13.

e *Vtile.* Quod non reperiatur in iure tenuerunt Coraſ.lib.6. miſcel.cap.20.nu.2. & lib.5.cap.14. nu.3. Duaren. lib.1. diſputa. c.17.Vacon.lib.declar.1. declar.81.

f *Dominium.* Ari.Pinel.in 3.par.l.1.C.de bon. mater. nu.12.& ſeq.Duen.lib.1.reg.utr.iur.reg.212.

g *Suorum.* Socci. reg.96.

h *Iure.* Iaſ.in d.l. patre furioſo, nu.1.Intellige ſi partes bene enumerentur. Bello conſ.6.nu.1.

i *Requiſitum.* Alienas irrequiſito cadit à iure ſuo. limi.per Marſ.ſing.28.443.Socci.reg.115.& 434. Afflit. deciſ.97. in addit. in uer. vtrum latiſsime per Tiraq. in præfat.1. par. de retract.§.1.gloſ.2. nu. 6. An res emphyteuta poſſit dare in ſolutum. Coraſ.lib.3.miſcel.cap.3.in fin. Cotta. in nume. in uer. actus nullus.

LVD. ALF.

CONSILIVM OCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Ex perſona & iure agentis, non autem ex poſſeſſione cõuenti ius debet metiri.*

2 *Modus agendi in omni cauſa conſiderandus eſt.*

3 *Libellus eſt fundamentum iudicij.*

4 *Libellus in actione hypothecaria, vt bene concludat, quod requiratur.*

5 *Excuſsio principalis debitoris fieri debet priuſquã deueniatur ad tertios poſſeſſores.*

6 *Exceptio excuſſionis per tertium poſſeſſorem opponi debet ante litem conteſtatam.*

7 *Proceſſus & ſententia tenet; quando tertius poſſeſſor non oppoſuit de excuſſione non facta contra principalem, aut litem conteſtatam.*

8 *Intellige dummodò probetur in iſto iudicio debitũ principale.*

9 *Inſtrumentum dotis probat debitum principale, quãdo agitur contra tertium poſſeſſorem.*

10 *Agens contra tertium poſſeſſorem actione hypothecaria probare debet rem petitam fuiſſe aliquo tempore poſt dictam obligationem, in bonis d. contrahentis.*

11 *Teſtis deponens contra veritatem, & ſuper impoſſibili non probat.*

12 *Res dicitur in bonis noſtris, quando per ea nobis competit rei vendicatio, vel poſſidentis exceptio.*

13 *Inſtrumentum quod dicit, obligauit omnia ſua bona, dominium importat.*

Domi.

14 *Dominium quęritur traditione facta à Domino vel habente cum titulo.*

15 *Teſtes non probant rem fuiſſe in bonis, quando deponūt infraſcriptis verbis: talis habuit ab aliquo Domino, vel poſſedit aliquo iuſto Titulo.*

16 *Hypothecaria agēs contra tertium poſſeſſorem, probare debet de dominio debitoris.*

17 *Poſſeſſionem longęuam probans, & non aliquem titulū inducentem præſcriptionem probaſſe non dicitur.*

18 *Præſcriptio non probatur per tertium poſſeſſorem, quādo probat ipſum tenuiſſe, & vt dominus fructus recolligiſſe, ſed per hoc ſolum probatur, quod non poſſidet alio nomine.*

19 *Poſſediſſe poſt venditionem non dicitur, quando non cōſtat de venditione facta.*

20 *Probatio dubia nihil relevat.*

21 *Poſſidere præſumit titulo conditionis.*

22 *Statuta ſunt ſtricti iuris, & generaliter loquentia, generaliter ſunt intelligenda.*

23 *Statutum, vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

24 *Lex quantumcunque dura eſt ſeruanda, licet non exprimatur in ea ratio.*

25 *Statutum Aretij prohibens pręſcriptionem currere mulieribus donec habitant cum filiis, quo ad receptionem dotis, habet in ſe rationem vt d. nu.*

26 *Hypothecaria contra Maritum vel eius heredes eſt vitę 40. annorum.*

27 *Contra extraneum vero eſt vitę decem vel viginti annorum.*

28 *Hypothecaria tam contra maritum, vel eius heredes: quam contra extraneum quo ad natiuitatem ſunt in pari ratione, & vtraque incipit, vel poſt diſſolutionem matrimonij, vel poſtquam Maritus incipit vergere in inopiam.*

29 *Præſcriptio prius incipere non debet currere cōtra tertium poſſeſſorem, quam contra hęredem viri.*

30 *Actore non probante reus abſoluitur. & nu. 36.*

31 *Teſtis vnus non probat.*

32 *Iuramentum in ſupplemētum defertur probanti ſemiplene.*

33 *Intellige dummodo ſciat veritatem per veram ſcientiam, nō autem ſi ſciret per credulitatem, vel famam. & num. 34. & 35.*

36 *Heredi non defertur iuramētum, in ſuplpementum, quia neſciat per veram ſcientiam talem rem, de qua agitur fuiſſe in obligatione tempore contractus.*

37 *Actor ab expenſis debet abſolui, quando non malitioſe egit, & putauit ſe habere iuſtam cauſam litigandi.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti Amen. In quęſtione vertente in curia Domini Poteſtatis Aretij inter Nardum Petri Nicolutij, & Dominam Catherinam vxorem d. Petri ex vna parte agentes, & Angelū olim Ioannis ex alia parte conuentum, & ſe defendentem. Mihi conſulenda cōmiſſa fuit. Viſis actis, & actitatis in d. cauſa inter dictas
partes, & ſtatutis productis. Præmittendum
1 eſt, † quòd ex perſona, & iure agentis, non au
a tem ex poſſeſſione cōuenti ius debet metiri, [a]
vt in l. 1. in prin. ff. ſi par. here. peta. Videamus
2 r. de iure d. Nardi. † Et quia ſemper in omnī
b cauſa eſt conſiderandus modus agendi [b] extra
de reſcrip. cap. ſuper literis per Inno. ff. ſi cer.
peta. l. certi conditio in princ. & ibi per Iaco.
Butri. & Bar. & in l. etiam. C. de fur. per Bal. &
ego allego caſum in l. Bebilius Birillus. ff. de
3 pact. dota. Hoc ſic præmiſſo videamus † de
c fundamento iudicij, quod eſt libellus, [c] vt l.
edita. C. de eden. & auth. offeratur. C. de litis
conteſta. Et non inſiſtendo in longo ſermo-
4 ne † veritas eſt, quòd d. libellus intentat, &
d concludit in hypothecaria [d] actione, & bene,
& apte concludit, ſecundum doctrinam tra-
ditam extra de pignor. & hypothecar. capit.
ex literis, & per Bar. in l. rem alienam. ff. de pi-
gno. actione, & in l. ſi fundus. §. in vendica-
tione. ff. de pigno. Videamus plus vltra circa
5 dictum agentem. † Et primo attenta theorica
ll. quando agitur contra tertium poſſeſſo-
rem, vt eſt in caſu noſtro, debet procedere
e diſcuſſio [e] principalis, ſcilicet hæredum, d.
Petri mariti, d. Dominę Catherinæ, vt not.
Bart. in d. l. rem alienam, & eſt text. C. de pi-
6 gno. authen. hoc ſi debitor † & talis ex-
f ceptio [f] debet opponi per iſtum tertium
poſſeſſorem ante litem conteſtatam, vt not.
in Specul. de except. §. dicto uerſ. Quod de
exceptione, quam proponunt fideiuſſores,
7 ibidem etiam dicit, &c. † Adeo quòd ſi talis
poſſeſſor hoc non opponit, tenet proceſſus
& ſententia, vt not. Bar. in d. l. rem alienam,
& auth. ibi poſita. C. de pigno. in ultima quæ-
ſtio. per gloſſ. in l. ſi mancipium. §. 1. ff. de eui-
8 cti. & in l. 2. C. communi diuid. † Dummodo
g in iſto iudicio probet, [g] de debito principa-
li contra iſtum tertium poſſeſſorem, vt not.
dicit Dominus Bald. in l. is apud quem. C. de
eden. in ſeptima quæſtione, in ſecūda colum-
9 na. † Quod hic ſatis fuit probatum per in-
ſtrumentum dotis, dictæ Dominæ Catheri-
10 næ, † ſed quia alia ſunt probanda per iſtum
Nardum agentem, ſcilicet, quòd dicta res
petita fuerit aliquo tempore poſt dictam ob-
ligationem contractam in bonis d. Petri. iu-
xta not. in l. ante omnia de probatio. &. ff. de
pignorib. l. & quæ. §. quod dicentur. Vi-
deamus an hoc ſit probatum, & hic eſt atten-
dendum, quòd pro parte dicti agentis ſunt
producti, & examinati ſolum duntaxat qua-
tuor teſtes. Scilicet Paulus, Syluester,

Vitus, & Vannozzus. Et ſi bene ſuper poſſeſ-
ſione petiæ terræ d. Paulus & Vitus ex dictis
teſtibus nihil dicunt, quod fuerit in bonis d.
Petri. iſti duo teſtes, ſcilicet Sylueſter, &
Vannozzus, qui aliquid deponunt non pro-
11 bant. † Nam d. Vannozzus deponit contra
veritatem. Nam dicit, quod eſt fama publica,
quod d. Petrus deceſſit iam ſunt 24. anni, vel
circa: & etiam Paulus dicit, quod iam ſunt
h anni 25. & ipſe Vannozzus dicit, quòd ſuo [h]
videre ante annum 1418. & vltra, & poſt per
plures annos uidit Petrum in epiſtola nomi-
natum poſſidere, &c. Iſtud eſt falſum, nam ſi
ſunt 25. anni, quod Petrus deceſſit, quomodo
poterat eſſe verum, quod viderit eũ poſſidere
i poſt annum 1418. cum ſi bene numeretur,
d. Petrus deceſſit in anno 1397. quia ſic ſunt
elapſi 25. anni à tempore mortis ſuæ. Et ſic pa-
tet claſe, d. Vannozzũ nihil probare & depo-
nere ſuper impoſſibili. Reſtat ergo quòd ſolus
Sylueſter probat d. petia terræ fuiſſe in bonis
d. Petri tempore d. confeſſionis dotis & obli-
gationis factæ per d. Petrum, licet non ple-
12 ne. † Quia illa res eſt in bonis [k] noſtris, pro
k qua competit nobis rei uendicatio, vel poſſi-
dentibus exceptio. l. rem in bonis. ff. de acqui.
rerum domi. l. bonorũ. §. in bonis, ff. de verb.
13 ſigni. † Vnde inſtrumentum dicit, quòd obli-
l gauit omnia [l] ſua bona quàm non ſua, & ſic im-
m portat dominium, [m] vt l. quintus, la ſeconda
14 §. argento. ff. de auro & arg. lega. per Bar. † qđ
n quæritur traditione [n] facta à Domino, vel pręſ-
ſenti cum titulo, vt l. traditionibus. C. de pact.
& C. de bonis mater. auth. niſi. ff. de vſuca. l.
15 1. per Bar. qđ hoc nõ probatur, † quia non de-
bent dici teſtes, quòd d. Petrus habuerit d. pe-
tiam terræ ab aliquo dominõ, nec quod poſ-
ſidere aliquo iuſto titulo pręſcriptionem pa-
riens x. vel xx. an. & ſic non probatur d. petiũ
terræ fuiſſe in bonis d. Petri, & ſic nõ venit in
obligationem, ſed poſito, quod aliquid pro-
baret, aliud ... vt dixi, nam agens
16 hypothecaria † contra tertium poſſeſſorem
debet probare de dominio debitoris. l. rẽ alie-
nam. ff. de pign. vbi per Bar. Videamus modo
de probationibus & iure d. Angeli conuenti:
Etſi bene cõſideretur ſolummodo in effectu
iſte nititur ſe tueri per exceptionem præſcri-
17 ptionis. † Et in rei veritate licet iſte probet lõ-
genam poſſeſſionem, tamen non probat ali-
quem titulum præſcriptionem pariens ſecun-
18 dum gloſ. & Bar. ff. pro ſuo. l. 1. † Licet enim
probetur ipſum tenuiſſe, vt Dominus, & re-
collegiſſe fructus, &c. non probatur præſcri-
ptio, ſed ſolum probatur, qđ non poſſidet alie-
no nomine, vt ibi dicit Bar. Et ſic ex forma ſta-
tuti Ciuitatis Aretij pręſcriptio non eſt pro-
bata, quia nõ eſt probatus titulus præſcriptio-
nem pariens, vt dixi, ſed ſolum, licet ſatis ſuc-
cincte probatur de titulo venditionis per d.
Sylueſtrum, qui dicit dictum podere tenuiſſe
& poſſediſſe vſque ad tempus venditionis fa-
19 ctæ cuidam Bongianni Molendinario, &c. †
Et hic aduertatis, quod cum non conſtat, q
d. venditio fuit facta, non poteſt dici probatã
eſſe præſcriptionem. Eſt enim dicta probatio
20 dubia. † Et probatio dubia nihil releuat, ut ex.
21 de probat. cap. in præſentia cum ſimi. † Quod
vltra etiamſi præſumeretur, d. Bongiannum
poſſediſſe, d. titulo venditionis, iuxta not. per
Bar. ff. de vſucap. l. cum ſolus in principale q.
Tamen meo iudicio adhuc hoc non prodeſt.
d. Angelo obſtante ſtatuto Ciuitatis Aretij
22 mihi tranſmiſſo; ibi mulieribus, &c. † Et pręr-
o mitto, quod ſtatuta ſunt ſtricti [o] iuris, [p] & vt
p generaliter loquuntur generaliter intelligi
debent, l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. l. ſi ſer-
23 uum. §. non dixi. ff. de acqui. heredi. † Et vbi nõ
q diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus [q] l. de
pretio. ff. de public. Modo ſic iſtud ſtatutum
r generaliter prohibet pręſcriptionem [r] curre-
re mulieribus, donec habitant cum filiis, quo
ad receptionem dotis. Nota quia dicit, quoad
receptionem dotis, non dicit à quo, videlicet
an ab hæredibus viri, vel ab alio puta poſſeſſo-
re rei obligata ergo generaliter debet intelli-
24 gi. † Et lex quantumcunq. dura eſt ſeruanda,
licet non exprimatur in ea ratio. l. proſpexit.
25 ff. qui & à quibus. † Sed tamen ſi ſubtiliter in-
tueatur eſt reperire rationẽ. licet enim ratio
quouſque mulier habitat cum filiis, eſſet de
duobus vnum, videlicet quod ipſa nolẽs per-
dere dotem eſſet moleſta filiis repetendo do-
tes ſuas ab iis, vel ab alijs habentibus for-
te regreſſum contra eos, vel potius pacifica,
amitteret dotes ſuas, quod lex & æquitas ale-
xit. Vnde eſt hic attendendum, quod etiam
de iure communi quoad natiuitatem, & exer-
citium actionis, non eſt differentia: an agi de-
beat contra maritum vel eius hæredẽ, an con-
26 trà tertiũ poſſeſſorem. † Nam hypothecaria
ſ contra maritum vel eius hæredes, [ſ] eſt vita 40.
annorum, vt l. cum notiſſimi. C. de præſcrip.
27 30. uel 40. annorum. † Contra extraneũ eſt
t vita [t] x. uel xx. an. vt l. 1. & 2. cap. ſi aduer. con-
28 di. † Et tamen quoad natiuitatem ſunt in pa-
ri ratione, ſcilicet utraq; incipit vel poſt mor-
u te, hoc eſt poſt diſſolutionẽ matrimonij [u] vel

poſt-

poſtquam incepit vergere ad inopiam. tex.ita
29 in l.in rebus.§.omnibus.C.de iure dot. † Ita
dicunt hic, quod nõ incipiat prius præſcriptio
contra tertium poſſeſſorem, quam contra he-
redes viri. Et ſic ſi bene aduertatur, ibi eſt ca-
ſus hoc probans. His ſic examinatis, vt pro
imbecillitate mei intellectus ſatisfaciam vtri-
30 que parti, reſpondeo ad primum. † Quia regu
la eſt, quod actore non probante reus abſolui-
x tur [x] per reg.l. qui accuſare.C.de eden.& l.fin.
C.de rei uendi. Videamus, vt dixi, quia ipſe
Nardus ſolum per vnum teſtem, ſcilicet Silue
ſtrum probauit d. petiam terræ fuiſſe in bonis
31 d.Petri. † Et hoc eſt notiſſimum, quod vnus
y teſtis non probat, [y] vt l. iuriſiurandi. C. de te-
32 ſti. & extra eod. cap.in omni. † Videamus, an
ſit ſibi deferendum iuramentum in ſupplemẽ
tum ſuarum probationum per reg. l. in bonæ
fidei. C.de reb.credi.& iureiuran.& l. admonẽ
di. ff. de iureiuran. & extra eod.cap.fin. Et in
hoc dico, quod attenta Theorica doctorum in
d.cap. fin. de iur.iuran. quod debet deferri ei,
z qui habet pro ſe ſemiplenam [z] probationem.
33 † Dummodo ſciat veritatem per veram ſcien
tiam, non autem ſciret per credulitatem, vel
per famam. Et iſte Nardus licet ſit filius, d.Pe
tri & heres d. Dominæ Catherinæ, non appa-
ret aliquid, per quod poſſit dici ipſum ſcire per
veram ſcientiam, quod d. bona petita fuerunt
34 in bonis d,Petri. † Sequitur, quòd tale iuramẽ
tum ſibi non eſt deferendum iuxta not. per
Bar. in d.l. admonendi circa fin.uerſ. His præ-
miſsis ibi, ſi uerò actor habet pro ſe, &c. Et ex-
preſſius per Bald. in l.in bonę fidei, uerſ. Quā
to inſpicitur qualitas factorũ, ibi hic & quòd
35 iſtud iuramentum non defertur heredi, &c. †
Cum ergo iſte Nardus neſciat veritatem per
veram ſcientiam, vtrum d. petium terræ fue-
rit unquam in bonis d. Petri poſt d. obligatio-
nem niſi fortè per auditum. Patet per ſupradi-
36 cta non eſſe d.iuramentum deferẽdum. † Re-
manet, quòd d. Angelus per reg. actore non
probante, etiam reo nihil probante ipſe An-
a gelus debet abſolui. [a] vt d.l.fin.C.de rei vendi.
& inſti.de inter.§.commodum, à petitione, d.
37 Nardi. † Hinc patet d. Nardum non malitiosè
egiſſe, ſed putaſſe ſe habere iuſtam cauſam li-
b tigandi, [b] ipſum Nardum ab expenſis abſolui
debere.

Et ita dico & concludo Ego Andreas de Al-
ſerijs de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Metiri*. Supra conſ. præcedenti, nu.1.

b *Agendi*. Supra conſ.3.nu.2.& conſ. 7. nu.3.

c *Libellus*. Supra conſ.3.nu.1.

d *Hypothecaria*. Et quomodo ſit firmandus libellus. Vide Iaſ.in.§.item ſeruiana, num.130. & 131. inſti. de actio. Couar.lib.1.reſolu.cap.8. nume.1.infra conſ.12.nu.8.& conſ.13.nu.21.

e *Diſcuſſio*. Limita per Socci.reg.134. Cagn.in proe. ff.nu.112. Socci. conſ.80.lib.3. Granet.conſ.201. & 223.263.& 77.nu.5.& 16. Guid.Pap.q. 431. & 432.nu.7.& 94. Iaſ.Alex.& cęteri in l. à diuo pio. §.in venditione.ff.de re iudi. Couar.lib.3.uar.reſol.cap.18.num.3. & l.1.cap.8.nu.6.& lib.3.c.7. Pro practica. Socci. conſ.24.lib.1.Pariſ.conſ.53. lib.3.& conſ.pen.col.pen. Necuſan.de pig.8. par. 1. Mendro.4 conclu.num.11.& ſeq. Duen.lib.1. reg.335.

f *Exceptio*. Iſta exceptio eſt de apicibus iuris ſecundum Ludoui.Rom.& Alex.in l.ſi conſtante.colum.19.ſol. mat.

g *Probet*. Agente hac actione, quod debeat probare, Vide Bar.in d.l.rem alienam.nu.5.& 13. Alex.cõſil. 138.col.1.& conſ.ſeq.lib.2.& lib.5.conſil.18. Iaſ.in §.item ſeruiana, nu.89.inſti. de actio.

h *Suo*. Teſtis deponens de ſuo iudicio non probat. Alex.conſ.173.nu.14.lib.6.

i *Poſt*. Teſtis deponens aliquem poſſediſſe poſt dictum tempus non probat continuationem poſſeſſionis. Bello conſ. 11.nu.13.& ſeq.

k *Bonis*. Pinel. in 1.par.rub.C.de bonis mater.num. 18.& ſeq.

l *Omnia*. In iſta generali obligatione continetur hypothecaria bonorum. Duen.lib.1.reg.utr. iur.reg. 78. bona.

m *Dominium*. Limita per Socci.reg.96.dominium.

n *Traditione*. Iaſ.in l. naturaliter.§.nihil commune, nu.61.ff.de acqui.poſſ.Pinel.in d.auth.niſi tricennale, fol.661.num.37.per totum, ſed ex præſcriptione dominium directum non transfertur. Bar. in l. cum pater.§.pater pluribus.ff.de leg. Alexan. poſt Bar.in l.ſi paſcenda.C.de pactis. Coraſ.lib.6. miſcel.cap.17.nu.2.& cap.20.nu.in materia. Rip. in rub. extra de cã poſſeſſ. & prop. n.44.cir. med.

o *Stricti*. Strictum ius quid. Coraſ.lib.2.miſcel.cap. 8.& cap.18.nu.7.

p *Iuris*. Et ſtricte & interpretandum Bello, lib.4.ſupput.cap.19.& 20.nu.6. Rip.in rub.ff.ſol.mat.nume.61.& in lib.1.nu.65.ff.de vulga. Alcia.de præſumpt.in arg.2. reg. Socci, cõſ.212.col. 14. lib.2. Rup.conſ.28. nu.1.lib. 3. pro & vltra per Alber. de Grandi, in tract. malefi.in rub. de obſer.ſtatu. col.2.Pan.conſ.88.num. 10.& ſeq.lib.2.Granet. conſ.97.nu.6.

q *Debemus*. Amplia ut per Bal.in l.intra decem.§.fi. de mili.teſta. Deci.in l.1.vbi Cagno. nu. 16.ff. de reg.iu. Limita latè per Bauer.inſti.de vulga.§.ſed inſtitutio. Socci.reg.229. Bello.lib.2.ſuper c.14. nu.3.& lib.3. cap.18.nu.2.& 3.& conſ.6.nu.13.

r *Præſcriptionem*. Non cenſetur voluiſſe impedire pręſcriptionem, de cuius memoria non extat in contrarium. Bello. conſ.8. nu.8.

s *Heredes*. Paul. de Caſt. in l. cum ſit nu.1. C. de uſucap. pro empt. Cagn. in proem. Tiraq. de retract. 1. par. §.1. gloſ.10. nu.10.

t *Vita*. Ioan. Fab. in §. item ſeruiana, vbi Iaſ. nume. 123. inſti. de actio. Grauet. conſ.148. nobiles. nu.6. Balb. in tract. præſcrip. 4. par. prin. q.3. Afflic. deciſ.139. & 383. num.4. Guid. Pap. q. 432. nu. 16.

u *Matrimonij*. Quia conſtante matrimonio contra mulierem non currit pręſcriptio. Couar. lib.1. reſol. uariar. cap.8. nu.8. ubi lumi.

x *Abſoluitur*. Supra conſ.1. nu.7. & conſ.7. num.2. infra conſ.12. nu.44.

y *Probat*. Iaſ. in l.1. in 1. lect. nu.66. C. de ſumma Trinit. Bar. in proe. ff. in fin. Socci. in l.1. §. fin. nu. 10. & ſeq. ff. de uerb. oblig. & in reg. 423. Doct. in d. l. admonendi. Grauet. conſ.152. nu.2. Coraſ. lib.3. miſ.7. 10. & 47. cap. 4. in gloſ. in uer. aut perſona de elect. in 6.

z *Semiplenam*, In materia teſtium ſingularium. Grauet. conſ. 37. 38. 53. 73. & 151. Iaſ. in l. filiusfamilias nu. 17. cum ſeq. ff. de uerb. oblig. & in l. iurisiurandi. §. procurator. ff. de iureiuran. Cagn. in l. impari. ff. de reg. iur. Bello. conſ.11. nu. 17. ſupra in materia conſ.3. num. 89. & ſeq. & infra conſ. ſeq. nu. 7. & conſ.18. nu.2.

a *Abſolui*. Couar. l.1. reſol. cap.1. nu.8. ſupra nu.30.

b *Litigantes*. Iaſ. late in l. properandum, §. ſin autem alterutrum. C. de iudi. nu.1. & ſeq. Cur. conſ. 19. nu.14. intellige & limita vt per Nicol. in l. quarta ad pract. Veſtri. in l. 8. c.2. nu. 20. & ſeq. vbi plura infr. conſ. 13. nu.71.

LVD. ALF.

CONSILIVM NONVM.

SVMMARIVM.

1 *Ad veritatem in conſulendo eſt deueniendum.*

2 *Creditor ſoluens de voluntate debitoris alicui tertio, liberatur pręcipuè ſi neſciuit conditionem d. tertij mutatam. nu.3. & 9.*

3 *Amplia maximè procedere, quãdo dictus debitor vult cedere actionum creditori, quam habet contra tertium. nu. 10.*

4 *Intellige procedere ſi dictus creditor nõ uoluit ſoluere.*

5 *Teſtes probant ſolutionem quando concordant de loco & tempore licet vnus non ſpecificet nomen recipientis.*

6 *Teſtis vnus ſemiplene probat & ſeq.*

7 *Probanti ſemplenè defertur iuramentum in defectũ maxime in cauſa liberationis.*

8 *Veritas ſequi debet per Iudicem in iudicando.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amẽ. In quęſtione vertẽte in curia Domini Capitanei Ciuitatis Cortonę inter Blaſium Cennini ex una parte agẽtem; & Paſqutium Bruni de Cortona ex alia parte ſe defendentem. Viſis actis & actitatis in dicta cau
1 ſa, non inſiſtendo in longo ſermone. † Sed ad
veritatem veniendo iuxta l. Imperatores. §.1.
ff. de probat. Veritas eſt, quod ſecundum doctri. docto. C. de probatio. l. exceptionem, &
C. de excepti. l. ſiquidem, Ille Blaſius viſa reſponſione d. Paſqutij habet ſuam intẽtionem
fundatam, niſi iſte Paſqutius ſolutionem .
2 . . . † Et in hoc non eſt dubium, quod
ſi iſte Paſqutius ſoluit de uoluntate d. Blaſij,
d. Antonio, ipſe eſt plenè liberatus. ff. de pignor. actio. l. ſolutum. §. ſolutũ in prin. ibi, ſed
etſi iuſſu eius alio ſoluatur, &c. & ibi gloſ. &
hoc dicit etiam l. ſi ſeruus. §. fin. & l. iuſſu, & l.
ſi cum Cornelius. ff. eod. de ſolutio. ff. de reg.
3 iur. l. quod iuſſu cum multis ſimi. † Præcipuè
ſi d. Paſqutius neſciuit conditionem dicti Antonij mutatam in deterius: puta, quia eſſet factus Pauper, vel ribaldus, iuxta not. in l. fugitiuis. ff. de ſolut. & l. ſi cum Cornelius ſupra
alle. per Bar. & C. de fur. l. falſus, & per Cin.
in prima q. pro hoc. l. uerò procuratori. §.1. ff.
4 de ſolut. † Præcipuè ſi dictus creditor non vetuit d. Paſqutiũ ſolutũ d. Ant. vt ff. ſi cert. peta.
l. eius qui in prouincia, & ff. de ſolu. l. cũ quis.
§. ſi debitorem. Modo primo eſt videndum an
d. Paſqntius ſoluerit d. Antonio, & ſine dubio
Petrus Carnutij optime probat de ſolutione
5 14. lib. † Et in hoc optime coadiuuat Ant. Mathæi alter teſtis, licet non ſpecificet nomen
recipientis, ſed dicat quod erat de Aretio, &
cõcordando d. Petrum Carnuſij, & Antoniũ,
qui conueniunt de tempore & loco, ſatis concluditur eſſe probata ſumma 14. lib. ſoluta. d.
6 Antonio. † Et Raynerius Lyppi: qui eſt vnus
teſtis, probat de ſolutione 13. librarũ, & 10.
ſol. & facit ſemiplenam probationem cum iu
a ramẽto dicti Paſqutij in defectũ probationis,[a]
7 † tanquam melius ſcienti veritatem, & ſumus
in cauſa liberationis, ſibi debet deferri ſecundum not. in l. admonendi per Bar. ff. de iureiuran. C. eod. l. in bonæ fidei per Cin. & Bald. eſt enim vnus teſtis ſemiplena probatio, vt ſupra & not. in cap. fin. extra de iureiuran. per Inno. Et ſimiliter eſt dicendum de Antonio alio teſte, in eo quod teſtificatur ſe vidiſſe, quando Petrus . . . . . d. Paſqutij numerarunt

rarunt illi de Aretio.9.lib.in hoc enim quantū
fuit non habet cõteſtem, ſed ſemiplenè pro-
bat vt proximè dixi,& per iuramentum d.Paſ
qutij. d. Probatio poteſt ſuppleri per iura ſu-
pradicta: ſolum vnum dubium reſtat, ſcilicet
an hoc fuerit de voluntate d. Blaſii, & in rei
veritate hoc non apparet. Nam litera teſtimo
nialis dicit, quòd Bartholus iuſsit d.Paſqutio
vt ſolueret. d. Ant. Vnde ſi cõſtaret vobis Do
8 mino Capitaneo † qui veritatem [b] debetis ſe-
b qui, iſtud debitum Paſqutij pertinere ad d.Bar
9 tholum. † Concludo dictum Paſqutium ſol-
uentem d. Antonio iuſſu dicti creditoris eſſe
10 liberatum. † Et præcipuè ſi dictus Paſqutius
c volet cedere actionem, [c] quam habet vel ha-
bere poſſet contra d. Antonium iuxta not.in
d.§.ſi debitorem, & l.fugitiuus.ff.de ſolut. per
Bar.& l.cùm fundus.§.ſeruum tuũ imprudens.
ff.ſi cer. peta.

Et ita dico & cõcludo ego Andreas de Al-
ferijs de Gortona.

ANNOTATIONES.

a *Probationis*. Supra conſ.3.nu.8. & 9.& conſ.8.nu
me.30.& 31.& conſ. ſeq. nu.2.

b *Veritatem*. Latè pro & contra per Couar. lib.1.re-
ſol.cap.1.per totum.Franc.Mar.q.delfin.13.nu.2,
Nicol.auct. Grauat.in anno ad prax.Octau.Veſtr.
lib.3.cap.v.nu.7.

c *Actionem*. Petr. Duen.lib.1.reg.vtr. iur.reg.169.

LVD. ALF.

CONSILIVM DECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum defertur probanti ſemiplene.*

2 *Debitor ſoluens tertio iuſſu creditoris liberatur, quia videtur ſoluiſſe ipſo creditori.*

IN nomine Patris & Filij & Spiri-
tus ſancti. Amen. In cauſa verten
te in curia Domini Capitanei de
Cortona inter Blaſium Cennini
ex una parte agentem: & Silueſtrũ
Soldini de Cortona ex alia parte ſe defenden
tem. Omiſſis ſuperfluis iſta quæſtio ſtat in ter
a minis ſuper ius [a] ſcilicet, q̃a † d.Silueſter pro-
1 bat ſe ſoluiſſe. d.Antonio per vnum teſtẽ, quæ
eſt ſemiplena probatio, vt delato ſibi iuramẽ
b to in ſupplementum probationis, [b] iuxta not.
in cap.fi. extra de iure iuran.& l.admonendi.
2 ff. de iureiuran. † Vnde ſi conſtat, quod dictus
Bartholus ſit frater . . . & ſocius d Bla-
ſij, patet per d.literam iuſſu creditoris ſoluiſſe
alio, & per conſequẽs eſt liberatus, quia vide-
tur ſoluiſſe ipſi creditori, l. q̃d iuſſu. ff. de re-
gu.iur.ff.de ſolu.l.quæro.§.1.& l.cùm iuſſu, &
l.ſolutam. ff.eod.tit. C. eod.tit.l.inquiſitio,cũ
multis ſimil.

Et ita dico & cõſulo, ego Andreas Alferius
de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Ius*. Conſ.præcedenti per totum.

b *Probationis*. Supra conſ.præcedenti, nu.7.

LVD. ALF.

CONSILIVM VNDECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Modus agendi ſemper attendendus eſt.*

2 *Partes dotantes poſſunt per pactum firmare, quid de dote debeat fieri, non obſtante ſtatuto ſuper id diſponente. Intellige, vt nu. 6.*

3 *Nihil tam cõgruum eſt fidei humanę, quam ea, quæ inter paciſcentes fuit conuentum ſeruare.*

4 *Contractus ex conuentione partium legem aſſumit.*

5 *Semper in ſtipulationibus inſpicimus primò quid actum ſit inter partes.*

6 *Statuta ſunt intelligenda vt iacent.*

7 *Statuta reſpiciunt interpretationem paſſiuam.*

9 *Intellige ad ſtatutum Caſtri Foiani ſub rub.de iure dotium & quemadmodum ſoluto matrimonio repetatur dos &c. & nu.16. & 20.*

10 *Contrahentes per pactum poſſunt diſponere aliàs quam ſit diſpoſitum per legem, quãdo diſpoſitio legis reſpicit priuatam vtilitatem & pactum, non eſt contra bonos mores, & lex non vetat in contrarium paciſci, & num.16.& 17.*

11 *Pactum in re ſua quilibet poteſt apponere pro libito voluntatis.*

12 *Pactum fieri poteſt, vt res, quam tradit, reſtituatur, cui vult tradens.*

13 *Dantes dotem paciſci poſſunt, quod ſi matrimonium diſſolueretur morte mulieris ſuperſtitibus filijs natis ex ea, quod maritus lucretur dotem pro eius filijs. & nume.15. & 21.*

14 *Mulier de dote non poteſt teſtari, quando in datione dotis fuit appoſitum pactum ſupra narratum & extantibus filijs ſeu filio.*

15 *Filius integram dotem habere debet, quando dantes dotem ita conuenerunt, & ſupra nu.13.& 21.*

16 *Lex aliquando denegat ſuum auxilium, non autem auxilium, quod partes ſibi parant.*

18 *Leges diſponẽtes de ſucceſſione non habent locum, quãdo teſtatores ſibi prouident quia illud ſeruatur.*

IN

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti. Amē. In quę-
ſtione prædicta vertente co-
tam Nobili viro Aldobrādi-
no Georgei de Florentia ho-
norando Poteſtate Caſtri Fo,
iani & ſuarum pertinētiarum pro Magnifico
& excelſo communi & Populo ciuitatis Flo-
rentiæ, inter Dominam Luciam filiam olim
Nerei cucini de dicto Caſtro ex vna parte agē
tem, & Thomaſium olim Antonij de Caſtro
ex alia parte ſe defendentem. Viſa petitione
d. Dominæ Luciæ, & exceptionibus Blaſij tu
toris, d. Thomaſij, & omnibus & ſingulis acti-
tatis in d. cauſā; & viſo ſtatuto communis Fo-
iani ſub rubrica de iure dotium, & quēadmo-
dum ſoluto matrimonio dotes repetantur, &
viſo d. Inſtrumento dotis dominæ Angelę da-
tæ, d. Antonio, & non inſiſtendo in ſermone
deciſio iſtius quęſtionis pendet ex intellectu,
d. ſtatuti quia vigore dicti ſtatuti d. Domina
1 Angela agit & repetit eà quæ petit. † Et ſem-
a per modus[a] agendi debet attendi ſecundum
doctrinam Inno. in cap. ſuper literis, extra de
reſcrip. & gloſ. Iaco. Butri. & Bar. in l. certi cō-
ditio in prin. ff. ſi cer. pet. & Bald. in l. etiam. C.
de fur. ego allego tex. meo iudicio magis cla
rum & rotundum in l. Beblius Birillus. ff. de
pact. dota. & præmiſſo hoc pro uero, iſta Do-
mina Lucia agit vigore dicti ſtatuti, vt ſupra
2 allega. † Secundo præmitto, quòd d. ſtatutum
tanquam poſitiuū non obſtante, poteſt per
partes dotantes pacto firmari, quod de dote
debebat fieri hoc primo per l. 1. §. ſi cōueniat.
3 ff. depoſi. † Quia nihil tam congruum eſt fidei
humanæ, quam ea, quæ inter paciſcentes cō-
b uenit[b] ſeruare. ff. de pact. l. 1. in princ. † Hinc
4 eſt, quòd dicimus, contractus ex conuentio-
ne partium legem aſſumit. ff. de reg. iur. in l. cō
tractus, cap. contractus eodem tit. lib. 6. & ex-
5 tra de poſi. cap. 2. † Semper enim in ſtipulatio-
nibus inſpicimus, primo quid actum eſt inter
partes, l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu.
6 iur. † Tertio præmitto quod d. ſtatutum loqui-
tur ſimpliciter & de pacto facto & appoſito in
contractu dotali nihil dicetur, nec vetat con-
trahentes non poſſe aliter paciſci, & ſic non
derogat, nec prohibet pactum aliter fiēdum.
Et per hoc tollitur quod in replicationibus
d. Dominæ Luciæ in quinta replicatione quæ
incipit. Item non obſtat quarta &c. dicitur per
d. Dominam Luciam, quia ſi benè inſpicitur
d. ſtatutum, vt dixi hoc non dicet, nec prohi-
bet partibus, quia poſſint pro libito volunta-
tis paciſci. His ſic præmiſſis deſcendo ad quę-
ſitum. Et meo iudicio, quia iſta Domina Lu-
cia agit vigore d. ſtatuti ipſam malè agere &
malè petii ſe, quæ petit, & d. ſtatutum ſibi nō
7 ſuffragari. † Nam ſtatuta ſunt intelligenda, vt
c iacent,[c] & non aliter de leg. 3. † Et intelligū-
8 tur, & recipiunt interpretationem paſſiuam,
iuxta plenè not. in l. omnes populi. ff. de iuſt.
9 & iur. per Bar. † Eſt ergo intelligendum dictū
ſtatutum, niſi per contrahentes ſit aliter di-
10 ſpoſitum, l. paciſci. ff. de pact. † Poſſunt enim
contrahentes, vt vno verbo concludam, per
pactum diſponere aliter, quàm ſit per legem
diſpoſitum, quando diſpoſitio legis reſpicit
priuatam vtilitatem, & pactum non eſt cōtra
bonos mores, etſi . . . . non vetat in
d contrarium paciſci[d] vt l. non impoſsibile, & l.
ius publicum, & l. iurisgentium §. prætor ait,
11 per Bar. de pact. † Cui enim dubiū, quòd quili-
bet poteſt in re ſua apponere pactum pro libi
to voluntatis, vt C. ad exhiben. l. ſi res. C. do-
12 nat. quæ ſub modo. l. quoties. † Et paciſci, ꝙ
e reſtituatur, ſiue detur res, quā tradit cui vult[e]
vt ff. de poſi. l. publia. & C. de pact. conuen. l.
13 ex morte, & l. ob rem. §. 1. ff. de pact. dota. †
Ergo potuerunt d. Blaſius, & Martinus dotem
dantes pro d. Domina Angela paciſci cum d.
Antonio marito d. D. Angelæ & patre d. Tho
maſij, quòd ſi matrimonium diuideretur mor
f te, d. Dominę Angelę ſuperſtitibus filiis[f] natis
ex ea, & d. Antonio, ꝙ d. Antonius lucretur,
d. dotem pro eius filijs, not. in l. qđ dicitur la
ſecōda. ff. de verb. obl. per Bar. Et ad caſum no
ſtrum vide tex. ff. de pact. dota. l. inter. § cur do-
14 tem. ff. ſolut. matrim. l. ſi dotali inſtrumento. †
Adeo quòd iſto caſu mulier non poteſt de di-
cta dote teſtari, vt not. Bal. C. de hæredi. acti. l.
1. Et idem cōſuluit ipſe in quæſtione, quæ in-
cipit. In Dei nomine Amen. Quia maritus in
15 caſu ſuperſtitum liberorum, &c. † Non eſt
ergo dubium in caſu iſto, d. dotem datam, d.
Antonio eſſe integram, d. Thomaſij filij nati
ex d. matrimonio contractu inter d. Dominā
Angelam, & d. Antonium ex conuentione pa
16 cti conuenti appoſita in cōtractu dotis. † Nec
obſtat d. ſtatutum, quia non habet locum, vbi
per contrahentes matrimonium, ſiue dotem
g dātes aliter eſt prouiſum,[g] vt l. fin. C. de pact.
17 conuen. † Denegat enim lex aliquando ſuū
auxilium, non autem auxilium, quod partes
ſibi parant, vt eſt videre in l. uni. §. accedit. C.
de rei vxo. actio. & l. auia. C. de iure dot. Nam
ſi extraneus dat dotem lex prouidet per ſtipu-
lationem, vt actio ſit mulieris, ſed ſi ipſe extra-
neus

nens ſibi prouidet per ſtipulationẽ, actio eſt
18 eius extranei. † Vnde multæ ſunt leges, quæ
diſponunt de ſucceſſione, tamen ſi teſtatores
19 ſibi prouident, illud ſeruatur. † Item vt dixi,
factæ ſunt leges ſuper contractibus, tamen ſi
h contrahentes illi prouident, per pactum, [h] il-
20 lud pactũ ſeruatur vt quinto probatum eſt. †
Ita in propoſito noſtro: ſtatutum habet locũ
in caſu non prouiſo per dãtes dotem. Hic au-
tem prouiſum eſt per ipſos: ergo dictum pa-
21 ctum ſeruandum eſt, † vt d. gloſ. ſit d. Thoma
ſij filij communis dictorum Antonij & Ange
læ ex pacto prædicto, & hoc expreſſe tenet
dominus Bald. in caſu noſtræ q. in l. uni. C. de
inoffi. doti in 2. q. & in l. hac edictali. C. de ſe-
cun. nupt. ibi de auo, formatur talis queſtio,
& etiam ibidem in q. 12. quæ incipit. Sed po-
ne, quòd ſecundo viro nõ dat dotem mulier,
ſed frater mulieris, &c. vbi hoc tenet expreſ-
ſe. Ex quibus omnibus concludo uiſo d. in-
ſtrumento dotis datæ d. Antonio, & ſtatuto
prędicto, & petitione d. Dominæ Luciæ, &
omnibus actis & actitatis inter dictos Thoma
ſium & Blaſium eius tutorem à d. petitione ſo
re abſoluendos.

Et ita dico & concludo ego Andreas Alfe-
rius de Cortona, &c.

ANNOTATIONES.

a *Modus agendi.* Supra conſ. 7. nu. 3. vbi addi.
b *Conueniunt.* Declara. ut per Vacon. lib. 5. declar. iur. uit. cap. 174.
c *Iacent.* Socci. in materia reg. 441. Bello, lib. 4. ſup put. cap. 17. nu. 3. & cap. 18. in fin. Rip. in rub. ff. ſol. matr. nu. 61. & in l. ſi conſtante, nu. 83. eod. tit. & in rub. extra de cauſa poſ. & prop. nu. 26. Iaſ. in l. omnes populi, nu. 25. de iuſti. & iur. Cagn. in l. 1. num. 9. & 10. ff. de reg. iur. & in rub. C. de pact. num. 28. Tiraq. de pœn. cauſa 37. num. 2. Quod in aliis diſpoſitionibus Cagn. in l. ſemper in obſcu ris, nu. 8. & ſeq. ff. de reg. iur. Didac. Couar. lib. 3. reſol. cap. 5. in prin. Bello, conſ. 6. nu. 3. Tiraq. in lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 2. nu. 3.
d *Paciſti.* Quia contra legem eſt ipſo iure nullus, Tiraq. in præfat. primæ par. tract. retract. num. 31. & in §. 1. gloſ. 2. nu. 8. valet tamen in præiudicium contrahentis, vt per tex. vbi ſupra.
e *Vult.* Couar. in materia, lib. 1. reſol. cap. 14. nu. 21 & ſeq.
f *Filijs.* Quod ſi filius deceſſit vna cum vxore, an dos pertineat ad maritum, Couar. lib. 2. reſol. cap. 7. num. 9.
g *Prouiſum.* Prouiſio hominis facit ceſſare promiſſionem legis. Bello, conſ. 27. num. 6. declara. vt per Iaſ. in §. item ſeruiana, num. 69. de actio. in l. creditor, la ſecunda, nume. 6. ff. ſi cer. pet. Bello. conſ. 22. nu. 3.
h *Pactum.* Pacta rumpunt leges, late Cagn. in l. contractus, nu. 69. & ſeq. ff. de reg. iur.

L V D. A L F.

CONSILIVM DVODECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Modus agendi ſemper eſt conſiderandus.*
2 *Actoris partem ſubſtinet, qui petit in cauſa appellationis reuocari integinam, & ſibi concedi licentiam vendendi rem, de qua in ſententia.*
3 *Libellus apte concludere debet, & concluſio non debet contrariare cum narratione.*
4 *Allegans contraria agendo non auditur.*
5 *Res ſua non poteſt ſibi ipſi obligata eſſe.*
6 *Mora debitoris, & interpellatio creditoris, precedere debet antequam creditor habeat poteſtatem vendendi pignus.*
7 *Hypothecaria, vt competat mora debitoris, eſt neceſſaria.*
8 *In hypothecaria concludi debet rem hypothecatam reſtitui tenendam loco pignoris, donec ſibi ſoluatur.*
9 *Actor propter ineptitudinem libelli, debet repelli.*
10 *Sententia lata ſuper inepto libello eſt ipſo iure nulla.*
11 *Probatio apta roborat libellum ineptum.*
12 *Actionis expreſſio in libello eſt ſublata, & etiam ſubtilitas. Intellige, vt nu. 43.*
13 *Mutuans in emptione prædiorum, cũ pacto, vt illa ſint ei obligata, preſertur cęteris etiam priorem hypothecam habentibus, & nu. ſeq. & 20. 25. & ſeq.*
14 *Intellige de vero mutuante, non de confitente, nu. 41.*
15 *Pactum ſupranarratum ſtatim interponi debet cum res emitur. & an ſit verum, nu. 22. & 40.*
16 *Verba præteriti temporis indicant pactum ſupradictũ fuiſſe interpoſitum ex interuallo. De intel. num. ſeq. 24. & 40.*
17 *Intell. ad gloſ. 11. auth. quo iure. C. qui poti. in iu. hab.*
18 *Mutuans alicui pecuniam ſimpliciter, ſi ille emit ex ea aliquam rem, illa res non eſt illi obligata, niſi creditor ſit pupillus.*
19 *Mutuans pecuniam, vt res ematur. d. res eſt obligata mutuanti, ſupra nu. 13.*
21 *Verba contractus ſunt ciuili modo intelligenda.*
23 *Mutuans pro repetitione nauis, vel pro venturis, an ad hoc vt ſit ſibi res obligata debeat eſſe preſens obligationi, vel pacto.*
27 *Pecunia data venditori, ex breuitate temporis præſumitur data, vt res emeretur de dicta pecunia.*
28 *Teſtes iurare debent partibus præſentibus, aliàs non probant.*
29 *Teſtes iurare debent, parte, contra quam producitur, preſente, vel contumace.*
30 *Iudex ex officio procedens, citare debet partẽ contra quam inquiritur.*
31 *Reus non poteſt dici contumax, niſi actor accuſet contumaciam.*

Con-

32 *Contumax in iudicio dici non poteſt, quando neuter cõparet.*
33 *Gloſ. in l. 2. ff. ſi quis in ius voca. male loquitur.*
34 *Actus iudiciales debent fieri ad petitionem partis.*
35 *Teſtis non probat, quando in ſuo dicto ratio eſt omnino extranea à contentis in capitulo.*
36 *Probatio dubia nihil ualet.*
37 *Teſtis, qui in ſuo dicto eſt contrarius, non probat.*
38 *Teſtis dicens talem rem pertinere ad talem, & non dicat quo iure non probat, & num. ſeq.*
39 *Verbum pertinere eſt late ſignificationis.*
40 *L. Licet, & auth. quo iure. C. qui poti. in pig. hab. l. interdum, & l. huius. ff. eod. & l. quod quis, & l. qui in nauẽ, & l. ſi uentri. §. 1. ff. de priui. credit. & in auth. de equali. doti. §. hos conſequens, & cætera iura loquẽtia de pacto appoſito per mutuantem pecuniam, loquuntur de mutuante, ſiue numerante ſiue de ſoluente, & ſic de naturali & vero actu, nec habent locum in confitente.*
42 *Renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ nõ præiudicat alijs creditoribus, quin ipſi poſſint opponere.*
43 *Factum apte debet narrari in libello, licet ſit ſublata neceſſitas exprimendę actionis. Intell. ad cap. examinata, extra de iudi. d. num.*
44 *Actore non probante reus abſoluitur.*

IN Nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. In cauſa appellationis uertẽte coram Nobili uiro Maſo de Alexandris honorãdo Capitaneo Ciuitatis Piſarum, inter D. Gulielmum procuratorem Antonij Caroli ex vna parte appellantem, & D. Ioannem Procuratorem Cioli & Bandatij ex alia parte appellatum. Mihi Andreę infraſcripto conſulenda cõmiſſa. Vis is actis, & actitatis tam in principali cauſa, quàm in dicta cauſa appellationis, quæ ſint & eſſe debeant partes Iudicis ſuper pronunciatione, & ſententia
1 ferenda, in & ſuper d. cauſa appellationis. †
a Promitto primo, quòd ſemper modus [a] agẽdi
eſt conſiderandus, vt extra de ordi. iudi. cogni. cap. 2. ibi gloſ. extra de reſcrip. c. ſuper literis per Inno. cum ſimili: Et ſic primo eſt uidendum, qualiter in dicto primo iudicio ſit actũ. Et ſine dubio attenta forma ſtatuti Piſani ſub rubrica de executione rei iudi. pro parte illorum Bandutij, & Cioli fuit bene, hoc eſt apte petitum, ſe mitti in poſſeſſionem, &c. Videamus modo, an pro parte, d. Antonij Caroli, ſiue d. Guilielmi fuerit bene, hoc eſt apte a-
2 ctum. † Et quia d. D. Gulielmus petit non ſolum reuocari dictam integinam, ſed etiam petit ſibi dari licẽtiam vendendi, &c. vt patet in eius petitione, patet quòd iſte ſubſtinet partẽ actoris attenta Theorica & Practica Bar. ff. de nou. ope. nunc. l. de pupillo. §. ſi procurator, &

l. non cogendum. §. fin. ff. de procura. Videamus ergo primo de his, quæ pertinent & in-
d cumbunt actori, & ſi bene aduertantur inſtrumenta hinc inde à prædictis partibus producta, Vtrumque dicit rem ſcilicet Mortellam ſibi obligatam, ſed ſtat quæſtio, quis habeat meliora iura. Ex primo videamus, vt dixi, de modo agendi per d. D. Gulielmum, & ſine dubio poſſet dici ei more honeſtiſſimi Iuſtiniani, vt reſponſum congruum accipere poſſis,
3 &c. C. de tranſact. l. vt reſponſum. † Debuit
enim apte concludere, & ipſe concludit nedum inepte, ſed contrarie. Nam in narratione dicit, qualiter d. Mortella eſt obligata d. Antonio pro 75. florenis mutuatis. d. Andreę pro emptione d. Mortellę. Demum in cõcluſione petit reuocari dictam integinam, tamquam factam de re alterius; quàm Andreæ, ſi ergo d. Mortella non fuit nec eſt d. Andreæ,
b ergo non eſt obligata [b] d. Antonio, ergo ſe ipſe excludit, vt patet in l. ante omnia. ff. de probat. Et quod not. in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſſ. not. plene in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. per Bar. Si ergo non fuit, d. Andreę, er-
4 go nõ fuit obligata d. Antonio. † Et ſic ex ver
bis ſuis patet, ipſum male agere, & ſe excludere iuxta not. in l. 1. C. de fur. Quid vltra petit ſibi dari licentiam vendendi, retinendi, & alia faciendi, prout de rebus ſuis proprijs, & ſibi hypothecatis, &c. Nam aut dices, quod illud verbum de rebus ſuis proprijs & hypothecatis referatur ad d. Mortellam, & iſtud eſt
5 ineptum, † quia res ſua non poteſt eſſe alicui
ſibi ipſi obligata, ſiue hypothecata. ff. de reg. iur. neque pignus, & de except. rei iud. l. ex ſextante. §. latinus. Et ſic ſibi ipſi contradicit. Aut vis referre illa verba ad alias res quę eſſent d. Antonij, vel quæ eſſent ei obligata, & adhuc male vt patebit. Nam quod ſit D. Antonij d. Mortella hoc non probatur, vt patet ex teſtibus, immo ex inſtrumento per eum producto patet contrarium ſcilicet, quod eſt ſiue erat d. Andreæ. Item præmitto, quod eſſet ſibi obligata, quod infra clare examinabimus. Tamen ſibi non competit, nunc debet conce-
6 di talis licentia. † Debet enim præcedere mo
ra debitoris, & interpellatio creditoris ad hoc vt creditor habeat poteſtatem vendendi. l. creditor. C. de diſtrac. pign. & l. ſi conuenerit. ff. de pign. acti. & l. fin. §. 1. C. de iure dot. in prin.
7 & not. per gloſ. C. de pign. l. debitorem. † Im-
mo ad hoc, vt competat hypothecaria eſt neceſſaria mora debitoris, vt in fin. d. gloſ. l. debitor,

bitor,& tenet Bar. in d.l.rem alienam ff.de pi-
gno. acti. Sed, ut dixi, hoc nõn narratur ali-
quid, quod concludant moram d debitoris;
ergo ſibi talis hypothecaria nõ competit, nec
8 talis licentia debet concedi. † Vnde in hypo-
c thecaria debet concludi [c] ſibi rem hypotheca-
tam reſtitui tenendam loco pignoris, donec
ſibi ſoluatur, iuxta plene not. prealle.l. rem
alienam, & l. ſi fundus.§. in vendicatione, &
de pigno.& extra eod. cap. ex literis. Ex qui-
bus patet iſtum D. Guilielmum procuratorẽ
9 prædictum male & inepte egiſſe; & † ſic per
conſequens ex iſta ſola ineptitudine debuiſ-
d ſet repelli. [d] ff. de offi. aſſeſſ.lib. 1.extra de em-
10 pti.& vendi. cap. cum dilecti. † Adeo quod
e ſententia lata ſuper inepta libello [e] eſt ipſo iu
re nulla, ſecundum Bald. in l. actori.C.de re-
bus cred.ff.iureiuran.allegat gloſ.ſingularem
11 Inſt.de oblig.in prin. † pro hoc optime, quia
apta, Probatio non roborat libellum ineptũ,
in Specul.de offi.iudi.§. decernit uerſ. Quod
ſi libellus de reſtitut.ſpol.in 6.cap.ad decimas
per not.in cap. examinata,de iud. de materia
12 emendationis in fin. † In contrarium proba-
tur ſic. Iſta ſubtilitas libellorum & in actionis
f expreſſione eſt ſublata [f] extra de iudi. cap. exa
minata.C.de formu.& in petra. in rubro & ni
gro, ideo eſt videndum ſuper facti veritate, an
d. Mortella fuerit empta de pecunia, d. Anto-
nij, & ſibi per pactum obligata, & ſic per con
ſequens ipſe ſit potior, & quod ſit empta de
ſua pecunia patet per inſtrumentum, d.mutui
facti dictis Magiſtro Franciſco & Andreæ per
13 d. Antonium. Vnde † expreſſe patet, quod
accipit mutuo pro ſolutione pretij dictæ Mor
tellæ emptæ, & d. Mortella obligauit tunc d.
Antonio ſtipulanti tempore recepti mutui,
g & ſic ipſe eſt potior. [g] l. licet.C.q poti.in pign.
habit. auth. de æquali. doti. §. his conſequens
14 col. 7. † Nec obſtat ſi dicatur tale pactum de-
bet interponi ſtatim cum res emitur, vt d.l.li-
cet in fin.& not.Bar.in l.idemq. ff.qui poti. in
pig. hab. & gloſ.C.qui poti. in pig. in aut. quo
iure: pro hoc l.qui in nauem.ff.de priuil.cred.
vbi gloſ. expreſſe dicit, quod fuit actum, vt mu
tuanti eſſet obligatum agrum, &c. quicquid
gloſ. dixerit in d. aut. quo iure. C. qui poti. in
pig. quæ dicit quod oportet . . . pecu
15 nia ad hoc vt res emat, &c. † Sed hic fuit ap-
poſitum pactum quod d. Mortella eſſet obli-
gata ex interuallo poſt emptionem factam de
d. Mortella vt patet per inſtrumentum prædi-
ctum vbi dicitur, quod accepit pro ſoluendo
preciũ d. Mortellæ emptæ, &c. Et ſic per ver-
tion

ba præteriti temporis, quia reſpondeo, quod
16 hoc non obſtat. † Nam debet intelligi empte
tunc vel modicum ante iuxta plene not. in l.
ſi ita ſtipulatus.§. griſogonus ff.de uerb.obli.
per Bart. in l.prędia.ff.de acquir.poſſ.per eun-
dem, & ff.ſolut. matr.l.poſt dotem per eundẽ
in prima quæſt. Et pro hoc quia gloſ.requirit,
quod tale pactum interponatur ipſi numeran
ti. Nota quod dicit numeranti,& ſic tempore,
quo numeratur, ita dicit gloſ.in d.§.hic conſe
17 quens,ſuper uerbo agrum. † Nec obſtat gloſ.
in auth.quo iure, ſi bene inſpiciatur, quia etiã
illa gloſ. requirit pactum interponi tempore
numerationis pecuniæ datæ dicit, ſed ſi dedi
ad hoc vt res emat, &c. Nam coniunctis illis
duabus gloſ. haberemus pulcram diſtinctio-
18 nem. † Nam (late dicta materia conſ. ſeq.nu.
43. & multis ſeq.) aliquãdo mutuo alicui ſim
pliciter pecuniam, & ille emit ex ea aliquam
rem,& tunc illa res non eſt mihi obligata, niſi
creditor fuerit pupillus, vt not.in l. quantum,
19 la terza. C.de pigno. † Aut creditor mutuat
pecuniam ad hoc, vt debitor ex ea emat rem,
& tunc illa res eſt ei obligata, ut in glo.d.auth.
20 quo iure. † Aut creditor mutuat pecuniã pa-
cto appoſito tempore numerationis, vt res
pro cuius pretio d.pecunia ſoluitur ſit ei obli-
gata, & idem, quod eſt ſibi obligata,& erit po-
tior, vt not.gloſ. in d.§.his conſequens,& Bar.
d l.idemque: ita quod duobus caſibus eſt obli
gata ſibi. Videlicet ſiue mutuetur, vt ematur
ex ea aliqua res, licet de obligatione nihil di-
catur: ſiue tempore mutui apponatur, quod
illa res empta ſit obligata, vt in d §.his conſe-
quens, licet gloſ.in l.quod quis.ff.de priui.cre
dit.dicat caſu competere ſolum perſonale pri
uilegium, & hoc ſentit etiam gloſ. in d.l.quã-
21 uis in pecunia,d. §.his conſequens. † Et nimi-
rum, ſunt enim verba ciuili modo intelligen
22 da.l.ſi cui. ff. de ſerui. † Dicere enim quod eſ-
ſet neceſſe, quod in illo actu, quo quis emit ta
le pactum interponatur eſſet quid abſurdum.
Pone enim, quod emptio fuerit facta abſente
creditore, & ſic eſſet impoſſibile, quod tale pa
ctum tunc poſſit interponi, quia non eſt præ-
23 ſens. † Sic enim videmus in eius ſimili, vide-
licet in l. interdũ, & l.huius.ff.qui poti. in pig.
hab. nam ſi mutuatur pro naui armanda ſiue
reficienda; ſiue vecturis &c. Et ſic ſi aliter di-
ceremus, ſequeretur, quod ſemper, quando na
uis reficitur, ille, qui credit deberet eſſe præ-
ſens,& in qualibet . . . merce emen-
da mutuaret, ſiue in tempore, quo nauis naui-
garet, ſiue in tempore, quo mulus fert mercã-
tiam,

tiam, non autem poſſet ſoluere mercedem ue
cturæ, priuſquam mulo diſcarcaſſet in loco tu
to, quod abſurdiſſimum eſſet dicere. Bene ſe-
quitur, quod ſiue quis mutuat ad eã rem emen
dam, ſiue mutuet pretium, vt ſit ſibi obligata
24 ſufficit. † Cum ergo vt ex prædictis patet d. ver
ba præteriti temporis non nocent, quia poſ-
ſunt intelligi, quod tunc temporis fuerit em-
pta, & pactum tempore mutui fuit factũ, quod
25 d. Mortella eſſet ſibi obligata. † Quod d. Anto
nius habeat dictam Mortellam obligatam, &
eſt potior, vt d. l. licet, & d. §. his conſequens
auth. de æquali. dot. Et res eſt in promptu, ne
enim pretium ſolueretur, vel haberetur fides
de pretio, licet fuerit tradita, non propterea
eſſent debitoris, vt inſti. de rerum diuis. §.
vendente &. ff. de tribut. l. procuratoris. §. ſed
ſi dedi mercem meam. Et ſic per conſequens
26 non eſſet obligata alijs creditoribus. † Cum
ergo d. Antonius mutuauerit, ut pretium ſol-
uatur, facit vt per conſequens dicta res empta
fiat emptoris, & per conſequens ſit obligata
eius creditoribus, ergo merito debet eſſe po-
tior, quia eius pecunia, d. res eſt facta debito-
ris, ratione attenta l. huius enim pecunia. ff.
27 qui peti. in pigno. hab. pro hoc optimè † quia
cum dicta pecunia ſit data illi creditori per d.
Antonium ſtatim præſumitur ex tẽporis bre-
uitate data pacto ei appoſito, quod illa res, ſci
licet Mortella emeretur de dicta pecunia, iu-
xta not. in l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priuil.
cred. per gloſ. & Bar. Reſtat ergo vt videamus
an. d. res probatur eſſe illa, quę fuit empta de
pecunia d. Antonij. Et primo non inſiſtendo
in ſermone, nihil probãt teſtes dicti Antonij,
28 quia minus legitime iurati. † Non enim fuit
præſens pars eos producens, nec enim altera,
contra quam producebantur, & ſic eorum at-
teſtatio nihil valet, lex eſt & gloſa. C. de teſti.
l. ſi quando. §. 1. ſuper uer. Introducit, nec mi-
29 rum ex hoc. † Teſtes debent iurare [h] parte, cõ
h tra quam producuntur præſente, vel contumã
ciæ. l. ſi quando. C. de teſtib. C. de fide inſtrum.
l. iudices & in auth. de teſti. §. ſancimus. Et in
30 Specu. de teſti. §. nunc tractandum in princ. †
Adeo quòd etiam ubi iudex procedit ex offi-
cio ſuo dicebat. Guid. de Suzza. vt ibi refert
Ioan. Andr. quòd pars, contra quam requiri-
i tur debet citari. [i] † Sed pars, contra quam pro-
31 ducuntur non poteſt dici cõtumax, niſi actor
k accuſet eius contumaciam; [k] l. properandum.
§. & ſiquidem. C. de iudi. & quòd not. in l. &
32 poſt. ff. de iudi. † Si ergo neuter comparet, nõ
poteſt dici illum contumacem, extra de dolo
& contu. cap. fin. & extra eod. tit. in 6. c. actor.
& ibi per Ioan. And. & Archi. & per Bar. in l.
33 2. ff. ſi quis in ius voca. non ierit † licet gloſ. ibi
obſeruantiam laudi ſecundum d. laudum de-
bet intelligi facta dicta liberatio iuxta not. in
d. l. ſi de certa. C. de tranſact. & l. ſub prætextu.
eod. titu. & not. in d. §. latius, & ff. de ſol. l. ſi
pluribus. Cum ergo ſalua ratione recti ſermõ
nis poſſent dicta verba generalia poſita in d.
liberatione, ſcilicet, quæ dicit & excogitari
poſſent, &c. ſ. de alijs, quam de contentis in
d. laudo. Et vt clarius loquar, illa verba d. quie
tationis concordant cum verbis poſitis in d.
laudo, ibi ab omnibus & ſingulis &c. ibi enim
non cognitis, & ad notitiam d. partium, vel
alterius eorũ non deductis &c. & ibi prætextu
cuiuſcunque rationis, vel cauſæ, quæ dici, vel
cogitari poteſt, &c. quę verba, vt dixi, debent
e intelligi de alijs, quam de expreſſis [e]. ſ. in d. lau
do, ita etiam debent intelligi dicta verba, d.
quietationis, quæ fit non voluntarie, ſed pro
16 obſeruatione d. laudi. † Et hunc intellectum
exadiuuant iura, quæ dicunt, liberationem ge
neralem reſtringi ad cogitata. l. ſi de certa. &
17 d. l. ſi ex pluribus. † Et quæ dicunt vitandum
generalitatem tãquam captioſam. l. cum aqui-
liana, ſi poſſunt ſaluari nõ violato intellectu
18 ſermonis recti. d. l. emptor. §. lutius. Et † quæ
f uolunt non pręſumi donationem [f] quę eſt ia-
ctatio. l. filiusfamilias. ff. de donat. l. contra iu-
ris. ff. de pact. de probat. l. cum de indebito, in
19 fin. † Pręcipue in mulieribus, cuius genus eſt
auariſſimum. ff. ad Velleia. l. ſed ſi ego in fin. &
l. ſi ſtipulata. §. 1. de donat. inter uir. & vxo. C.
de donat. an. nup. l. ſi à ſponſo. Et hoc appro-
bat Iac. de Are. in conſilio ſiue quęſtione quæ
incipit habebam debitorem meum in decem
ex cauſa mutui, & in viginti ex alia cauſa, feci
ei pactum de non petendo iſta decem, & gene
20 raliter de omni eo, quod petere poſſem, &c. †
Et omnes doctores, qui dicunt, vt ſępius eſt di
ctum, verba generalia reſtringi quietationẽ,
quantum poſſunt ſalua ratione recti ſermo-
nis, in l. ſub pętextu, & l. 2. & l. ſi de certa. C.
de tranſac. & d. §. caius. Ex quibus omnibus
concludo, d. liberationem extendi ad ea, ad
quæ d. Chriſtophorus erat obligatus de Fran-
ciſco, & poſt d. laudum vigore d. laudi, d. Do
minæ Pręſentinę.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt dico & conſu-
lo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Coniectura.* Bello conſ. 13. nu. 19. ſupra conſ. præ
ceden. nu. 39.

b *Recedendum.* Rom. conſ. 16. & 126. Cagn. in l. ſem
per in obſcuris, nũ. 8. & ſeq. ff. de reg. iur. Socci. re
gu. 441. Couarru. lib. 3. reſol. cap. 5. in prin. Bello
conſ. 6. num. 3. & conſ. 27. num. 2. & 11. vbi late de
hac materia.

c *Corrigat.* Correctio eſt euitanda Iaſ. in l. filium quẽ
habentem. C. fam. ercif. Rip. in l. ſi conſtante, nu.
57. & 98. ff. ſol. mat. & in l. 1. nu. 7. & de vulg. &
pupil. Bello, lib. 4. ſupput. 20. nu. 2. & habet locũ
in omni diſpoſitione. Bello, conſ. 6. nu. 13.

d *Intentionem.* Couar. lib. 1. reſol. cap. 2. nu. 3. verſ.
Eodem modo ſup. conſ. præced. nu. 64. ubi addi.

e *Expreſſis.* Clauſula generalis quæ ſubiicitur non
comprehendit ſpecificata. Bello, conſ. 5. nu. 10.

Dona-

f *Donationem*. Deci. in l.cuius per errorem, num. 2 ff. de reg. iur. Afflit. deciſ. 44. de tribus nu. 24. & maxime procedit, quando poteſt fieri alia interpretatio. Grauet. conſ. 70. nu. 14. & 149. & 192. Couar. lib. 1. reſol. cap. 7. nume. 4. uer. ſed quod etiam.

LVD. ALP.

CONSILIVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quæ eſt lata contra præſentem, præſumuntur omnia interueniſſe, de quibus fit mentio.*

2 *Sententia tenet tamquam approbata à parte, quando pars fuit præſens ſententiæ, & intra tempus non appellauit, nec de nullitate dixit, & nu. ſeq.*

3 *Sententia nulla taciturnitate tẽporis non cõfirmatur.*

4 *Statutum in ſuo municipio habetur pro lege, & ſeruari debet.*

5 *Sententia taciturnitate temporis appellationis tranſit in rem iudicatam.*

6 *Libellus non requiritur, nec litis conteſtatio, quando petitur executio ſententiæ, ſed ſummarie officio iudicis petitur executio.*

7 *Libellus & litis conteſtatio requiritur, quando agitur ordinarie ex ſententia actione in factum.*

8 *Practica eſt, quando quis vult exequi præceptum, vt citetur aduerſarius ad dicendum quicquid vult, quare d. pręceptum exequi non debeat.*

9 *Iura & Docto. qui dicunt præceptum nullum non mereri executionem, debent intelligi de ſententia iuridica, & rite lata.*

10 *Sententia lata contra principalem poteſt exequi contra fideiuſſorem ſine nouo proceſſu. Intellige, vt primo debeat excuti, an principalis ſit ſoluendo.*

11 *Exceptio, vt prius conueniatur principalis, quam fideiuſſor ante litem conteſtatam opponi debet.*

12 *Sententia lata contra fideiuſſorem non excuſſo principali tenet, ſi per fideiuſſorem non fuerit oppoſitum, vt prius excutiatur principalis.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In quęſtione iſta vertente inter Nannem Toſani de Aretio debitorẽ, in Caſtilione Aretino, & ſer Chriſtophorũ Portagio de d. Caſtilione. Corã nobili viro Viulani de Florentia honorando poteſtate d. ter-
1 ræ Caſtellionæ. Mihi conſulenda commiſſa. † Ego præmitto, quod ſecundum communem opinionem omnium doctorum, quando ſententia lata eſt contra præſentem præſumitur omnia de quibus in ſententia fit mentio interueniſſe, quod interuenerit. Si pręſens non reclamat, vel ſi reclamauit, vel appellauit. Etſi ſint elapſa tẽpora appellationis proſequẽdæ, ita not. tenet Specul. in tit. de ſentẽn. §. ut autem, & not. ſecundum quoſdam, & ibi per Ioan. Andr. in addi. in §. quoniam ſupra uerſ. In ſumma in addi., & in titu. de inſtru. credi. §. reſtat. verſ. In ſumma. not. & Bar. quando appell. ſit, & l. illud, & extra de electio. cap. bonę, il primo per Compoſtel. in gloſ. quæ incipit. Non præſumitur &c. & ibi per Inno. & extra de probat. cap. quoniam contra, in glo. ult. per Inno. l. emancipatione. C. de fide inſtrum. per Bal. Cum ergo in d. ſententia ſuie præcepto facto per Inghileſem poteſtatẽ terræ caſtellionis prædicti, fiat mentio multorum, quæ dicuntur interueniſſe, & erat quæ-
2 ſtio de dicta fideiuſſione ſacta per d. † Chriſtophorum. Dico quòd cum d. D. Chriſtophorus fuerit præſens d. ſententię, & in tempus debitum non appellauit, nec de nullitate dixit, patet quod d. præceptum, & ſententia tenet tamquam ab ipſo d. Chriſtophoro approbatum, vt. C. quoniam & quando iud. l. ab eo. Niſi aliquid probaretur per partem aduerſam, quod redderet ſententiam nullam, vt no. dicit Specul. in d. §. autem. verſ. Et nota ſecundum quoſdam. Sed hic nihil probatur per D. Chriſtophorum, per quod d. ſententia reddatur nulla, ergo dictæ ſententię eſt ſtandum. Quod plus attento ſtatuto, d. Caſtri Caſtellionis ſub rub. quod ſententia & lauda executioni mandeutur. §. & de nullitate non poſſit cognoſci, &c. cum ſint elapſi triginta dies à die d. præcepti facti non poſſet nec de nullitate opponi, nec cognoſci, licet ſecus eſſet de
3 iure communi. † Scilicet, quia ſententia nulla taciturnitate temporis non confirmaretur, vt not. plene. ff de appel. l. ſi expreſſim, & not. in d. l. ab eo per Bar. tamen ſtatutum hic aliter
4 diſponit. † Quod in ſuo municipio habetur pro lege & ſeruari debet, vt l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. ff. de communi prædiorum. l. uenditor. §. conſtat. ff. de vari. & extraor. crimin. l. ſaccularij. §. 1. C. de ſumma trin. l. 1. cum ſimilibus. Vnde redeundo ad propoſitum, poſito, quod iſte D. Chriſtophorus non teneretur, quia eſſet liberatus perempta inſtantia, vt ff. iudi. ſol. l. cum lite mortua. Et poſito, quod ille Gulielmus non ſuiſſet hæres talis ſententia, ex hoc non eſt nulla, ſed eſt lata iure liti-
5 gatoris. † Et ſic taciturnitate temporis appellationis tranſit in rem iudicatam, d. l. ab eo
6 cum ſimilibus. Item † non eſt nulla d. ſententia, licet non fuerit datus libellus, nec lis conteſtata. quia attento modo, quo iſte agit, quia ſimpli-

ſimpliciter peti exequi præceptum, & fuit ci-
tatus aduerſarius ad contradicendum. Quia
dictum præceptum non exequeretur. Patet,
quod elegit viam executiuam, vbi non eſt
neceſſarius libellus, nec litis conteſtatio, ſed
a ſummarie officio iudicis fit executio,[a] vt.ff.de
inoffi. teſtam. l.qui de inofficioſo, & ff.de mi-
nor. l. minor 25. an cui fideicom. & not. per
Bart. ff. de re iudi.l.intra, & not. in Specul.de
execut. ſenten.§.nunc vidẽdum, verſ. Sed po-
7 ne Peruſinus, & in §. breuiter, circa princ. †
Non autem elegit agere ordinarie actione in
factum ex d. ſentẽtia, quia tunc bene eſſet ne-
ceſſarius libellus, & litis conteſtatio, vt l. 1.
8 C.de iudi. & not. in ſupra allegatis iuribus. †
Vnde redeundo ad propoſitum iſte agens, &
etiam iudex coram quo petebatur executio,
ſecutus eſt practicam Doctorum poſitã. ff. de
re iudi.l.à diuo pio.§.in venditione per Bar.&
C.de iuris & facti igno.& l.1. Videlicet, quare
citatur ad contradicendum quicquid vult, quã
d. pręceptum non debeat exequi, &c. Et ita
ſtatuit Iudex terminum ad opponendũ, quic-
quid vult & poteſt, &c. Et in termino opponit
de nullitate ſententię ratione temporis, ſcili-
cet; quia lata die feriato in honorem Dei &c.
9 &à pręcedente iudice. † Et ſic voluit dicere,
quod præceptum nullum non meretur execu-
tionem, quia debet intelligi de ſententia iu-
ridica & rite lata.l. non putauit.§.non quiuis.
ff. de contra tabul. & not. in l.4.§.condemna-
tum.ff.de re iudi. per Bar. ſed attendamus hic
vt dixi iſta nullitas nõ apparet ex actis, & de-
beret probari per partem, vt ibi not. Sed nunc
ſunt elapſa tempora à ſtatuto ordinata ad di-
cendum & excipiẽdum de nullitate, vt ſupra
dixi. Ergo iſtæ allegationes & exceptiones
nullitatis non poſſunt opponi. Et ipſis non
obſtantibus debet dictum præceptum execu-
10 tioni mandare. † Verum quia licet ſententia
lata contra principalem poſſit exequi contra
b fideiuſſorem ſine nouo proceſſu,[b] vt not. per
Bart. in l. 1. ff. iudi. ſol. Tamen debet primum
c diſcuti [c] an principalis ſit ſoluendo ſecundũ
Mar. de Fano, & Odofre. per l.fin.ff.de eo per
quem fac. er. vt refert & tenet Ioan. Andr. in
Specul. in titu. de executione ſenten. §. ſequi
tur, verſ. quod ſi ſententia lata eſt. Vnde in
caſu noſtro iſte fideiuſſor habebat exceptio-
nem, ſcilicet, vt prius conueniretur principa-
lis, quam ipſe fideiuſſor & eſt de iure commu-
ni, & ſecundum ſtatuta d. Caſtri, vt prædictæ
11 partes mihi concorditer dixerunt. † Quam
exceptionem debuit opponere ante litẽ con-
teſtatam. l. ſic probatum. C. communi diui &
l.mancipium.§. ſi communi.ff.de euictioni.
Debet enim opponi talis exceptio ante litẽ
conteſtatam, vt in Specul.de excepti. §.dicto.
iter. quod de exceptione, quam opponunt fi-
deiuſſores. Ibi idem dicit Dominus meus, &
C. de probat. l. exceptionem per Cin. in pen.
12 q. † Tamen ſi non opponitur, ſententia lata
tenet, licet talis ordo fuerit proceſſus, vt.l.1.
C. de appellat. & tenet Bar. C.de fideiuſſ. aut.
præſente. Concludo ergo pręceptum debere
exequi contra d. D. Chriſtophorum, ſed in iſta
executione debet principaliter diſcuti ille
principalis, ſi reperitur idoneus ſoluendo ſe-
cundum formam d. ſtatuti, & facta fide legiti-
ma de debito d. Gulielmi.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alphe-
rius de Cortona.

ANNOTATIONES:

a *Executio.* Alex. conſ.50.col.3.lib.2.
b *Proceſſu.* Guido Papæ, conſ. 212. citra dubia mi-
hi tranſmiſſa, num. 2. verſ. Præterea quia ſenten-
tia, &c.
c *Diſcuti.* Alex. & alij in d.l. 1. ff. iudi. ſol. & in ter-
minis Guid. Papæ, deciſ. 26. fuit inter dominos
per totum. Angel. in l.in cognitione.ff.ad ſillani.
Socci.in tract.fal.reg.134.excuſſio. Marſ.in rub.ff.
de fide ius.nu.7.Fer. Duenas, lib.1.reg. utri. iur.
reg.335.fideiuſſor regulariter.

LVD. ALF.

CONSILIVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum in teſtamento mulieris poteſt inducere ſolem-
nitates aliter quam ſit ordinatum per ius commune.*
2 *Statutum, quod vult in teſtamento mulierum requiri
conſenſum conſanguineorum valet. Limita non habe-
re locum in relictis ad pias cauſas, vt ibi cum ſeq.*
3 *Relicta ad pias cauſas non exigunt ſolemnitates iuris
communis.*
4 *Lex ciuilis, Imperator & Statutum non poſſunt ordi-
nare in dictis ad pias cauſas alias ſolemnitates, quã
eſt ordinatum per ius canonicum.*
5 *Pia cauſa habet in priuilegium, vt teſtamentum in eius
fauorem factum non ſubiaceat ſolemnitatibus iuris ci-
uilis ſiue Laicorum.*
6 *Teſtamentum imperfectum ratione ſolemnitates valet
quo ad piam cauſam: ſecus in alijs dictis in eo.*
7 *Teſtamentum ſecundum, an & quando tollat primũ,
etiam quando eſt inſtituta pia cauſa, et quomodo intel
ligatur de reg. 1. num. ſeq. uſque in fin.*

IN nomine Patris, & Filij &
a Spiritus ſanct.i Amen.[a] Vi-
ſis teſtamentis Dominæ Vã-
nellæ. q. Trineti de Ancona,
& ſtatuto de ciuitatis ſub ru-
bri. de contractibus mulie-
1 rum. † Præmitto quod bene tale ſtatutum po
teſt inducere, & prouidere dictam factionẽ,
b & ſolemnitatem teſtamenti[b] adhibendam,
aliter quam ius commune ſit ordinatum. not.
in l. fin. C. de teſtam. per Barto. C. de ſumma
trinit. l. cunctos populos, uerſ. tertio quæro,
quod in teſtamentis. Pone, quod ſtatutũ. &c.
&. C. de teſtam. l. ſi non ſpeciali per Bar. & in
Specul. de inſtrumen. edit. §. compendioſe,
verſ. Sed numquid de conſuetudine cum ad-
di. Ioan. And. ibi poſita, & verſ. Sed quomo-
2 do conſuetudine. † Hoc præmiſſo patet, quod
valet ſtatutum, quod vult in teſtamento mu-
c lierum[c] requiri conſenſum proximorũ con-
ſanguineorum, ne forte ipſæ decipiantur.
Reſtat modo dubium quod primum teſtamẽ-
tum d. Dominæ Vannellæ fuit factum ſine
conſenſu proximorum conſanguineorum, ta
men eſt factum ad pias cauſas. Videlicet in in-
ſtitutione hæredis ad pias cauſas. Quia inſti-
tuit Dominos Nicolaum & Simonẽ Ghetti
de Ancona cum conditione, quod debeant di
ſtribuere bona d. hæreditatis pro anima dictę
Dominæ teſtatricis. An dicta ſolemnitas in-
ducta per dictum ſtatutum fuerit neceſſario
ibi adhibenda, & quia non interuenit, nec ad-
d hibita fuit ea, vitiet[d] dictum teſtamentum. †
3 Et ſine longo ſermone dicendum eſt, quod
non. Quia relicta ad pias cauſas non exigunt
e ſolemnitatem iuris ciuilis[e] extra de teſtam.
cap. relatum, il primo, & cap. cum eſſes, eod.
tit. & cap. filius cum ſimil. d. tit. & not. in Spe-
cula. de inſtrumẽ. editi. §. compendioſe, verſ.
4 Item cum per ius canonicum. † Adeo cũ uer-
gatur fauor pię cauſæ, nec honeſtas morum
contradicit ſtatutum, nec lex ciuilis, nec im-
perator poteſt aliam ſolemnitatem induce-
re, vt not. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 1. in vl-
5 ti. quæſt. per Bar. & Bald. † Videlicet ut cum
piæ cauſę habeant hoc in priuilegium ſcilicet
vt teſtamentum perfectum ad pias cauſas nõ
ſubiaceat ſolemnitati iuris ciuilis ſiue laico-
rum. Patet quod per ſtatutum laicorum ciui-
tatis Anconę non poteſt tolli tale priuilegiũ,
nec tale ſtatutum communis Anconę porri-
gitur ad teſtamentum factum ad pias cauſas,
f quia reſultaret contra libertatem Eccleſię,[f]
& contra illud, quod pię cauſæ habent in pri-
uilegium, vt dicto cap. cum eſſes, & cap. rela-
tum, & cap. cum lite, extra de teſtam. quod
fieri non poteſt, vt not. in cap. nouerũt, ex-
tra de ſenten. excommu. per Innoc. Et hoc
tenet Barto. C. de ſumma trinit. l. cunctos po
pulos in quinta quæſtio. & Specul. in titul. de
diſputat. & allegat. §. porro. uerſ. Sed nũquid
in cauſa & Cin. C. quę ſit longa conſuetu. lib.
2. in antepen. quæſt. cap. ſine culpa. de regu.
iur. in ſexto, per Ioan. Andr. in mercuriali
ibi poſita in vltima colum. ibi ſolutio dicti ſe
maioris, &c. & quod tale ſtatutum non exten
datur ad pias cauſas Bald. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. l. generali in penulti. quęſtione, vbi hãc
6 quæſtionem ſic ſpecifice determinet. † Con
cludo ergo tale teſtamentum quantum reſpi
cit inſtitutionem factam, & alia legata ad pias
g cauſas valere.[g] Sed quo ad alia quæ non ſpe
ctant ad piam cauſam non valere obſtante ſta
tuto arg. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.
C. de teſtam. & etiam tenet Bar. in d. l. cunctos
populos in 5. quæſt. circa fin. Reſtat nunc vi-
dere, an tale teſtamentum ſit ſublatum per ſe-
cundum factum ad pias cauſas ſine conſenſu
conſanguineorum. Et in hoc dicendum eſt,
7 † quod licet ſecundum teſtamentum tollat
h primum.[h] in ſtit. quib. mod. teſtam. infirm. §.
8 poſteriore. † Debet intelligi, quando teſta-
mentum eſt tale, quod ex eo eſt poſſibile adi-
re hęreditatem de iure ciuili, aliter tale teſta-
mentum, ex quo non poteſt adiri hęreditas
de iure ciuili, nõ tollit primum. l. ſi filius. ff. de
liber. & poſth. & l. cum in ſecundo. ff. de iniuſ.
& irri. teſtam. cum ſimil. Præcipue vnde in
ſecundo inualido non ſint inſtituti venientes
ab inteſtato l. ſi duobus §. ſi prius. ff. de contra
tabul. & C. de teſtam. l. hac conſultiſſima. §. ſi
i quis autem. & non tranſiuit decennium[i] poſt
dictum teſtamentum primum. Vnde eſt facta
inſtitutio ad pias cauſas. l. ſancimus C. de te-
9 ſtamen. Cum † ergo ex iſto teſtamento ſecun
do facto ſine ſolemnitate ordinata per ſtatu-
tum Ciuitatis Anconæ, ſcilicet ſine conſen-
ſu conſanguineorum, d. Dominæ Vannellæ
patet, quia eſt nullum, quod ex eo non poteſt
adiri hæreditas de iure ciuili, ergo primũ teſta
mentũ vbi eſt iſtitutio ad pias cauſas, valet vt
ſupra probaui, remanet de iure ciuili ualidũ,
vt not. in d. l. ſi filius: & l. ſi poſthumus. ff. de
lib. & poſth. & l. poſthumo. C. de bon. poſſ. cõ
tra tab. & d. §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſi-
ma. C. de teſtam. per Bar.

Et ita dico & concludo, ego Andreas de Alferiis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Amen.* De materia huius conſilij, vide Nicol. Bello. conſ. 16.

b *Teſtamenti.* Io. Durand. de arte teſtam. tit. 2. cautela 6.

c *Mulierum.* Et eſt in omni contractu, ut per Docto. in rub. C. de pact. in fin & in l. aliud eſt uendere. ff. de reg. iur. Marſil. ſing. 447. Alciat. de præſumptio. reg. 1. præſumpt. 52. nu. 2. Tiraq. de utr. retract. lib. 1. gl. 9. nu. 200. & in tract. le mort ſaiſit le uit. in primo declar. ſeptim. par. & de legibus connubiali. gloſ. 4. num. 4. & ſeq. & gloſ. 5. num. 57. & ſeq. & 227. Et in repet. l. ſi unquã, uer. donatione largitus. nu. 52. & 152. C. de reuo. don.

d *Vitiet.* Contra per Paul. de Caſtr. conſil. 327. dubium lib. 1. Alexan conſ. 146. uiſo themate lib. 2. Iaſ. in l. ſi ita ſcriptum, nu. 29. ff. de leg.

e *Iuris ciuilis.* Bar. in l. 1. nu. 6. & 75. C. de ſacroſan. Eccleſ. & Iaſ. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, col. 3. in fin. uerſ. Quinta princ. C. de teſtam. Barbat. cap. ad hæc, el ſecundo, extra de teſta. Io. Duran. de acti. teſtam. tit. 2. caut. 2.

f *Libertatem Eccleſię.* Et cur ſtatuta dicantur contra libertatem Eccleſiæ. Vide Deci. in cap. Eccleſię Sanctæ Mariæ num, 1. cum ſequentibus, extra de conſtitutio. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 38. glo. 1. nume. 6.

g *Valere.* Anna. Conſ. 28. colũ. 3. Anto. Bur. conſ. 72. colum. 2. Didac. Couar. in epit. de teſtam. cap. Relatum, il primo, num. 3. extra eod. tit. de teſtam. Etiamſi voluntas Mariti ſtatutum requireret non vendicat ſibi locum in relictis ad pias cauſas. Nicol. Bello. conſ. 16. nu. 1.

h *Primum.* Deci. conſ. 164. col. 2. etiamſi valeret de iure ſpeciali. Alex. conſ. 84. col. 1. lib. 2. Bello. cõſil. 29. nu. 11.

i *Decennium.* Couar. in epito. ſuper titu. de teſtam. extra ſuper ſecunda parte rub. uerſ. nono, folio mihi 226.

LVD. ALF.

CONSILIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Mater ſuccedit filio decedenti ab inteſtato in adulta ętate.*

2 *Sententia requiritur, quando lex vel ſtatutum loquitur per verba futuri temporis, & nu. ſeq.*

3 *Statutum, quod priuat aliquem à poſſeſsione ſi intra certum tempus non fuit petita, per uerba futuri temporis. Quis non cenſetur priuatus ipſo facto, ſed requiritur ſententia d. nu. & nu. ſeq.*

4 *Practica, quomodo ſit agendum, quando lex vel ſtatutum loquitur per verba futuri temporis. dicto nume. 1.*

5 *Dictiones, mox, ſtatim, ipſo iure, & ipſo facto actum inſtantem ſignificant.*

IN Chriſti nomine, Amen. Punctus talis eſt. Chriſtophorus filius Ioannis olim Antonij ſui patris deceſſit poſt pubertatem ab inteſtato. Qui tempore ſuæ vitæ moram traxit pluribus annis cum Domina Vanna matre d. Chriſtophori & cum Marito d. ſuæ matris, cui ipſe erat priuignus eadem domo & laboreria adinuicem faciebãt, & fructus recolligebant. Contingit, quod poſt mortẽ d. Chriſtophori, d. Vanna eius Mater legitima & naturalis remanſit, & vna cum eius viro remanſit in tenuta, & in poſſeſſione bonorũ d. ſui filij, quæ erant tempore d. ſui Filij & hoc per ſpacium duorum menſium, & vltra poſt mortem d. Chriſtophori nemine prohibente, vel contradicente. Deinde coram officiali loci tres Patrui d. Chriſtophori petierunt in ſcriptis hæreditatem & bona d. Chriſtophori contra d. Vannam matrem ipſi d. Chriſtophori aſſerẽtes ſe hæredes proximiores ab inteſtato. d. Chriſtophori ipſa Vanna matre excluſa, eo quia ipſa non petiit poſſeſſionem hæreditatis d. ſui filij infra tempus duorum menſium, ſecũdum quod videtur velle quoddam ſtatutum d. loci, cuius copia deſtinatur cũ alijs actis in dicta cauſa factis hinc inde, quibus viſis quæritur in prędictis quæ ſint partes iudicis iudicare debentis.

IN

IN nomine Patris, & Filij &
Spiritus ſancti. Amen. In
quæſtione iſta viſis puncto
& ſtatuto caſtri Montis Fil-
corum operarij, & actis &
actitatis in d. cauſa & allega-
tionibus ſubtiliſſime factis per egregium le-
gum Doctorem Dominum Ioannem de Mat
thæis Aduocatum facundiſſimum:& mihi ma
iorem fratrem honorandum tamen non inſi-
ſtendo in ſermone veniam ad veritatem facti.
Et dico quod poſito, quod eſſet verum, quod
iſta Domina Vanna propter illam negligen-
tiam adhibitam, non petendo licentiam in-
grediendi poſſeſſionem bonorum hæredum
d. Chriſtophori, quod contra non concedo
vt clare patet per allegationes prædictas. Inſu
per dico partes dicti Domini Poteſtatis eſſe
in denegando licentiã dictis Vagnonio Mar-
cutio & Matthęo ingrediẽdi. d. poſſeſſionem
tanquam non habentibus ius petendi ea quæ
petunt, vt hoc patet ex actis, factis per eos. Et
1 licet ſic inſiſtendo. † Certum eſt de iure præ-
dictam cauſam ſucceſſionis. d. Chriſtopho-
ri defuncti ab inteſtato in adulta ætate eſſe. d.
a Dominæ Vannę matris d. Chriſtophori,[a] vt
in auth. defuncto. C. ad tertulli. cum ſimili. Et
ſic d. hæreditas dicti Chriſtophori fuit & eſt
d. Dominæ Vannæ. Nec obſtat d. ſtatutum,
& ſic aduertamus verba. d. ſtatuti. Qui ſi aliter
ingrederetur poſſeſſionem talis rei, licet d. li-
centiam non peteret infra dictũ tempus duo-
rum menſium cadit &c. Priuetur omni ſuo
2 iure quod haberet in d. re, &c. † Et ſic not. q̃d
dicit cadat &c. Priuetur, &c. quæ ſunt verba
b futuri temporis. Ergo requiritur ſententia,[b]
Et ante ſententiam non eſt priuata iure ſuo.
l. in criminali. C. de iure omnium iudi. & ibi
per gloſ. & Bart. in l. ſi quis in tantam. C. un-
de ui, & ibi per Bar. quaſi in noſtris terminis.
3 Vnde Bar. ponit modum practicandi. † Vi-
delicet, quod primo petatur per ſententiam
priuari, hoc tenet Bald. in d. l. in criminali.
Cum enim iſta pœnã ſit priuati iuris, & in l.
municipali, ſcilicet in dicto ſtatuto non ſint
4 verba præteriti temporis, † nec aliqua dictio
inſtantem actum ſignificans, puta, ſtatim,
mox, vel ipſo facto, vel ipſo iure requiretur
ſententia, vt notatur in dd. iuribus, & l. Im-
perator. ff. de iure fiſci. per Bar. l. iubemus. §.
ſane. C. de ſacroſan. Eccleſ. per Bald. Cum er
go dicti Vagnonus, Marchutius, & Matthæus
agant & petant anteaquam iſta ſit per ſenten-
tiam priuata ſuo iure, patet, quod eis non cõ-
petit ius petendi ea quę petunt nec adhuc ad
eos eſt deuoluta d. hæreditas. d. Chriſtopho-
ri. Ergo non poſſunt petere quæ petunt.
Debet ergo d. Poteſtas denegare dictis peten
tibus dictam licentiam intrandi dictam poſ-
ſeſſionem bonorum dictæ hæreditatis Chri-
ſtophori.

Et ita dico & conſulo ego Andreas de Al-
pheriis LL. Doctor de Cortona & prædicta
mea propria manu ſcripſi, & ad fidem ſupra-
ſcriptorum me ſubſcripſi, & meo proprio ſi-
gillo ſigillaui.

ANNOTATIONES.

a *Chriſtophori.* Dida. Couar. in epito. de ſucceſſione ab inteſtato, nu. 1. & ſeq. Petr. Duen. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 364. Filio decedente.

b *Sententia.* Adde gloſ. in uer. cadat. in auth. habita. C. cum filius pro pat. l. iubemus. §. oeconomus in gloſ. in uer. priuetur. C. de ſacroſan. Eccl. Franciſ. Rip. in cap. ſępe, de reſtitu. ſpol. ex nu. 99. vbi de communi Balbus deciſ. 229.

LVD. ALF.

CONSILIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio facta de vxore donec vixerit, & honorem ſeruauerit teſtatori cum viduitate valet.*

2 *Subſtitutio facta in tempore incerto eſt fideicommiſſaria, & euaneſcit ſi ſubſtitutus inſtituto prædecedat.*

3 *Verba donec ipſa vixerit, & ſeruauerit honorem cum viduitate à teſtatore prolata denotant tempus incertum in quo inſtitutus deſinat eſſe hęres.*

4 *Subſtitutus in tempore incerto, ſi prædeceſſerit inſtituto ſubſtitutio euaneſcit.*

5 *Subſtitutus tranſmittit ad hæredes eius ſpem ſubſtitutionis. Limita, vt num. ſeq.*

6 *Subſtitutus in tempore in certo non tranſmittit ad ſuos hæredes ſpem ſubſtitutionis, quando prędeceſſit inſtituto.*

DOM. Nicolaus Verardi de Ancona fecit ſuum vltimũ teſtamentum, in quo inter cætera ſic diſpoſuit. In omnibus autem alijs bonis mobilibus, & in mobilibus, iuribus & actionibus & quoque modo competentibus, & competituris præteritis & futuris, ſibi hæredem generalem & vniuerſalem hæredẽ inſtituit, & hæredem eſſe voluit Dominam Colocciam eius vxorem, donec ipſa Domina vixerit, & honorem dicti teſtatoris ſeruauerit cum viduitate, & eandẽ fecit & reliquit fideicommiſſariam, & executricem d. teſtamenti, & contentorum in eo, donec ipſa vixerit, & donec eius honorem ſeruauerit. Et poſt mortem d. Dominæ hæredis, vel in caſu: in quo ipſa maritaretur ſubſtituit ſibi hæredem vniuerſalem & generalem, ac fideicommiſſarium, & executorem præſentis teſtamenti, & contentorum in eo egregium artium & Medicinæ Doctorẽ Magiſtrum Antoniũ Pauli de Monte Vbiani ciuem Anconitanum, caſſans &c. Demum mortuo d. D. Nicolao & addita eius hæreditate per d. Dominam Colocciam hæredem prædictam. Moritur poſtea præfatus Magiſter Antonius ſubſtitutus prædictus ſuperſtite d. Dom. Coloccia vxore & hærede d. D. Nicolai in viduitate permanente. Nunc quæritur an hæreditas d. D. Nicolai ſit libera d. Dominæ Coloccię tanquam d. ſubſtitutio ſibi facta per d. Dom. Nicolaum de d. D. Magiſtro Antonio pro morte. d. Magiſtri Antonij decedentis & defuncti, ſuperſtite. d. D. Coloccia, euanuerit necne.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In quæſtione ſupradicta non inſiſtendo in ſermone veniamus concluſiue ad
1 id, quod veritas eſt. † Veritas eſt, quod illa ſubſtitutio facta de Do. Coloccia tenet, & voluit
teſtator eam inſtitutionem finire in temporo
incerto, ſcilicet poſt mortẽ d. D. Coloccię, in
caſu quo tranſeat ad ſecunda vota. Ergo ille
Magiſter Antonius eſt ſubſtitutus per fideicõ
2 miſſum. † Et ſubſtitutio facta de eo eſt fideicõ
miſſaria. l. ex facto in prin. ff. ad trebell. & not.
ff. de hæredi. inſtit. l. hæreditas per Bart. & hoc
tenet expreſſe Bald. C. de hęredi. inſtitu. l. ex-
3 traneum, & cum ibi not. † Iſta verba donec ip
ſa vixerit denotant tempus incertum, in quo
a deſtinatur eſſe hæres. [a] Et hoc non poteſt fieri
etiam per fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ,
4 vt patet in d. l. hęreditas. † Cum ergo iſte ſub-
ſtitutus, ſcilicet Magiſter Antonius prędeceſ-
ſerit anteaquam Do. Coloccia, patet, φ dicta
5 ſubſtitutio euanuit. † Nec poteſt dici, quod
d. Magiſter Antonius trãſmiſerit ſpem ſubſti-
tutionis prędictæ, ad hæredes eius, vt ff. ad tre
belli. l. hæredes mei. §. cum ita, & ibi per Bart.
Et not. C. de his, qui ante aper. tabul. l. unica,
6 in gloſ. † Non enim ceſſit dies. d. ſubſtitutioni
fideicommiſſariæ viuo. d. Magiſtro Ant. Ergo
b ad eius hęredes non tranſimiſit, [b] vt not. C. de
fideicom. l. ſi in perſonam, & not. plene in l.
cum filio. ff. de leg. 1. Et iſtud eſt clarum de iure. Ergo concluditur d. hæreditatem remanere penes D. Colocciam, cum nullus ſit ſubſtitutus vt ſupra eſt probatum. &. ff. de adim. lega. l. 4. in fin.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo ego Andreas de Alpheriis, &c.

ANNOTATIONES.

a *Hæres.* Dixi late in meo conſ. quarto, nu. 21. & ſeq.
b *Tranſmiſit.* Paris. conſil. 28. num. 17. & infra conſ. 27. nu. 5.

LVD. ALB.

CONSILIVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum eſt nullum, quando filijs nihil eſt relictũ ratione inſtitutionis.*
2 *Teſtamentum confirmatur ex taciturnitate filiarum nõ dicentium teſtamentum nullum intra tempus.*
3 *Subſtitutio facta cum cõditione nominis collectiui: videlicet ſi omnes filij mei deceſſerint, hac ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria.*
4 *Legitima & trebellianica debetur filio grauato de reſtituendo ſub conditione.*
5 *Diuiſio quomodo eſt facienda de hæreditate inter inſtitutum ſub conditione, vel eius hæredes, & inter ſubſtitutum, & venientes ab inteſtato.*

IN

IN nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In queſtione vertente inter Blaſium nomine vxoris, & ſuæ cognatæ, & inter Cecchum ſocerum Dominę Iacobę, & filiam Chriſtophori ſuper hęreditate Antonij filij Cecchi Patrui d. Dominæ Iacobæ, ſine longo ſermone dicendum eſt, veniendum
1 ad veritatem. Quod teſtamentum † d. Cecchi aui d. Dominæ Iacobę nō valuit eo, quia præfatus non reliquit aliquid iure inſtitutionis dictis ſuis filiabus, vt debebat, vt in auth. ut cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum, poſita. C. de in offi. teſtam. auth. nouiſ-
a ſima. Et ſic iure pręteritionis[a] tale teſtamentū eſt nullū, vt in d. auth. nouiſſima. C. de lib. præterit. auth. ex cauſa, facit l. maximū vitiū, eod. titu. Et per conſequens hęreditas. d. teſtatoris patris dictorū Antonij Chriſtophori, & vxoris d. Blaſij debeat ab inteſtato diuidi in capita ſecundum numerum filiorum & filiarum ipſius teſtatoris, tanquam eſſent ęqualiter hære
2 des ab inteſtato. † Sed poſito, quòd d. teſtamētum valeret, eo quia taciturnitate & dictarum filiarum non dicentium d. teſtamentum nullum infra tempus debitum: & ſic eorum conſenſu pręſumpto eſſet confirmatum, iuxta plenè notat. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. teſta. per Bar. & in d. auth. ex cauſa. C. de lib. pręterit. & l. poſthumo. C. de cōtra tabul.
b per Bar.[b] Et etiam quando eſſent ſubſtitutiones in eo contentę & confirmatę. Ego dico quòd iſta vxor Blaſij, & ſocer d. vxoris habēt in bonis, & in hęreditate. d Cecchi mediāte perſona d. Antonij, habent de tota hæreditate quinque partes. Et hoc ſic ſtando non eſt
3 dubium aliquod † quod d. ſubſtitutio facta d. Antonio de dictis filiabus. d. teſtatoris fuit &
c eſt fideicommiſſaria[c] iux. per Bar. in l. centurio. ff. de vulg. & pupill. & l. pręcibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. Hoc pręſuppoſito pro uero, quia verum eſt, cum iſta ſubſtitutio fuerit
d fideicommiſſaria,[d] quocunque modo dicamus, eam factam ſcilicet cum adiectione nominis collectiui, hoc modo videlicet. Si omnes filij mei, ſi dicti filij mei deceſſerint &c. ſuum ſemper ſcilicet ſi tales deceſſerant, vt ſcilicet Chriſtophorus & Antonius deceſſerant &c. Cum non ſuperſit perſona quæ excluderet dictas filias à ſucceſſione Antonij, & d. Antonius deceſſerit ſine filijs, & ſic conditio in eius parte aduenit: iſtę filiæ fœminę ſcilicet vxor Blaſij, & ſoror d. vxoris ſuę ſuccedunt d. Antonio vigore dictę ſubſtitutionis, immo vt magis proprie loquar ſuccedit dicto Ceccho teſtatori, vt l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulgar. & pupil. per text. l. heredes mei. §. cum ita ff. ad trebellia. per Bart. & C. de impuber. &
4 alijs ſubſtitu. l. penult. per Bald. † Cum ergo d. Antonius deceſſerit, ſine filijs legitima ſua & etiam trebellianica, quę hic habet locum
e & debetur[e] iuxta not. in c. Rainutius, & cap. Reinaldus. extra de teſtam. cap. ſi pater eodem titu. lib. 6. & ff. de inoffi. teſtam. l. papinianus. §. meminiſſe per Bar. & C. ad legem Falcid. &
5 l. quamque. † Modo vt oſtendam clare, qualiter diuiſio ſit facienda. Ponamus, quod hęreditas iſtius patris Chriſtophori & d. Antonij valeat 12. vncias ſex tangunt d. Antonio quarū ſex tres ſunt pro legitima & trebellianica ei debita, qui tres debite pro legitima & trebellianica pertinent ſuccedentibus ab inteſtato, & ſic eius ſororibus & fratri ſcilicet Chriſtophoro ęqualem, vt in auth. de hædi. quę ab inteſt. deſeruntur. §. ſi ergo defuerunt colum. 9. cum ſimil. Et alię tres quę ſuperſunt debent reſtitui dictis ſororibus ſubſtitutis. Et ſic in effectu iſtę ſorores d. Antonij, tum uigore ſubſtitutionis, tum vigore ſucceſſionis ab inteſtato debent habere de illis vncis, quę obuenerunt dicto Antonio de bonis paternis quinque vncias, & iſte Chriſtophorus ſolus vnam vnciam, & illud, quod dicitur, debere diuidi æqualiter in capita inter ſororem & fratrem d. Antonij quę ſibi deuenerat de hęreditate patris ſui, ſimiliter debet diuidi, vt dictę eius ſorores tamquam eius hęredes ab inteſtato habeant dictas partes, & iſta eſt veritas apud omnes.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Præteritionis*. Nicol. Bello. lib. 4. ſuppu. iur. cap. 20. Iaſ. in l. ſuis, num. 65. ff. de lib. & poſthum. & in l. gallus. §. fin. num. 4. eod. tit. & in l. filius. num. 21. d. titu.

b *Bar.* Afflit. deciſ. 158.

c *Fideicommiſſaria*. Dixi infra in meo conſilio 4.

d *Fideicommiſſaria*. Dida. Couar. in epiſt. de teſtam. cap. Rainutius. §. 9. nume. 3. & 6. Bello, conſ. 19. nume. 5.

e *Et debetur*. Vacon. lib. 4. declarat. iur. ciui. cap. 142. Bello, conſ. 1. & 19. nu. 11. Paris. conſ. 1. num. 78.

lib.3. Paulus Picus in repet. l. in quartam, nu. 284. ff. ad l. falcid. Socci. iun. conſ. 115. in fin. lib. 3. infra in conſ. 27. nume. 8. & dixi in meo conſil. 4. nu. 20.

LVD. ALF.

CONSILIVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi à ſemetipſo legatum dari non poteſt.*
2 *Legatum factum hæredi non valet, & quare.*
3 *Legatum capit hæres ſibi factum, non tanquam legatarius, ſed ut hæres.*
4 *Eccleſiæ & templo, quod non eſt, non poteſt donari contra nu. ſeq. de intellectu nu. 7. & 9.*
5 *Altare ſeu capella conſtruenda poteſt inſtitui, ſubſtitui & ei legari, licet ſit conſtructa nu. ſeq. & nu. 10.*
6 *Poſthumus nondum natus poteſt inſtitui.*
7 *Collegio, quod nondum eſt, non poteſt per viam contractus donari, & quare.*
8 *Teſtatori alloqui cum ille, cui prouidet non requiritur.*
9 *Priuilegio non poteſt concedi eccleſia, quæ nondum ſit, vt tunc temporis qui conceditur valeat, ſed bene incipit valere eccleſia poſtea conſtructa.*
10 *Cap. fin. de eccleſ. ædifi. quomodo intelli. d. nu.*
11 *Legatum factum hæredi, quod remanet in hæreditate propter inualiditatem vt ſupra an veniat in ſubſtitutione fidei commiſſaria, & nu. ſeq.*
12 *In ſubſtitutione facta poſt omnia legata, veniunt etiã prælegata in tali ſubſtitutione.*

IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. Viſo teſtamẽto Boccarelli Minioni de Caſtro Siroli Communitatis Anconæ, & contentis in eo, vbi inter cætera continetur, quod ipſe Ceccharellus reliquit Dominæ Catherinæ ſuæ vxori domum poſitam in d. Caſtro, iuxta Stephanum Dominici, Iacobum q. D. Ioannis de Monte Serato, & uiã publicam, & alia latera; Et in fine d. teſtamenti inſtituit hæredem vniuerſalem, d. Dominã Catherinam ſuam vxorem, & poſt mortem d. Dominæ Catherinæ ſibi altare cum capella facienda in Eccleſia ſancti Nicolai ſub vocabulo Sanctæ Catherinæ, &c. Et ſupra in teſtamento prædicto ordinauerat dictum altare & capellam conſtrui, quæ Domina Catherina põſt mortem d. Ceccharelli, dictam hæreditatem adiuit, Nunc vero quæritur poſt mortem d. Dominę Catherinę, An d. domus legata ipſi Dominę Catherinę veniat in d. ſubſtitutione: Et ad euidentiam dicẽdorum eſt primum videndum, an d. legatum factum. d. Dominæ Catherinæ valeat, adeo quòd ipſa habeat iure legati. † Et veritas eſt, quod hęredi à ſemetipſo nõ poteſt legari. l. legatum eſt deliberatio. §. 1. ff. de leg. 1. Cum ergo ipſa Domina Catherina ſit ſola hęres inſtituta. † Ergo legatũ ſibi factum nihil valet, & cum non habeat collegatariam in iſta domo, quia ſibi ſola relicta. † Patet quòd iſtud legatum tamquam inualidum remanet in hęreditate, & capit iſta Domina iſtam domum tamquam hęres, non tamquam legataria, vt not. in l. & quidem totum. ff. de leg. 1. Secundo eſt videndum, an valeat d. ſubſtitutio facta d. dominę Catherinæ de altari cum capella facienda in Eccleſia ſancti Nicolai pro vt ſupra in teſtamento diſpoſuit. Et videtur dicendum, quod non valeat. † Quia Eccleſia & templo, quod non eſt non poteſt donari, cap. abbate ſane, de re iudi. lib. 6. pro hoc extra de Eccleſ. ędific. cap. fin. † Veritas eſt in contrarium, quod tale altare ſiue capella cõſtruenda poteſt inſtitui, ſubſtitui, & ei legari [a] licet nondum ſit conſtructa. † Hoc probatur, quia poſthumus nondum natus poteſt inſtitui [b] &c. l. placet, & l. gallus. §. ille caſus. ff. de lib. & poſth. pro hoc. ff. de ſerui. urban. prædiorum. l. ſi ſeruitus. §. furto. ff. de liber. cauſa. l. ſeruos. & ff. de ali. leg. l. ſeruos. † Non obſtat cap. Abbate ſane, quia fateor, quod per viam contractus non poteſt donari collegio, quod nondum eſt, quia requiritur perſona vera, vel ficta, cum qua contrahitur, ſed in vltimis voluntatibus ſecus eſt. Vnde † nõ requiritur qđ teſtator loquatur cum illo, cui prouidet. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. donationis, & l. miles in prin. † Non obſtat c. fin. extra de eccleſ. ædifi. fateor, quod priuilegium non poteſt concedi Eccleſiæ, quę nondum eſt, vt tunc temporis, quo conceditur, valeat, ſed bene incipiet ualere Eccleſia poſtea conſtructa, & ſic non obſtat, † & quod talis ſubſtitutio valeat tenet Bar. ff. de alien. leg. l. in ſeruos. & in d. l. placet: & ita conſuluit in conſilio, quod incipit. Teſtator in ſuo teſtamento diſpoſuit, quod in domibus ſuis, quas habebat in tali caſtro conſeruatur quædam Eccleſia in honorem Dei, & Beatæ Mariæ, &c. quod conſilium mihi in ordine eſt 117. (nunc eſt in lib. 1. numero conſiliorum 26.) † Sequitur videre modo: an dicta domus veniat in ſubſtitutione prædicta, quę eſt fideicommiſſaria, & ſine dubio dicendum eſt, quod cum d. ſubſtitutio fuerit facta ſimpliciter ſine aliquo termino reſtitutionis, qđ veniat

Margin numbers in right column: 1 legati; 2 rina ſit; 3 tariam; 4 detur; 5 extra; a ſtruenda; 6 licet; b tui; 7 ſeruos; 8 luntatibus; 9 prin.; 10 ſtat; 11 rum 26.

niat in d. ſubſtitutione, quia, vt dixi, dicta domus non voluit legari, & in hæreditate remãſit. Secundo, quia poſito quod iſta Domina Catherina haberet iure legati, quod, vt dixi, poteſt eſſe verum, quia ab hærede ſibimet nõ
12 poteſt legari, † tamen cum d. ſubſtitutio fuerit facta poſt omnia legata, dicendum eſt, etiam prelegata in tali ſubſtitutione venire, vt not. ff. ad trebell. l. Marcellus. §. quidam per Bart. & C. de fideiuſ. l. cum verum per Bald. & ſic concluditur dictum altare cum capella conſtructũ ex diſpoſitione, d. teſtatoris poſt mortem d. Dominę Catherinę poſſe petere uigore dictæ ſubſtitutionis fideicommiſſarię. d. domum nti alia bona hereditatis, quæ peruenerunt ad d. Dominam Catherinam inſtituta.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alſerius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Legari.* Doct. in cap. 3. extra de teſtam. Bar. in l. pater filium. §. tuſculanus. ff. de leg. 3. & l. ſi cui. ff. de annu. lega. & in l. cum quidam. ff. de leg. 2. & ita ſtipulatus. oppo. 4. primæ partis. ff. de uerb. oblig. vbi Alex, Iaſ. & Rip. nu. 19. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam. 27. ſpetiali: l. legatum. ff. de uſufructu. lega.

b *Inſtitui.* Quid in poſthumo alieno. Duar. lib. 2. diſput. anni. cap. 38. Coraſ. lib. 2. miſcel. cap. 23. & ibi habetur, qui dicãtur poſthumi alieni & an dicatur ſuus hæres, antequam naſcatur. Iaſ. in l. ſi à primo, nu. 14. ff. de lib. & poſthu. Tiraq. in l. ſi unquam, nu. 124. C. de reuocan. donat. Arius Pinel. in rub. C. de bonis mater. in ſecunda parte, nu. 37.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXI.

SVMMARIVM.

Subſtitutio per fideicommiſſum ſecundo loco facta, an veniat ad ſubſtitutum, licet moriatur primus ſubſtitutus antequam inſtitutus: & an in ſubſtitutione fideicommiſſaria veniat quęſita per ſubſtitutum pupillarem. Et an in relicto vniuerſali ad pias cauſas detrahi poſſit trebellianica per totum conſilium.

1 *Subſtitutio facta filijs reciproce eſt pupillaris directa,*
2 *Pupillaris directa extludit matrem.*
3 *Pauperes ſubſtituti per fideicommiſſum veniunt ad ſubſtitutionem, quando ſubſtitutus reciproce moritur in adulta ætate.*
4 *Amplia etiamſi contineat compendioſam vulgarem, fideicommiſſariam.*
5 *In ſubſtitutione fideicõmiſſaria, an veniat quæſita per ſubſtitutionem pupillarem.*
6 *Legitima per fideicommiſſum non poteſt grauari.*
7 *Trebellianica an poſſit detrahi de relicto vniuerſali ad pias cauſas.*
8 *Legitima eſt tertia pars tertię partis totius hæreditatis.*
9 *Subſtitutio fideicommiſſaria ſcilicet pro anima eſt relictum vniuerſale,*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. Viſo teſtamento Antonij Vannutij Meoli de Humana. Præmitto, quod in d. teſtamento ſunt duæ ſubſtitutiones. Vna videlicet facta filijs. d. Antonij reciproce. Videlicet & ſi aliquis dictorum filiorum deceſſerit ſine filiis, quod pars & bona decedentis veniant in ſuperuiuentes. Alia ſubſtitutio eſt quæ fit. Si omnes d. filij mei decederent ſine filijs &c. Contingit, quod moritur d. Anton. ſuperſtitibus Vannutio, Stephano & Petro eius filiis legitimis, & naturalibus, in pupillari ętate conſtitutus, & hæredibus inſtitutis. Demum moriũtur dicti Vannutius & Stephanus in pupillari ætate, ſuperſtite adhuc d. Petro. Demum moritur d. Petrus in adulta ætate conſtitutus facto teſtamẽto, in quo ſibi certos hęredes inſtituit. Contingit quod d. Betta mater dictorum Vannutij, Stephani, & Petro ſubſtituta eis, ſi eis decederet ſine filiis. Decedit antequam dicti filij. Modo quæritur an executores dicti teſtamẽti ipſius Antonij debeãt aliquid habere de bonis dicti Antonij, & quãtum. Et ad euidentiam dicendorum ego præ-
1 mitto, † quod illa ſubſtitutio[a] prima facta di-
a ctis filiis reciproce ſecundum veram opinionẽ fuit & eſt pupillaris directa, vt not. gl. Inſti. de pupi. ſubſti. §. extraneo, licet glo. dixerit cõtrariũ eſt male. in l. pcibus. C. de impub. alijs ſubſti. vt ibi not. Bal. in l. centurio. ff. de vulg.
2 & pupil. per Bar. per tex. c. 1. de teſtam. lib. 6. † Et cum ſit facta de filijs teſtatoris excludit matrem, iuxta not. in d. l. centurio. per Bar in effectu ſubſti. compendioſe. Concluditur, quod iſte Petrus ſucceſſit dictis ſuis fratribus decedentibus in pupillari ætate integre iure pupil
3 laris ſubſtitutionis. † Videamus modo, an quia d. Betta deceſſit ante mortem dictorum ſuorũ filiorum, dicta bona debeant diſtribui pauperibus. Et in hoc non inſiſtendo in verbis, licet iſti pauperes ſint ſubſtituti per fideicommiſſum. Et etiam d. Betta fũit ſubſtituta per fideicommiſſum. Cum iſte vltimus moriens, ſcilicet Petrus, deceſſerit in adulta ætatę, Poſito

quod

quod d. mulier deceſſerit antequam Petrus. Dico, quod iſti pauperes intelliguntur ſubſtituti, & ueniunt ad dictam ſubſtitutionem, & ita tenet Bar. expreſſe in l. quotiens. C. de fideicommiſſ. Et ita in terminis etiam ſimilibus conſuluit Bar. in conſilio, quod incipit. In Dei nomine, Amen. Nucciarellus. q. Cecchi de Caſtro plebis, &c. quod cõſilium eſt mihi in ordine 155. (& eſt in lib. 2. conſ. 73.) &
4 iſta eſt veritas: ſiue † dicam. d. compẽdioſam continere vulgarem, ſiue fideicommiſſariã, ſiue pupillarem, vt clare terminant dicti Docto. pro hoc. l. unica. §. pro ſecundo. C. de ca-
5 duc. tollen. † Reſtat nunc videre, quid veniat in d. ſubſtitutione, hoc eſt quantum de hæreditate dicti Antonij, & dictorum filiorum. Et veritas eſt, quod hęredes. d. Petri debent reſtituere integre duas partes hæreditatis Antonij, ſcilicet partes Vannutij et Stephani, & ſi cis præfatus Petrus ſucceſſiſſet directe per pupillarem ſubſtitutionem, & plene notatur in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad trebellia. & l. hęredes mei. §. cum ita. & l. ſcęuola. eod. titu. per Bar. Et ſic conſuluit ipſe Bar. in cõſilio, quod incipit. Dominus. C. inſtituit Io. N. & M. filios ſuos &c. (quod conſilium eſt mihi in ordine 32.) & eſt nunc lib. 1. conſ. 245.) & etiã in conſilio, quod incipit. Factum ſic ſe habet, quidam nomine Franciſcus condidit teſtamẽtum, &c. quod eſt mihi in ordine 45. Et ita tenet Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. Et præcipue ſunt hæc verba. Quia teſtator prædictus vſus fuit verbis generalibus, vt omnia bona ſua, &c. iuxta not. per Bar. ibi, & in l. centurio. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Et de parte d. Petri legitima debita iure natura-
6 li, † in qua nõ poteſt per fideicommiſſum gra-
b uari [b] l. quoniam, & l. omnimodo. C. de inoff. fi. teſtam. & not. in l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil. per Bar. Reſiduum uero debet reſtitui dictis executoribus pro pauperibus iuxta not. in cap. cum tibi extra de te-
7 ſtam. † Nec poteſt detrahi aliqua trebelliani-
c ca, [c] quia non poteſt detrahi de vniuerſali relicto ad pias cauſas, vt not. in auth. ſimiliter, & auth. cum teſtator. C. ad legem Falcidiam. & ff. ad trebell. l. Marcellus, in prin. per Bar. & C. de ſacro ſanct. eccleſ. per eundem in l. 1. in vltima q. quintæ quęſtionis princi. & ita conſuluit in d. conſilio, quod incipit. In Dei nomine amen. Nucciarellus &c. Et in conſilio, quod incipit. Viſo teſtamento Domine Ciæ Painerij de caſtello &c. quod in ordine. 68. (lib. 1. conſ. 6.) & idem tenet Bald. C. de epiſco. & cleri. l. ſi quis ad declinandam, in 6. notabili, & conſulendo conſuluit conſilio, Quidam nomine Nuccius habens duos filios, &c. Et in conſilio, quod incipit. Quidã nomine Beruinonus magiſtri Filitiani. Et in conſilio, quod incipit, Corradus Magiſtri Gẽtilis &c. Angelus de Peruſio in conſilio, quod incipit. In Dei nomine, & Glorioſę Virginis ſuæ matris dominam Maſciam cuiuſdam Comitis Gulielmi &c. Et ſic de primo ad ultimum conſulendo dicendum eſt dictum Petrum ſucceſſiſſe dictis ſuis fratribus mortuis in pupillari ætate. Et hęredes ipſius Petri debere reſtituere dictis executoribus teſtamenti. d. Antonij omnia bona quæ fuerunt d. Antonij, vigore ſubſtitutionis fideicommiſſarię de eis facta, & ſolummodo retinere Falci-
8 diam debitam iure naturę. d. Petro † quę eſt tertia tertię totius dictę hęreditatis Antonij,
9 vt C. de inoff. teſtam. auth. nouiſſima. † Quia cum ſit ſubſtitutio fideicommiſſaria ſcilicet pro anima, ſequitur, quod eſt relictum vniuerſale ad pias cauſas, extra de teſtam. cap. cum eſſes, & cap. relatum, & not. per gloſ. & Bar. ff. de leg. 2. l. ſi quis titio. Et quod hęreditas dicti Antonij eſſet tempore eius mortis naturalis 1200. florenorum. Iſte Petrus pro ſua legitima debet habere centum triginta tres, & vnum tertium florenorum, & totũ aliud reſiduum debet diſtribui pro fideicommiſſarijs, executoribus teſtamenti, d. Antonij.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Subſtitutio.* Guid. Papæ. q. 521. Socci. iun. conſ. 94. nu. 28. lib. 1. tu recurre ad Didac. Couar. in epito. de teſtam. cap. Rainutius. §. 9. num. 19. & per totum, & dixi infra in meo conſ. 4. nu. 1.

b *Grauari.* Fideicommiſſo reciproco poteſt. Rip. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 42. ff. de uerbor. obli. alias ſecus. Quid quando filius conſenſit. Couar. late in epito. de teſtam. cap. Rainaldus. §. 2. nu. 2. & ſeq. d. titulo.

c *Trebellianica.* Docto. in d. l. Marcellus, ubi Iaſ. nume. 20. ff. ad trebell. Abb. conſ. 59. lib. 1. Couar. d. cap. Rainaldus. §. 3. nu. 7.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet habere quartam de relictis ad pias cauſas ſiue pijs locis.*

Limita

2 *Limita non habere locum, quando relinquitur Pauperibus in genere.*

3 *Secus, quando teſtator expreſſiſſet, quòd dicta bona diſtribuerentur pauperibus cuiuſdam Hoſpitalis, vel certi loci, quia hic debetur.*

INſuper dubitatur, quia in d. teſtaméto reliquit poſt mortem d. Dominæ Bettæ ſubſtitutæ poſt mortem dictorum filiorum omnia bona ſua diſtribui pauperibus Chriſti pro anima ipſius teſtatoris per ſuos fideicommiſſarios, quos in d. teſtamento nominauit, vbi, & quã do voluerint. An epiſcopus debeat habere quartam de dicto relicto.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti Amen. Super dubio prædicto, non inſiſto, in longo ſermone, ſed veniã ad excuſſionem: Vtrum de
1 iure. Dicendũ eſt. † Quòd licet regulariter Epiſcopus debeat habere quar
a tam ª de relictis ad pias cauſas, ſiue piis locis, extra. de teſtamen. cap. requiſiſti, & cap. Offi-
2 cij. † Tamen quando relinquitur pauperibus in genere, tunc quarta nõ debetur Epiſcopo, vt not. per gloſ. & Innoc. in cap. 2. iis extra de ſepult. & de teſtam. cap. t. lib. 6. in gloſ. ſuper uer. trebellianice, & extra de conuerſione cõiugatorum, cap. dubium. ſuper uer. Pauperũ, per Io. Andreã. Et ita tenet Dominus Petrus in tract. de canoni. epiſco. in 4. cap. ibi. Quòd autem dixi non deberi canonica epiſcopalis, &c. Et ita tenuit Dominus Cardinalis Tudertinus in tract. ſuo, qui incipit. Quoniam aliquando curioſi &c. ibi rurſus non eſt ſecundũ Ioan. Andr. &c. Et ita tenuit conſulendo Do. Fridericus de Senis in conſilio, quod incipit. In nomine Domini Amen. Quod conſilium Domini Friderici de Senis diſputatum, & approbatum in Curia Rom. ſuper quarta debita Epiſcopo, &c. Et idem tenuit Dominus Bal. de Peruſio. C. de Epiſco. & cleri. l. ſi is, qui ad declinandam. in princi. ibi. Sed modo reſpõdeo ad primum &c. & in tractatu quartę, quem poſuit in d. l. ibi, uer. nunc aduertas, &c. Cum ergo in caſu noſtro non ſint diſtribuenda. d. bona pauperibus certi loci: ſed in genere quar
3 ta non debetur † ſecus ſi teſtator expreſſiſſet, quod d. bona diſtribuerentur per dictos executores pauperibus cuiuſdã hoſpitalis puta, vel alterius certi loci, quia tunc bene deberetur epiſcopo quarta, vt in dictis iuribus. Et quia iſta determinatio eſt ita clara, communis & nota de iure, quare eam non fulcio alijs rationibus.

Et ita dico & concludo, ego Andreas de Alpheriis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Quarta.* Bertachinus de epiſco. quarta, nu. 40. Didac. Couar. late in epit. de teſtam, in d. cap. cum officij, nu. 1. & ſeq.

L v d. A. l. f.

CONSILIVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non valet quando teſtes ibi deſcripti in totum contradicũt d. teſtamento, negando interfuiſſe, vel dicunt teſtatorem aliter dixiſſe, quàm ſcriptura dicat.*

2 *Teſtamentum non valet, quando neptis eſt præterita.*

3 *Prꝫteritio auię Maternæ habetur pro exhæredatione, & ſi fiat ſine cauſa reddit teſtamentum nullum.*

4 *Neptis ſuccedit viuo auo, quãdo mater eſt ſubducta de medio, quæ primum locũ tenebat, & ipſa inſtitui debet de veritate. num. ſeq.*

5 *Neptis, quando venit ad ſucceſſionem ab inteſtato ex voluntate prꝫfertur auię.*

6 *Ius accreſcendi eſt vetitum per dationem ſubſtituti.*

7 *Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

8 *Legata conſeruantur, licet teſtamentum ob præteritionem rumpatur.*

9 *Arbitri debent cognoſcere, procedere & terminare, vt boni viri, & attendere potius veritatem, æquitatem, quam iuris rigorem, & ſolemnitatem iudicialem.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. Super teſtamentis, quę dicũtur, factis per Antonium Dominici de Caſtro Siroli, non inſiſtam in ſermone multum. Quia hic reperiuntur duo teſtamenta ipſius Antonij, ſcilicet vnum factum anno Domini 1410. Die ſecunda menſis Septembris, in quo inter cętera inſtituit Dominam Magiorettam eius uxorem: & Dominam Marutiam filiam d. teſtatoris ſub conditione, quòd ſi ipſa deceſſerit ſine filiis, aut cum filiis non peruenientibus ad ætatem legitimam, voluit d. teſtator,

ſtator, quod tunc eius pars perueniat ad Do-
minam Magiorettam. Et in ſimul ſubſtituit d.
Magiorettę. Et ſi omnes dictæ inſtitutæ dece
derent ſine filiis, aut cum filiis non perueniē-
tibus ad ætatem legitimam, voluit, quòd d. bo-
na ſua diſtribuantur pauperibus Chriſti, per
ſuum fideicommiſſarium, pro anima ſua, &
aliorum ſuorum defunctorum. Vltimum ve-
ro teſtamentum, quòd dicitur factum die octa
ua d. menſis non valet, immo falſum reputa-
1 tur. † Quia teſtes ibi deſcripti in totum con-
tradicūt d. teſtamento, & negant ſe inter fuiſ-
ſe d. teſtamento, & dicunt ſe in aliquo ex ejs
interfuiſſe in d. loco, ſed quod d. teſtator nō
dixit ea, quę in dicta ſcriptura continentur,
& ſic non valet extra de fide inſtrum. cap cum
Ioannes, de probat. cap. tertio loco, & not. ff.
quemadmodum teſt. aper. l. 1. §. ſi quis neget
per Bart. Videamus ergo ſolum de primo fa-
cto, vt ſupra. Contingit poſtea, quòd poſt d.
teſtamentum factum die 2. Septembris deceſ-
ſit dicta Domina Marutia filia d. Antonij ſu-
perſtite d. Antonio: ſuperſtite Nandola filia
legitima; & naturali d. Dominæ Marutiæ &
Neptæ d. Antonij. Demum moritur d. Anto
2 nius. Quæritur, an d. teſtamentum valeat. †
Et ſuper hoc videtur, quòd cum d. Mandola
Neptis reperiatur ſe, præteritam teſtamentū
non valeat. l. maximum vitiū. C. de liber. prę-
3 teri. † Quia præteritio auiæ maternæ habetur
pro exhæredatione, & ſi fit ſine cauſa, red-
a dit teſtamentum nullum [a] per auth. ex cauſa.
C. de liber. præteri. & not. plene, in l. filio præ
4 terito. ff. de iniuſt. rup. irri. teſtam. per Bart. †
Cum ergo iſta Neptis ſuccedit viuo Auo, ſci-
licet d. Antonio in primum locum. Quia eius
mater & filia d. Antonij per mortem eſt ſub-
ducta de medio viuo d. Anto. ipſa debebat in
ſtitui licet cum ea exhæredati, non autem ſi-
5 ne cauſa ſilentio præterire, vt dictis iuribus. †
In cōtrarium videtur, quod iſta neptis veniat
b ad d. dimidiam ex voluntate Aui [b] lex eſt in l.
Lutius. ff. de hęredi. inſtitu. & ibi per Bart. l.
cum in teſtamentis in princ. eod. tit. pro hoc.
l. ſi quis cum. §. 1. ff. de vulg. & pupil. & ibi per
Bar. & in l. cohęredi. §. fin. ff. eod. tit. Et hoc te-
net Bald. tamquā humanior opinio. C. de cō-
6 dition. inſer. l. cum teſtatorem in q. . . †
Cum ergo iſta Neptis veniat ex volūtate de-
functi ſcilicet Aui præfertur d. Magiorettæ,
per l. ſi quis ita. ff. de hæredi. inſtitu. Cum ergo
iſta Neptis veniat, vt dixi, ab inteſtato ex vo-
7 luntate defuncti. † Remanet, quod cum te-
ſtator non poſſit decedere pro parte teſtatus
c & pro parte inteſtatus. [c] ff. de reg. iur. l. ius no
ſtrum. Remanet quod totum reducitur in cau
ſam inteſtati, vt l. quotiens. §. ſi duo. ff. de hę-
8 redi. inſtitu. † Cum hic per dationem ſubſti-
tuti vetitum eſt ius accreſcendi. l. fin. ff. de in-
iuſt. irri. teſta. & pręcipue ſub hac voce pro-
pter clauſulam codicillarē poſitam ibi. Vt cū
dixit: ſi non valet iure directo, &c. Conclu-
derem ergo, quòd d. teſtamentum reducatur
in cauſam inteſtati, & cum iſta neptis eſt pro-
ximior, ipſa ſuccedit in totum, licet fatendū
eſt, quòd vigore clauſulę codicillaris relicta
in teſtamento debentur ab ea. Et quia de iſta
clauſula iura ſunt vulgaria alterius in earum
9 allegationibus non inſiſto. † Et quia etiamſi
diceretur iſtud teſtamentum rumpi præteri-
tione d. Mandoli Neptis, d. Antonij, legata
d & alia conſeruarentur [d] per auth. ex cauſa. C.
de liber. præteri. Et etiam illa clauſula codi-
10 cillaris, vt ibi not. † Concludo quòd cum d.
Arbitri, & arbitratores habeant procedere,
cognoſcere, & terminare, vt boni uiri, debēt
attendere potius veritatem, æquitatem, & fa-
uorem quemadmodum agendi ſtatumq. iuris
rigorem, & ſolemnitatem iudicialem, quod
per eorum ſententiam & laudū pronuncient
d. Mandolam neptem d. Antonij hæredem d.
Antonij ab inteſtato, & ipſam Mandolā de-
bere ſoluere d. legata in d. teſtamento contē-
ta, & etiam debere dare d. Magiorettę dimi-
diam d. hæreditatis. Et hoc vigore clauſula
codicillaris.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt dico & conſu-
lo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Nullum.* Nicol. Bello. lib. 4. ſupput. iur. in cap. 20. Iaſ. in l. ſuis nu. 65. ff. de libe. & poſth.

b *Aui.* Bar. & Socci. in l. nec Auus. ff. de cond. & demonſtra. late Dida. Couar. in epit. de teſtam. cap. Rainutius. §. 3. num. 2. & ſeq. d. tit.

c *Inteſtatus.* Fulgo. conſ. 29. Barbat. conſil. 9. col. 6. Alexā. conſ. 4. 105. 113. Iaſ. conſ. 196. lib. 2. Deci. conſ. 448. Socci. in tract. Fallen. reg. 400. teſtatus.

d *Conſeruarentur.* Iaſ. in l. gallus. §. fin. nu. 4. ff. de poſthum.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Filij maſculi & fœminę ęqualiter ſuccedunt matri decedenti ab inteſtato.*

Statu-

2 *Statutum excludens filias dotatas à ſucceſſione, quando habeat locum, & è contra vſque ad numerum 6.*

3 *Qualitas adiuncta verbo vel participio debet intelligi ſecundum tempus verbi, vel participij.*

4 *Suus hæres ad hoc vt quis dici poſſit quę requirãtur.*

5 *Proximus ad hoc vt quis ſit requiritur proximitas tẽpore, quo ſucceſsio defertur.*

6 *Filia nupta & dotata à patre, ſuccedit fratri vna cũ patrę, & num. ſeq.*

7 *Pater ſuccedit filio in virilem portionem vna cũ alijs fratribus defuncti, & num. ſeq.*

8 *Pater non habet vſumfructum in portione tãgente alteri fratre, quando ſuccedit vna cum ipſo, & nu. 14.*

9 *Statutum prohibens filiam dotatam ſuccedere fratribus exiſtentibus alijs fratribus, factum eſt cauſa cõſeruandę agnationis.*

10 *Statutum excludens filias dotatas à ſucceſsione fratris & ſororis an dicatur excludere etiam neptem. i. filium. d. Filiæ dotatę cum multis ſeq.*

11 *Statutum excludens filias dotatas à ſucceſſione eſt odioſum.*

12 *Correctio legis etiam ex identitate rationis induci non debet.*

13 *Neptis de iure communi ſuccedit vna cũ Auo Auunculo ſeu vna cum alijs auunculis.*

14 *Neptis an poſsit donari patri ſuo, cum ſeq.*

15 *Pater non poteſt interponere auctoritatem, vel licentiam filiæ donanti ſibi & ſeq.*

16 *Filius donare non poteſt patri, d. numero cum multis ſequen.*

17 *Iuramentum filiæ donanti Patri nihil operatur.*

18 *Minor pubes, poteſt quemlibet contractum, vel diſtractum facere, & donare iurando ad ſancta Dei Euangelia non venire contra.*

19 *Auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduer. vindi. habet locum etiam in donatione.*

20 *Minor non poteſt donare rem in qua pater habet vſumfructum.*

21 *Ratio reddi non poteſt, quare filius non poſſit donari patri, ſicut alijs cũ eadem ſolemnitate.*

22 *Filius patre conſentiente donare poteſt.*

23 *Filia ſponte poteſt renunciare patri omnibus bonis paternis & maternis, & confiteri ſe plene ſatisfactã in dote. Et quibus verbis excludatur ipſa omnino à ſucceſſione vel à petitione alicuius rei uſque in fin. Et coram quo d. contractus ſiue renunciatio fieri debeat. ibidem.*

24 *Contractus celebratus coram iudice, & amicis cenſetur carere dolo & metu.*

25 *Iudex quando interponit decretum in aliquo contractu, quibus verbis debeat vti.*

26 *Donatio vltra quingentos aureos debet inſinuari.*

72 *Inſinuatio quomodo fieri debeat.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In quæſtione prædicta viſo d. pacto & ſtatuto cõmunis Chiãciani dicendum eſt indubitãter,
1 † quod Dominæ Catherinæ defunctę ab inteſtato, omnes d. filij & filiæ ſucceſſerunt eorũ matri viriliter, & æqualiter, licet ſint aliquę fœminę. l. maximum vitium. C. de liber. præteri. Inſti. de Senatus cõſ. orefici. in princ. in auth. de hæredi. quæ ab in
2 teſt. §. 1. colla. 9. cum ſimil. † Non obſtat ſtatutum communis Chianciani, quod excludit filias dotatas, &c. quia eſt correctum, vt infra dicemus, ſed poſito, quod non eſſet correctũ, tamen non habet locum in caſu noſtro, quia dictum ſtatutum loquitur de illa muliere, quę eſt dotata tempore, quo vocatur ad ſucceſſionem, & ſic tempore mortis illius, de cuius ſuc
a ceſſione [a] tractatur. † Quia qualitas iuncta ver
3 bo vel participio requiritur ad eſſe. Et debet intelligi ſecundum tempus verbi, vel participij. ff. de noxali. l. in delictis. §. ſi extraneus, &
4 de teſtam. mili. l. tribus. † Hinc patet ad ſenſum, ſuus vocatur ad ſucceſſionem patris ab inteſtato qui requiritur ſuus tempore, quo pater patrem deceſſiſſe inteſtatum, hoc eſt vel tempore mortis, quando nullum fecit teſtamentum, vel tempore, quo teſtamentum deſtrueretur, quando teſtamentum irritatur. Adeo quòd ſi tunc non ineſt d. qualitas, quia tunc ſucceſſio defertur, talis non vocaretur, vt ſuus licet poſtea conciperetur. Inſtit. de hæredi. quę ab inteſt. defer. §. cum autem, & not. ff. de in ius. irri. teſtam. l. ſi quis filio exhęredato in princ. per Bar. ff. de lib. & poſth. l. ſi
5 quis poſthumus. §. ſi filium in fin. per Bar. † ſimiliter dici debet de proximo, vt requiratur iſta proximitas tempore, quo ſucceſſio defertur. ff. de ſuis & legiti. l. 1. §. fi. Sic & iſta ęqualitas, quæ repellit eam à ſucceſſione, ſcilicet, quod ſit dotata. Debet intelligi, quod ſit dotata tempore quo ſucceſſio defertur: ſcilicet tẽpore mortis Dominę Catherinæ ſuæ matris, quę qualitas tunc non aderat, licet poſtea ſuperueniat, non nocet ei. ff. vnde libe. l. fi. cum ſimil. Reſtat ergo clarum de iure quod d. ſtatutum non obſtat, pariter omnes filij, & filię d. Dominæ Catherinæ eidem pariter ſuccedunt. Nunc ſupereſt videre de ſucceſſione fra
6 trum, & ſororum. † Videlicet an iſta filia nupta, & dotata à Patre ſuccedat fratribus ſuis. Et videtur de iure communi non eſſe dubiũ,
7 quod iſta filia ſuccederet & etiã pater. Quia †
b de iure communi pater [b] ſuccedit filio, & in virilem portionem vna cum fratribus defuncti, quia pater dinumeratur inter ipſos, vt. C. ad Trebelliã. auth. & cum ſolis & in corpore, vnde ſumitur, ſcilicet in auth. de hęredi. quæ ab inteſt. §. ſi quę in ſuo defunctus, verſ. Si ve
8 ro, colũ. 9. † Et tunc non habet pater vſufructum

ctum in portione contingente alteri fratri,
quia pater habet illam ſuam virilem portio-
nem, & recompenſationem vſufructus, quẽ
aliàs pater debet habere in bonis auctis fi-
9 lio. † Sed dubium eſt hic propter ſtatutum,
quod prohibet filiam dotatam ſuccedere fra-
tribus exiſtentibus aliis fratribus, quod ſtatu
tum eſt factum cauſa conſeruandæ agnatio-
c nis,[c] vt not. per Cin. in l. 1. C ad legem Iuliam
de adulter. & not. in l. 3. §. videndum. ff. ad ter-
tullianum per Bar. pro hoc tex. in l. 1. verſ. pu
10 blice inter ſit. ff. de uentre inſpiciendo. † In
hoc dicendum eſt attento d. ſtatuto, d. filiam
dotatam non ſuccedere fratribus ſuis nec ſo-
roribus, ſed filia illius filiæ dotatæ ſcilicet ne-
ptis d. Iacobi bene ſuccedit auunculis ſuis de-
ſunctis poſt mortem matris ſuę, ſcilicet d. filię
dotatæ. Et hoc ſine dubio, quia ſecundũ for-
mam d. ſtatuti ſolum filia dotata excluditur à
ſucceſſione patris, & patrum. De Nepte, ſci-
licet filia d. filiæ d. ſtatutum nihil dicit, ergo re
d manet in diſpoſitione iuris communis.[d] † Præ
11 cipue cum dictum ſtatutum ſit odioſum.[e] l.
e cum quidam. ff. de lib. & poſth. & l. gallus. §. &
quid ſi tantum, eod. tit. l. ſi extraneus. ff. de cõ-
ditio. ob cauſam. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. mat.
Quod enim non mutatur quare ſtare prohi-
betur. l. ſancimus. ff. de teſtam. l. precibus. C.
12 de appellatio. † Nec ex identitate rationis de-
f bet induci correctio legis.[f] C. de ſacroſan. ec-
cleſ. auth. quas actiones, facit quod not. in ca
13 pit. cum dilectus, extra de conſuetud. in glo. †
Sed de iure communi talis neptis ſuccedit ho
die vna cum Auo Auunculo ſuo, ſcilicet fra-
tre matris ſuæ, vna cum aliis auunculis, ut in
auth. vt filij fratrum, in prin. colum. 9. & hoc
tenet gloſ. in d. auth. de hæredi. ab inteſt. §. hu-
iuſmodi, colum. 9. Et vt ponamus in exẽplo,
ſcilicet, quæ pars ſiue quanta eſt pars iſtius
neptis. Dicamus, quòd dos d. Dominæ Cathe
rinæ fuerit quingentorum florenorum, quili-
bet ex ſuis filijs habeat centum, tam fœminæ,
quam maſculi, quia tempore mortis d. Domi
næ Catherinæ nulla eſt dotata, & ſic nulla à
ſtatuto excluditur, vt ſupra probaui. Poſtea
moritur vnus filius, & ſic ei ſuperſunt duo fra
tres, & vna ſoror non dotata, illa dotata exclu
ditur vigore ſtatuti à ſucceſsione ſui fratris,
cum quibus tribus ſcilicet duobus fratribus
& vna ſorore vocatur d. Iacobus ad ſucceſsio
nem filij. Et ſic de portione iſtius filij primo
decedentis debent fieri quatuor partes, ſcili-
cet vna d. patri, & tres fratribus & ſorori. Et
ſic d. Iacobo ueniunt in partem 25. florenorũ.
Demum moritur alia filia non dotata ſuper-
ſtitibus duobus fratribus, ad cuius ſucceſsio-
nem uenit d. Iacobus vna cũ dictis ſuis filiis,
& ſic de portione ipſius filiæ fierent tres par-
tes, & vna obuenit d. Iacobo, & duæ dictis fra-
tribus. Et ſic tertiæ portionis. d. filiæ quæ erat
125. florenorum eſt 41. & duo tertij alterius
floreni. Nam filia dotata vt ſupradictũ eſt, nõ
vocatur ad d. ſucceſsionem. Demum moritur
poſt mortem d. filiæ dotatæ alius filius maſcu
lus ſuperſtite fratre & patre & nepte, ſcilicet
filia dictę filiæ dotatæ, & ſic hæreditas iſtius
filij penultimi decedẽtis debet diuidi in tres
partes, ſcilicet vna tertia patri, alia fratri, alia
nepti. Et ſic hęreditas quæ eſt 116. & duo ter-
tij diuiditur in tres pattes. Vna tertia datur Pa
tri, ſcilicet 55. & vnum tertium alterius flore-
ni. Demum moritur alius filius ſuperſtite d.
Iacobo eius patre & dicta eius nepte, & ſic
hęreditas iſtius filij vltimo morientis, quę eſt
222. florenorum, debet diuidi in duas partes,
Et vna pars ſcilicet 111. florenorum pertinet
ad d. Iacobum patrem, & ſic ſi bene compu-
tes ad d. patrem pertinent vigore dictarũ ſuc-
ceſsionum de dotibus d. Dominę Catherinę.
233. florenorum & duo tertij. Reſiduum ve-
14 ro eſt dictę neptis, ſaluo iure calculi. † Et at-
tẽdatis bene hic quia d. Pater non habet vſum
g fructum[g] de portione tangente d. neptę, niſi
in ſolum de centum florenis, qui obuenerũt
in partem d. filię, quę poſtea nupſit, in aliis
autem non debet habere vſumfructum, quia
ſuum virilem habet in recompẽſatione vſuſ-
fructus, vt in diſt. auth. de hęred. ab inteſt. de-
ferun. §. ſi uero cum ad ſuccedẽtibus poſtea.
15 C. de bonis liber. auth. item ſi hęreditas. † Su-
per ſecundo dubio an d. neptis poſsit donare
patri ſuo. Dicó quod hoc dubiũ ſtat per not.
16 in gloſ. ff. de auctor. tuto. l. 1. & ibi Bart. † Vi-
detur tenere, quod pater non poſsit interpo-
h nere authoritatem[h] vel licentiam filio donã-
ti ſibi pro hoc gloſ. in clem. ſi. de rebus eccleſ.
17 non alienan. † Adeo quod etiam iuramentũ
talis filiis nihil operatur ſecundum glo. in tit.
de pace iuramen. firm. ſeruumque. §. item ſa-
cramenta, ſed Dominus Bald. tenet contra-
rium in l. ſi quando. §. illud. C. de inoſ. teſtam.
& C. de collat. l. pactum. in 21. quęſt. Videte
quęſtio noſtra non eſt iſta, quia ibi loquitur
in caſu, vbi requiritur ex forma ſtatuti, vel iu
ris canonici authoritas vel licentia. Et etiam
illa gloſ. in §. item ſacramenta . . . .
Nos uero ſumus in caſu, vbi talis ſolemnitas
18 non requiritur. Vnde † cum minor pubes
poſsit

poſſit quemlibet contractum, & diſtractum
i facere,& donare [i] iurãdo ad ſacro ſancta Euã
gelia non venire contra ratione minoris ętatis,&c. vt C. ſi aduer.vendi. auth.ſacramenta
19 puberum. † quæ habet locum etiam in donatione, quod repugnat quod ſi poteſt donare
k aliis,non poteſt Patri [k] cum eadem ſolemni-
20 tate. † Non dico, quòd minor poſſit donare
aliis rem, in qua pater habet vſumfructum l.
cum non ſolum. §. filiis autem.C. de bonis
21 quę lib.† Sed ipſi Patri,vt dicit Dominus Bal.
22 non eſt dare rarionem, quare non poſſit, †
quia poſſet donare aliis patre non conſentiẽte.arg.eius quod not.in auth.de empti.§. hinc
nos colla.4 in fin. in eodem text. tutius tamẽ
eſſet, vt ſaluetur vtraque opinio, quod dona-
23 ret alteri conſentiente Patre. † Super ſecun-
l do [l] etiam dicendum eſt, quòd talis filia poteſt ſponte renunciare Patri de omnibus bonis paternis, & maternis, & conſiteri ſe eſſe plene ſatisfactam in dote, ſibi & pro ea data ſuo viro, vt not.in d.l.pactum.C.de collat. Et de dicta dote vocet ſe tacitam & contentã, & iuret ad ſacroſancta Dei Euangelia, corporaliter manu tactis ſcripturis vnquam aliquo tẽpore ſe nullum ad bona patris & matris habere regreſſum, & plus aliquid aliqua ratione vel cauſa non petere in dictis bonis, & hæreditate dicti ſui patris,nec ſuę matris,& ſufficit, vt cap.2.de pact.lib.6. Et etiam contra prædicta non venire ratione minoris ætatis,nec aliqua alia ratione, vel cauſa. vt not.in d. auth. ſacramenta puberum. Et fiat talis contractus
m coram Iudice, [m] vt l. 1. C. de prædiis decurio. lib. 10.& C.de prædi.min.l.ſi quidem cum ſimi. Et etiam conſanguineis,& amicis puellæ
24 intrauenientibus. † Et ſic excluditur omnis
n præſumptio metus,& doli, & deceptionis. [n]
C.tranſa.l.tranſactionem, quæ. Et quod not.
25 in l. non eſt veriſimile.ff.quod metus cauſa.†
Et ita iſtis pactis Iudex ſedens pro tribunali auditis & intellectis omnibus prædictis,ſciẽs, & ſcienter ſuam & communem interponat
o auctoritatem & decretum. [o] †Et ſi prædicta va
26 lerent vltra 500.Florenorum quæ donantur, etiam remittuntur per d.filiam d. Patri debet
p fieri inſinuatio. [p] † Ita quòd tũc factis prędictis
27 dicatur, quod talis Pater talis contractus, & quilibet eorum inſinuat d. Domino Iudici. Et coram eodem Iudice præſente, audiente, & intelligente. Et in actis Curiæ d. Domini Iudicis in iudicio ſciebatur. Et tunc ſimpliciter Dom. Iudex ſciens d. inſinuationem coram eo in iudicio, & in actis legitime factam dictis contrahentibus, & inſinuationi ſuam & communis interponat authoritatem & Decretum.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo ego Andreas de Alferiis, &c.

ANNOTATIONES.

a *Qualitas*. Nicol.Bello.conſ.3.nu. 5.

b *Pater*. Didac. Couar. in epith. de ſucceſs. ab inteſta. Bello. conſ.78.& 31. Petrus Duenas,lib. 1. reg.utr.iur.reg.364. Filio inteſtato.

c *Agnationis*. An ſit conforme iure diuino. Silua nupti.lib.1.nu. 169.

d *Communis*. Quia caſus ommiſſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis. Nico.Bello. lib.4.ſupput.iur. cap.19.nu.12.& conſ.13.nu.6. & conſ.29. nu.5.& conſ.27.num. 8. Areti.§.ius autem, num.22. inſti. de iure naturali.

e *Odioſum*. Andr. Tiraq. in tractat. de nob. & primog. quæſt. 55. & ſeq.

f *Legis*. Hiero. Cagno. in l.quod contra. ff. de reg. iur. Franc. Rip.reſponſ.4.nu.16.tit.de conſuet. & ſtatu.& in l.1.nu.143. ff.de vulg.& pupil.& in l.ſi conſtante,num.57. ff.ſol.mat.infra conſ.27. num.22.

g *Vſumfructum*. Arius Pinel. in repet.l.1. in 1. par nu.31.C.de bonis maternis.

h *Authoritatem*. Limita, vt per Socci. in trac. fallẽ. reg 35.authorari. Coraſ. lib.6.miſcel.cap.15.Bello, lib.10.ſupput.iur.cap.15.

i *Donare*. Deci. conſ.181.& 31.nu.3. Villahobos in tract. commu. opi. in litera M. in uer. minores, nu.99. Deci. conſ.202.col.2. Bello, conſ.4.col. 2.nu.2.Socci.in tract.fallen.reg.104.

k *Patri*. Late Petr. Duen. in lib. 1. regularum vtri. iur.reg.223. donatio facta. Paris. conſ.16.num. 26.lib.2.

l *L. ſuper ſecundo*. Late uide in hac materia.Couar. in relectio. cap.quamuis de pactis in 6. ad quem ſemper recurras. Duenas. lib.1.reg.utr.iur. reg. 130. Capitulum. Vbi pleniſsime cumulatur.

m *Iudice*. Idem operatur præſentia honeſtorum uirorum. Cepol.conſ.24.

n *Deceptionis*. Marſi. ſing.417. Quod intellige niſi ageretur de commodo eorum, ſed alterius tertij. Bar.in l. dubium. in fin. C.de donat.& l.uiduæ, de nupti. Alcia.in tract.de præſumption. regu.1. præſumpt.21.Tiraq.in tracta.de pœnis cauſa 22. num.50.

o *Decretum*. Et iſta confirmatio ſuperioris ſupplet defectum formæ ſolemnitatis, & alios defectus ſecundum Bald.in l.fin.ff. de teſtam.tuto.& Hyppol.ſing.79.

p *Inſinuatio*. Paris. conſ.25.nu.53.& conſ.69. nu. 93.l.3.Socc. iun. conſ. 69. nu.37.& conſ. 37. & conſ.72.nu.55.lib.1.Ruin.conſ.159. nu 6.& 15. lib.4.Duen.late in d.lib.1. reg.utr. iur.reg. 224. Donatio excedens.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator relinquens liberationem debitoribus ſuis, an extendatur ad contractum initum poſt teſtamentũ.*
2 *Legatum non poteſt referri ad debitum ſiue contractũ initum principaliter poſt teſtamentum.*
3 *Mens teſtatoris ſemper eſt tuenda.*
4 *Socius an teneatur ad reſtitutionem ſortis principalis, quando periyt.*

BArtholomæus Cibidi de Plũbino condidit teſtamentũ, in quo inter cætera reliquit hoc modo, videlicet. Item dico & giudico che qualũque perſona me haueſſe à dare alcuna quantità di denari cõ charta ò ſenza debbia pagare il capitale tanto. Poſtea tractu plurium annorum contraxit ſocietatem cum Bernabeo Silueſtri de Plumbino d. Bartholomæus & poſuit in dicta ſocietate 300. floren. cum pacto, quòd lucrum deberet diuidi in tres partes, & duæ partes eſſent d. Bernabei, & tertia pars eſſet d. Bartholomæi. Et ita calculauerunt ratione finita ſocietate. Et demum eam reformauerunt. Et tractu temporis, d. Bartholomæus deceſsit relicto dicto teſtamento. Nunc hæredes d. Bartholomæi petunt à d. Barnabeo d. 300. floren. & ſuum tertium lucri. Ipſe Bernabeus dicit ſe non teneri niſi ad reſtitutionem trecentorum florenorum vigore d. teſtamenti. Nunc quæritur quid iuris.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. Viſo dicto puncto.
1 † Dicendũ eſt ſine dubio tale legatum ſiue relictum non extendi ad contractum ſocietatis ini-
a tum poſt factum teſtamentum[a] tex. eſt. ff. de liber. leg. l. Aurelius. §. teſtamento, & §. titius. & l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. l. nomen. §. filio, pro hoc l. vxori. §. 1. eod. tit. probo. l. ſi ita ſcripſiſſet, in gloſ. ff. de leg. 2. & iſta eſt veritas ſecũdum plene notata per in l. ſi ita. ff. de aur. &
2 argen. leg. per Bar. † Cum enim iſtud debitũ ſiue contractus fuit principaliter initus poſt factum teſtamentum, & nullam dependentiam habeat ab aliquo dicto, per d. Barnabeũ d. Bartholomæo ante dictum teſtamentum. Nec poteſt tale legatum referri ad tale debitum. Hoc dico per text. l. fin. §. caro. ff. de lib.
3 leg. † Vnde attenta mente teſtatoris, quæ ſem-
b per eſt tuenda.[b] ff. de condit. & demonſtr. l. in conditionibus in princ. fuit mens teſtatoris relinquere liberationem debitoribus de debitis vſurarum ſiue pœnæ, ſcilicèt quia dixit reſtituendo capitale, &c. At in caſu noſtro poſſet eſſe caſus, quòd ſi intelligeretur tale legatum trahi ad d. contractum ſocietatis eſt damnoſum legatario. Puta ſi dicta pecunia poſita in dicta ſocietate periiſſet, ſequeretur, quod d. Barnabeus teneretur ad reſtitutionẽ dictorum trecentorum florenorum prædictorum
4 rum in d. ſocietate. † Quod ab omnibus iuris Doctoribus non approbatur, vt not. in l. 1. ff. pro ſocio. Ita quod non inſiſtendo in ſermone attentis primis iuribus, vbi meo iudicio eſt caſus, ſine prolixiori diſputatione dicendum eſt, dictos hæredes petere poſſe dictos 300. florenos, & petere lucri contingentem, d. legato non obſtante.

Et ita dico & concludo, ego Andreas de Alferiis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Teſtamentum.* Quia diſpoſitio quęlibet refertur ad tempus præſens. Nicol. Bello. conſ. 5. & 6. Couar. lib. 1. practicarum quęſtionum cap. 2. num. 1. & ſequen.

b *Tuenda.* Bald. in l. ſi pater filium. C. de inſtitu. & ſubſtitut. in 4. opuſc.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio, quæ valuit iure directo, ſcilicet intra tempus pupillaris ætatis non obliquatur, & ſic valet iure fideicommiſſariæ ſubſtitutionis.*
2 *Adiectio liberorum facit obliquari ſignificatum verbi directi.*
3 *Cap. Si pater, de teſtam. in 6. & cap. Raimutius, extra eod. tit. in quo caſu loquatur.*
4 *Inueſtigare debemus, vt voluntates defunctorum habeant effectum.*

Verba

5 *Verba ciuilia obliquantur, quando teſtator dixit: ſi filius meus deceſſerit quandocunque talis ſit hæres mihi: ſecus ſi dixit, ſit filio meo.*
6 *Teſtator dicendo, vt ſupra, ſcilicet ſit mihi hæres, videtur ſibi ipſi ſubſtituere.*
7 *Defuncto ſucceditur per ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*
8 *Clauſula quæ ſolet apponi in teſtamentis. Videlicet, quam ſubſtitutionem voluit valere pupillariter, vulgariter, & per fideicommiſſum, quid importet, & infra nu. 13.*
9 *Contrahentes poſſunt facere, vt ſignificatum verbi poſitum in contractu extendatur & reſtringatur vltra ſuum ſignificatum. Amplia & in teſtatore.*
10 *Argumentum bonum eſt de contractu ad teſtamentum.*
11 *Teſtatorem non poteſt facere quin leges habeant locũ in ſuo teſtamento, intellige vt ibi.*
L. Nemo poteſt. ff. de leg. 1. quo ſit intelligẽda dicto nu.
12 *Voluntas teſtatoris debet ſeruari, quando de ea poteſt apparere.*
13 *Interpretatio in teſtamentis debet fieri larga & benignior.*
14 *Tacita vulgaris ineſt pupillari.*
15 *An patruus vtrinque coniunctus preferatur patruo coniuncto ex vno latere tantum in ſucceſſione nepotis filij fratris premortui, vtrinque coniuncto cum multis ſeq.*
16 *Differentia ſexus hodie non eſt in ſucceſsione.*
17 *Auth. ceſſante, & auth. ſeq. C. de legit. hæredi. in quo caſu loquatur.*
18 *Bar. Vir lucidus, famoſus, & legum vertex.*
19 *Succeſsiones ab inteſtato, ſunt viciſſitudinaria, & nume. 22.*
20 *Filius fratris mei mihi vtrinq; coniunctus præfertur in mea ſucceſſione fratris mei, mihi ex vno latere tantum.*
21 *§. huiuſmodi. in auth. de hæredi. ab inteſt. ueni. in quo caſu loquatur.*
22 *Correctio legis eſt euitanda.*
Quid quando correctio legum venit per regulam legis antiqua contra nouam. d. nu.
23 *Subſtitutus ex pupillari directa ſuccedit in puberibus decedentibus.*
24 *Honoratus & grauatus, ſcilicet onere fideicommiſſi tenetur reſtituere portionem ſibi tangentem.*
25 *Grauatus reſtituere hereditatem, an detrahat trebellianicam ante reſtitutionem.*
26 *Teſtator poteſt prohibere detractionem trebellianica.*
27 *Hæreditas debet diuidi in 12. vncias.*
Quæ pars debet remanere penes illum, qui reſtituere tenetur in caſu prædicto, vſque in finem.
28 *Leges ciuiles quæ iubent dotes conferre, & donationes propter nuptias, & aliquando ſimplices donationes. Loquuntur vbi tractatur de ſucceſſione fienda aſcendentibus per deſcendentes.*
29 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
30 *Ridiculum eſt petere rem ſine fomento legis.*

FActum ſic ſe habet. Quidam Petrus Ioannes de Scarlino ſuum condidit teſtamentũ, in quo inter cetera ſic continetur poſt certa legata. In omnibus aliis meis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, & nominibus tam præſentibus, quã futuris Clementiam & Catharinã filias meas mihi vniuerſales hæredes inſtituo & eſſe uolo ęquali portione. Et volo & iudico, & mando, quòd ſi aliqua ex dictis meis filiabus moritur ab inteſtato, vel ſine filiis legitimis & naturalibus, vel ſine filio vel filia legitima & naturali, quòd vna moriatur alteri, & altera alteri in ſuccedendo in hæreditate. Et ſi omnes filiæ meæ moterentur, vt ſupra iudico, volo, & mãdo, quòd tertia pars omnium bonorum meæ hæreditatis, poſt mortem dictæ D. Geneueræ matris meæ detur & expendatur in diſtributionem per infraſcriptos meos fideicommiſſarios illis pauperibus & miſerabilibus perſonis & locis de Scarlino, quibus meis fideicommiſſariis videbitur, & placuerint ad ſalutem animæ meæ, meorumq; parentum contratietate aliqua non obſtante. Et iudico in caſu prædicto ſi d. filiæ meæ decederẽt vt ſupra Dominæ Minæ ſorori meæ & filiæ Domini Ioannis patris mei, & vxori Domini Iannelli de Scarliño librarum quinquaginta, de bonis meis iure inſtitutionis. Et de prædictis libris quinquaginta ipſam Dominam Minam in caſu prædicto mihi hæredem inſtituo & eſſe volo, & iubeo ipſam eſſe contentam. In omnibus autem aliis meis bonis mobilibus & immobilibus, & iuribus, & actionibus, & nominibus. Si dictæ filiæ meæ decęderẽt vt ſupra, & poſt horum d. Domi-

ni Geneuerę uixerit, dictas meas filias mihi hæredes inſtituo, & eſſe volo Dominam Lucretiam ſororem meam & vxorem Nicole Guci de Plumbino. Demum moritur d. teſtator ſuperuiuētibus. dd. filiabus pupillis, & Domina Geneuera matre d. teſtatoris, & Domina Gilia vxore. d. teſtatoris, & matre. dd. filiarum, & d. Domina Mina ſorore conſanguinea tantum d. teſtatoris, & d. Domina Lucretia ſorore vtrinque coniuncta d. teſtatoris. Demum moritur d. Clementia in pupillari ætate ſuperſtite d. Domina Catherina in pubertate ſcilicet in ætate quindecim annorum huic ſuperſtite d. Domina Gilia eius matre & d. Domina Lucretia, & Domina Mina eius Amita. Modo quæritur viſo d. teſtamento ad quem hæreditas dictarum Clemētiæ & Catherinæ pertineat. Viſo etiam ſtatuto Caſtri Scarlini infraſcripti tenoris. Statuerunt & ordinauerunt ſtatuendo in ſcriptis conſtituari, & approbatores conſtituti communis Scarlini pro vtilitate hominum & perſonarum d. terrę ne & conſanguinei defuncti damni facerent in totum, quod ſi quis vir præmoriatur vxori ſuæ ab inteſtato relictis poſt ſe Filiis vel Filiabus, & ſi de eius muliere thorum d. ſui viri cuſtodierit, & filios vel filias educauerit, ſi accederet dictos filios vel filias decedere ſine teſtamento, quòd ipſa mater agere vel petere non poſſit niſi quæ dicatur ſua iura dotalia & Parafrenaria, ſed hæreditas dictorum filiorū perueniat & peruenire debeat ad propinquiores conſanguineos dictorum Filiorum ex latere paterno, non obſtante aliqua conſuetudine, lege vel ſtatuto d. communis Scarlini, ſiue aliqua alia conſuetudine, vel conſilio.

1 IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. † In quęſtione prædicta principaliter eſt videndum, quæ ſubſtitutio fuerit iſta, quia dixit, & volo, & mādo, quòd ſi aliqua ex dictis filiabus meis moritur ab inteſtato, vel ſine filijs legitimis & naturalibus, &c. quòd vna moriatur alteri, & altera alteri in ſuccedendo in hæreditate, &c. Et ſubdit, & ſi omnes filię meæ moriantur, vt ſupra indico, volo & mando, &c. Sequitur, & in omnibus autē bonis mobilibus, & immobilibus, &c. mihi hæredem inſtituo, & eſſe volo Dominā Lucretiam &c. Quę ſubſtitutio ſit iſta, an ſit pupillaris, an vero fideicōmiſſaria. Et ut non inſiſtam in ſermone, quia materia iſta eſt copioſe tractata per Docto. vt non occupem Papirum veniam deciſiue & concluſiue ad quęſitum, & gloſ. noſtra monet iſtam quæſtionē C. de impub. & alijs ſubſti. l. precibus. in gloſ. magna, ibi. Si uero ita ſubſtitut. ubi gloſſ. tenuit propter adiectionem liberorum, qui nō poſſunt habere regulariter in pupillari ętate dictam ſubſtitutionem ſemper fideicommiſſariam, ſiue fuerit facta per verbum directū, ſiue per verbum commune. Et gloſ. in cap.
a Rainutius [a] extra de teſtamen. & ibi Innocē.
2 idem tenet. † Et ſic iſta adiectio liberorum obliquari ſignificatum verbi directi ciuiliū, ſcilicet hęredem inſtituo, quę ſunt uerba di-
b recta ciuilia, [b] vt not. Bartol. in l. centurio. ff. de vulgar. & pupillar. in prima principale quęſtione. Circa effectus ſubſtitutionis compendioſe ibi. Neſcio quid dicam, tamen mihi videtur, &c. Sed Bartol. in dicta l. & quęſtione ibi, quid ſi teſtamento, tenet contrarium, ſcilicet, quod infra tempora pubertatis, ſit directa, & poſtea non obliquetur. Idem tenet Bald in d. l. precibus ibi. Tertio, gloſ. &c. Ex quibus verbis ſatis patet deciſio quęſtionis propoſitę, quòd dicto ſubſti-
c tutio, [c] quę valuit iure directo, ſcilicet inſra tempora pupillaris ętatis, poſtea non obliquatur. Et ſic non valet iure fideicommiſ-
3 ſarię ſubſtitutionis. † Et vt non videar non vidiſſe cap. ſi pater de teſtamen. in 6. & dicto cap. Rainutius, non obſtant, quia loquūtur, quando ſubſtitutio eſt facta per uerba directa non ciuilia, vt not. Bartol. in dicta l. centurio, ſiue directa directo, vt not. Ioann. Andr.
4 in dicto capit. Si pater, in nouella. † Sed quia iuxta poſſe debemus defunctorum voluntates, habere effectum, vt veriſimile

ſatis

ſatis eſt d. teſtatorem voluiſſe omni tempore
in ſuis bonis ſibi prouidere. Ideo ulterius in-
ueſtigans inuenio Dominum Bal. aliter di-
5 ſtinguentem & . † Videlicet, quòd aut teſta-
tor dixit, quandocunque filius meus deceſſe-
rit talis ſit hęres filio meo, & tunc verba dire-
cta ciuilia nunquam obliquantur. Aut dixit
ſit hęres mihi. Et tunc d. uerba obliquantur,
ita not. dicit in d. l. precibus, in materia com
pendioſe, ibi deinde opponitur &c. quod di-
ctum eſt nouū, & not. & menti teſtatoris con
6 gruit. † Quia dicendo michi ſit hæres vide-
7 tur ſubſtituere teſtatori, † ſed per ſubſtitutio-
nem fideicommiſſariam ſuccedit defuncto,
vt l. cohęredi. §. cum filię. ff. de vulga. & pupil.
Ergo videtur d. ſubſtitutio fideicommiſſaria,
ſed in d. teſtamento ſunt talia uerba, videlicet
mihi hæredem inſtituo, & eſſe volo Dominā
Lucretiam, &c. Et per conſequens debemus
concludere d. ſubſtitutionem valere in perſō
nam d. Dominæ Catherinæ iure fideicom-
8 miſſi. † Pro hoc optime clauſula quæ ſolet ap
poni in teſtamento. Videlicet, quam ſubſti-
tutionem voluit valere pupillariter, vulgari-
ter, & per fideicommiſſum, vt not. Bar. in d. l.
centurio in quæſtione princi. ibi idem ſi teſta
tor dixit. Et Bald. in d. l. precibus, uerſ. Sed
9 quid ſi teſtator inſtituit. † Cum enim contra-
hentes poſsint facere, quod ſignificatum uer
bi poſitum in contractu extēdatur, & reſtrin-
gatur vltra ſuum proprium ſignificatum, vt l.
iuris gentium. §. quod fere. ff. de pactis. Idem
debet poſſe teſtator, vt in auth. de nuptiis. §.
10 diſponat. † Quia bona eſt argumentatio de
d contractibus ad teſtamentum [d] l. illud. C. de
legi. l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum.
11 ff. de leg. 1. † Non obſtat l. nemo poteſt. ff. de
leg. 1. quia fateor, quod teſtator non poteſt
facere, quòd leges in ſuo teſtamento non ha-
beant locum, ſcilicet circa ſubſtantialia ſolē-
nia teſtamenti. Verbi gratia, quòd ualeat te-
ſtamentum ſine teſtibus, vel ſine hæredis in-
ſtitutione, & ſimilia. Quia eſſet oppoſitum
in obiecto, ſed circa res ipſius teſtatoris bene
poteſt diſponere, vt eſt videre in prohibendo
12 falcidiam & ſimilia. † Pro hoc, quia ubi pōt
e apparere de voluntate teſtatoris, [e] ipſa eſt ſer-
uanda, ut not. in d. l. precibus, in gloſ. l. plane.
ff. de leg. 1. l. cum ita. §. fin. & l. cum propone-
batur. ff. de leg. 2. pro hoc. l. in cōditionibus. ff.
de conditio. & demonſtra. Cum ergo dixit,
quod uolebat ualere iure pupillari, & fidei
13 cō. † Vt fiat larga & benigna interpretatio,
ſecundum l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. &
cap. cum dilecti, extra de donati. Dicamus
quod uoluit ualere iure pupillaris, tempore
pupillaris ætatis, & iurę fideicommiſsi, poſt
pupillarem ætatem, poſtquam poteſtas teſta-
toris poteſt facere in hoc, vt eius voluntas ſer
uetur, quæ eſt honeſta & realis, & uериſi-
milis. Nam ſi vult teſtator prouideri ſibi & fi-
f lio in pupillari ętate [f] filij, hoc eſt, quod fi-
lius ſuccedat ſibi, & d. filio ſuccedat ſubſtitu-
tus in pupillari ętate morienti. Et ſic per me-
diam perſonam filij ſubſtitutus eſt hæres etiā
teſtatoris. Quare non eſt prēſumendū quod
velit ſubſtitutū ſibi ſuccedere tempore, quo
pupillo non poteſt ſuccedere. Præcipue cum
ſatis pateat voluiſſe teſtatorem, quod ſemper
ſubſtitutus ſibi ſuccedat, etiam in pupillari
14 ætate. † Scilicet per tacitam vulgarem, quę
ineſt ipſi pupillari: vbi pupillus hæres non
eſſet, poſſet ſubſtituto ſuccedere ex vul-
gari. Sequimur iſtam voluntatem teſtatoris
honeſtam. l. cum quæſtio. C. de legat. vt
per ſubtilitates iuris ciuilis volūtas defuncti
non ſubuertatur. Concludamus ergo, quod
d. ſubſtitutio d. Dominæ Catherinæ, & ipſi
reſtituatur hæreditas d. teſtatoris dictis ſuper-
ſtitibus per fideicommiſſum iuxta plene no-
ta. in d. l. precibus. Reſtat uidere, qui ſucce-
dant dictæ Dominę Catherinæ ab inteſtato.
Et in hoc non inſiſtendo in ſermone, quia
Mater dictæ Dominæ Catherinę eſt excluſa
15 per ſtatutum Scarlini. † Reſtat quod ſolum
iſta Amita ſcilicet dicta Domina Mina ſo-
ror coniuncta d. teſtatoris ex latere patris tā-
tum, & Domina Lucretia ſoror coniuncta
dicti teſtatori ex utraque latere ſcilicet patris
& matris pariter ſuccedunt d. Catherinę eo-
16 rum Nepti, quia ſunt in pari gradu. † Nec eſt
differentia ſexus. tex. uidetur in l. patruo. C.
de legit. hæredi. Et ita tenet Bar. in l. poſt con
ſanguineos. §. legitima. ff. de ſuis & legit. hæ-
17 redi. & ita dicit de facto conſuluiſſe. † Nec
obſtat in auth. de hæred. ab inteſt. §. reliquum.
collat. 9. poſita. C. de legit. hęredi. auth. ceſſan
te, & auth. poſt fratres autem ex utroque, qui
dicit ipſe, illa auth. loquitur vbi tractatur de
ſucceſsione fienda per iſtos nepotes proprie
una cum fratribus defuncti. Non autem ubi
tractatur de ſucceſsione vlteriorū, ut d. auth.
18 §. huiuſmodi, ita tenet ipſe ibi. † Et quia non
ſum tantæ temeritatis, quod audeam vel au-
dere præſumam à determinatione tanti viri
lucidi, famoſi, vt ſic loquar vertex legum, &
prudentum reſponſorum iuxta illud Mode-
ſtini in l. ſcire oportet. §. aliud. uerſ. Sed & ſi

maxime. ff. de excuſati. tuto. & cura. tamen videtur poſſe dici contrarium valida ratione
19 hoc modo.† Succeſsiones ab inteſtato viciſſitudinariæ eſſe debent. C. de legit. hæredi. l. ſi ab eo. Vt ſic ego ſuccedo ſibi, ita & tu mihi ſuccedere debes. Ita quòd ſi inducitur per legem, quod tu mihi ſuccedas, ita & ego intelligor ſtatim, vt ſuccedam tibi, vt ibi & l. fin.
20 eodem tit. Modo ſic. † Filius fratris mei mihi vtrinque coniunctus præfertur in mea ſucceſsione fratri meo mihi ex vno latere tantũ vt d. §. reliquum, & d. Auth. ceſſante. Ergo & ego debeo in ſucceſsione filij fratris mei vtrinque coniuncti præferri fratri meo coniuncto patri d. filij ex vno latere tantum. Cum enim iſta Catherina ſucceſsiſſet in ſolidum dictæ Lucretiæ mortuæ ab inteſtato ſine deſcendentibus & aſcendentibus excluſa d. Mina ſorore dicti teſtatoris. Ita debet etiã d. Lucretia excludere dictam Dominam Mi-
21 nam à ſucceſsione dictæ Catherinæ. † Nec obſtat d. §. huiuſmodi, quia dicit, quòd illud priuilegium datur filiis fratrum tantum. Et nulli aliæ perſonæ ſcilicet ulterioris. Hoc eſt non extenditur ad Nepotes dictis Fratris defuncti vtrinque coniuncti. Non autem negat, quod frater vtatur ex iure prælationis in ſucceſsione Nepotis, quo vtitur nepos in
22 ſucceſsione patrui, ſiue auuli.† Nec obſtat, ſi dicatur correctio legum eſt euitanda, quia dico, quod iſta correctio, ſiue extenſio fit per regulam legis antiquæ ſcilicet d. l. ſi ab eo. C. de legiti. hæredi. quæ dicit & inducuntur, quod eodem modo quo quis ſuccedit eodem modo alteri ſuccedat ſibi. Cum ergo illa ſit diſpoſitio legis antiquæ, & per legem nouã, ſcilicet per authenticam de hæredi. ab inteſta. deferen. inducatur, quod filius fratris vtrinq. coniuncti præferatur Patruo ex uno latere tantum coniuncto in ſucceſsione fratris defuncti, vt d. §. reliquum. Ergo iſta diſpoſitio legis nouę ſcilicet. §. reliquum, trahitur per rationem, d. l. ſi ab eo cum concordant trahitur, vt dictus Patruus ſiue Amita præferatur in ſucceſsione Nepotis Amitæ coniunctæ ex vno latere tantum, per gloſ. l. quod veto. ff. de legi. auth. offeratur. C. de litis conteſtati. l. ſi quis ſeruos. C. de furt. tenet Bart. in l. Marcellus in princ. ff. ad trebelli. in penul. quæſtio. Pro hoc optime, quia nulla ratio diuerſitatis poteſt aſsignari. Nam ſi propter duplex vinculum paternum. Filius qui eſt in tertio gradu, vincit illum, qui eſt in ſecũdo gradu, qui eſt tantum vno vinculo coniũctus defuncto. Quare non debet ille, qui eſt in pari gradu & non eſt coniunctus, niſi vno vinculo Patri defuncti. Immo potius deberet ipſum repellere, pro hoc tex. l. his ſolis. C. de reuocan. donat. & quod not. Bald. C. de ſacroſanct. eccleſ. auth. quas actiones in 3. quæſtione. Et ſic ex prædictis videtur mihi quod dicta Lucretia deberet præferri in ſucceſsione dictæ Catherinæ ipſæ Minæ. Ta-
g men a deciſione Bar. nolo diſcedere.[g] Et collationis gratia nolo prædicta ſcripſiſſe. Et ſi contingit hoc ab aliquo intelligente videri, videat quid ſentiam. Et iuxta ſuum ſcientificum iudicium decidat. Reſtat ergo, vt concludamus dictas Amitas pariter dictæ Catherinæ in bonis ipſius Catherinæ ſuccedere. Sed quia tenetur reſtituere dictis ſubſtitutis per fideicommiſſum ſcilicet fideicommiſſariis ad diſtribuendum pro anima & dictæ Dominæ Lucretiæ. Eſt videndum, quæ ſint bona dictæ Catherinę, & quæ ſint illa, quę de-
23 bent reſtitui. † Et quia ſine dubio dicta Catherina ſucceſſit Clemētiæ ſorori ſuæ ex pupillari ſubſtitutione directa. l. qui duos. ff. de vulga. & pupill & cap. ſi pater, de teſtamentis, lib. 6. Et dubium an portionem dictę Dominæ Clementię dicta Catherina debeat reſtituere per dictam ſubſtitutionem fideicom-
24 miſſariam. † Et veritas eſt, quod ſic, cum primo fuerint honorati poſtea grauati, ſcilicet onere fideicommiſsi ſecundum Bar. in l. Marcellus. §. quidam. & l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ff. ad trebellian. per Bar. in l. cum virũ.
25 C. de fideicomm. per Bald. † Quid vltra eſt videndum. An dicta Domina Mina hęres pro dimidia dictę Catherinę in reſtitutione d. fideicommiſsi poſsit detrahere quartam tre-
h bellianicam.[h] Et veritas eſt ſecundum com-
26 munem opinionem gloſ. & Doct. † Quod
i teſtator poteſt eam hodie prohibere[i] ſecundum gloſ. in auth. de hęredi. & falcid. Cin. in auth. Sed cum teſtator. C. ad legem Falcidiam. Bar. in l. Marcellus in princ. ff. ad trebellia. Bald. C. famil. herciſc. l. filium quem habentem in 6. quæſtio. Reſtat ergo concludendum, quòd dicta Domina Mina habet ſolam medietatem partis, quę contingit dictę Catherinę de bonis paternis & quinquaginta librarum de alijs bonis obuentis dictæ Do-
27 minę Catherinæ de bonis Clementię. † Et vt hoc clare oſtendam ſcindamus dictam hęreditatem Petri per fruſtra, ſcilicet in duodecim vncias, vt l. interdum. §. pater, ff. de hęredi. inſtitut. eod. titu. §. hęreditas. Et habebit

iſta Clementia pro dimidia ſex uncias. Et Catherina habetetalias ſex vncias, quarum ſex vnciarum, quę obuenerunt in patrem di ctæ Catherinę tres ſunt pro eius legitima, & trebellianica. Aliæ tres uncię ueniunt in reſtitutione fideicommiſsi. Vnde iſtæ Amitę, videlicet Mina & Luctetia tamquam hæredes ab inteſtato ęqualiter habent illas tres vncias debitas dictæ Catherinæ iure naturæ, & trebellianicę iuxta not. in cap. Rainutius, & cap. Rainaldus, extra de teſtam. & in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſtam. per Bart. & G. ad legem Falcid. l. quamquam per eundem. Et ſic quælibet dictarum Amitarũ habeant dimidiam dictarum triũ vnciarũ, quę eſt vna vncia cum dimidia. Reſiduum vero ſcilicet alias tres vncias debeat reſtitui ſubſtitutus per fideicommiſſum vniuerſaliter, per l. cohęredi. §. cum filię. ff. de vulg. & pupill. & not. in d. l. precibus. Similiter & alias ſex vncias debent reſtituere, quę fuerũt dictæ Clementię per not. in dicta l. Marcellus. §. cum quidam. Et ſic Domina Mina tãquam hęres dictę Catherinę habet vnam unciam cum dimidio hęreditatis dicti Petri. Et pro eius trebellianica habebit librarũ quinquaginta. Reſtat ergo, ut totius dictę hęreditatis dicta Domina Mina debeat habere ſo lam vnam vnciam cum dimidio, & librarum quinquaginta. Et dicta Domina Lucretia debet habere vnam vnciam cum dimidio, ut hę res dictę Catherinę. Et reſiduum dictę hęreditatis debet diuidi inter dictam Dominam Lucretiam, & dictos fideicommiſſarios, vt in dicto teſtamento continetur. Super eo,
28 quod quæritur, videlicet. An dicta Domina Mina poſsit petere ſe ęquari in dote ſua ad dotem datam pro dicta Domina Lucretia, ſine dubio dicendum eſt, quod non, quia pręter, & etiam lex ciuilis quę iubent dotem conferri & donationem propter nuptias, & etiam aliquando ſimplices donationes, loquuntur vbi tractatur de ſucceſsione fienda aſcendentibus per deſcendentibus, ut eſt videre in toto titulo. C. de collat. & ff. de col-
29 latio. bono. & de collatio. dotis. † Nos vero tractamus de ſucceſsione tranſuerſali. Et erubeſcimus ſine lege loqui. C. de colla. l. illam, & in auth. de trient. & ſemiſ. §. fideicommiſſum. collat. 3. Cum ergo de tali ſucceſsione non ſit lata lex collationem vel equationem
30 inducens non eſt de hoc tractandum. † Quia ſine ſomento legis peteretur, quod eſt ridiculum dicere.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo ego Andreas Alſerius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Rainutius*. Vide ibi Couar. in epito. de teſta. ſuper d. cap. in principali q. nu. 3. & 6.

b *Ciuilis*. Duar. lib. ſecundo diſputati. anni cut. cap. 9.

c *Subſtitutio*. Supra conſ. 21. num. 1. & infra in meo conſil. 4.

d *Teſtamentum*. Quando eſt eadem ratio. Deci. in l. in teſtamentis. nu. 7. ff. de reg. iur. & Cagn. in l. ſi mihi & tibi. §. 1. nume. 4. eod. tit. Iaſ. in l. quæ delegato in prin. ff. de leg. 1. Paul. de Caſtro l. ſeruum filij. §. cum qui. ff. de leg. 1. & l. pactum inter ff. de pact. & infra conſ. 30. nu. 2.

e *Teſtatoris*. Bald. in l. ſi pater filium in q. 4. C. de inſtitu. & ſubſti. Colligitur etiam d. voluntas per coniecturas Bello. conſ. 9. nu. 13.

f *Aetate*. Et poteſt. Ang. conſ. 143. colum. 3. Paris. conſil. 58. nume. 13. lib. 2. Rip. in l. moribus nu. 13. ff. de vulgar.

g *Diſcedere*. Etenm Bart. tenet. Corne. in d. auth. poſt fratres la ſeconda, colum. 2. C. de legiti. hæredi. Rubeus conſ. 102. de communi. Couar. in epit. de ſucceſ. ab inteſt. nu. 9.

h *Trebellianicam*. Vult allegare glo. in l. papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſtamen. Deci. in l. 1. nu. 14. C. de pact. Franc. Rip. reſponſ. 1. nume. 20. & ſeq. & reſponſ. 2. num. 16. tit. de lib. & poſth. Bello, conſ. 19. nu. 11. & conſ. 30. nu. 5.

i *Prohibere*. Et cenſetur etiam prohibuiſse ſi grauetur reſtituere. Grauet. conſ. 13. num. 4. Limita vt per Socci. in tract. fallen. reg. 432. trebellianicã. Coraſ. lib. 3. miſcel. cap. 15. num. 12. & lib. 6. cap. 17. nume. 5. Et eſt communis vt per Iaſ. Inſtit. de action. §. item ſi quis in fraudem. nume. 48.

LVD. ALP.

CONSILIVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata an poſſit in dotem inſtitui, & per fideicõmiſſum ſubſtitui.*

2 *Filia in dote inſtitui poteſt.*

3 *Subſtitutio fideicommiſſaria in dote: an & quando valeat cum ſequentibus.*

4 *Grauamen de legitima, quę filio debetur iure naturę, reijcitur.*

5 *Fideicommiſsi ſpes nõ tranſmittitur ad filios, ſi deceſſit ante euentum.*

Lucrum

6 *Lucrum dotis quod facit maritus ex forma ſtatuti, cõputatur in legitima vxoris ſuæ.*

7 *Legitima eſt ſemis, quando ſunt ſeptem filij.*

8 *Filia detrahit etiam trebellianicam, quando ſubſtituta eſt per fideicommiſſum, & ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs.*

9 *Filius poteſt teſtari de legitima & trebellianica, & etiã obligare.*

10 *Per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur defuncto, teſtari relinquẽti non autem ei, qui grauatur, & cui facta fuit ſubſtitutio fideicommiſſaria.*

FActum ſic ſe habet. Quidam Nicolaus Cecchi Beſere de Cortona ſuum vltimum cõdidit teſtamentum. In quo inter cetera ſic diſpoſuit. Item reliquit iure inſtitutionis Dominę Conſtantiæ filiæ legitimæ & naturali ipſius teſtatoris, & vxori Pauli Benuenuti de Senis dotes ſuas, quas pro ea dixit d. teſtator dediſſe, & ſoluiſſe eidem Paulo & fratri ipſius Pauli, quas dotes dixit eſſe in quantitate quingentorum triginta Florenorum, de quibus dotibus patere dixit publicum inſtrumentum manu D. Birtij Chiancinnelli de Monte Politiano vel alterius Notarij. Item ſibi dicto iure reliquit vltra prædicta decẽ librarum monetæ Cortonenſis, in quibus legatis ſibi dicto iure factis eam ſuam hæredem inſtituit. Iubens & mandãs d. teſtator eidem Dominæ Conſtantiæ filiæ ſuæ de prædictis eſſe tacitam & cõtentam, & quod plus de bonis ſuis petere non poſſit, vel habere aliqua ratione, vel cauſa. Et ſi contigerit eam decedere quandocũque ſine filiis legitimis & naturalibus vno, ſeu vna vel pluribus ſubſtituit eidem Dominæ Conſtantiæ eius filios ſic decedenti in dictis legatis ſibi dicto iure ſuprafactis, vulgariter, & per fideicommiſſum, & omni modo, quibus melius potuit infraſcriptos filios hæredes ipſius teſtatoris, & ſuperuenientes ex eis &c. & demum in dicto teſtamẽto inſtituit ſibi hæredes vniuerſales Baptiſtam & Carolum adultos & Deodatum & Vrbanum impuberes filios ipſius teſtatoris legitimos & naturales, & ventrem ſuæ vxoris ſi eſſet prægnans, & filium maſculum pareret, &c. Demum moritur d. Nicolutius ſuperſtite d. Domina Conſtãtia, & dictis quatuor filiis maſculis hęredibus vniuerſalibus inſtitutis. Demum moriuntur Deodatus & Vrbanus ſine filiis ſuperſtitibus, dictis Baptiſta & Carolo. Demum moritur d. Carolus ſuperſtite Antonio, Thoma eius filiis legitimis & naturalibus, & hęredibus. Et ſuperſtite d. Domina Conſtantia, & Baptiſta. Demum dicta Domina Conſtantia fecit teſtamentum ſuum, in quo ſibi inſtituit hęredem Dominum Paulũ eius maritum in omni reſto ſuarum dotiũ & donamentorũ. Et poſt mortẽ d. Domini Pauli voluit ſuccedere ĩ dicta eius hæreditate actum Baptiſtam germanũ ſuum, & Antonium Lucam, & Thomam ſuos nepotes, & ad ipſos d. eius bona voluit peruenire æquis portionibus. Et ita d. Domina Conſtantia deceſſit ſuperſtitibus dictis Baptiſta eius fratre & hærede d. Nicolutij, & ſuperſtitibus Antonio, Luca, & Thoma filiis d. Caroli filij & hæredis d. Nicolutij, & ſuperſtite d. Domino Paulo eius marito. Nunc d. Baptiſta petit dotes datas per d. Nicolutium dictæ Dominę Conſtantiæ, & ſibi relictas in dicto teſtamento vigore teſtamenti d. Nicolutij, & ſubſtitutionis fideicommiſſariæ in d. teſtamento factæ dictæ Dominæ Conſtantię vltra illud, quod d. Dominus Paulus lucratus eſt per formam ſtatuti ex dictis dotibus: & dicit quòd illud, quod d. Dominus Paulus lucratur debet intelligi, quòd computetur,

&ſit legitima dictæ Dominę Conſtan
tiæ, & quod in reſiduo non potuit te-
ſtari in dictis bonis ſibi per d. Nicolu-
tium relictis. Quæritur, quid iuris.

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti. Amen. In
quęſtione iſta verſatur ſim-
pliciter & principaliter iſtud
1 dubium. † Videlicet. An Pa-
ter poſſit ſubſtituere per fi-
deicommiſſum filiis in dote pro ea data licet
2 non fuerit ſibi ſtipulatus. † Et in hoc caſu
dico primo, quòd filia potuit in illa dote & in
aliis rebus inſtitui ſecundū gloſ. ff. de minor.
l. 3. §. ſed vtrum. Et hoc tenet Specul. in titu.
de inſtrum. editi. §. ut autem, verſ. Sed ſuper
forma. Et ſuper hoc paſſu non inſiſtam in lō-
go ſermone, quia per noſtros maiores iſta
quæſtio determinata eſt, ſcilicet per Marſil.
qui eam diſputauit, vt refert Cyn. C. de rei
vxor. acti. l. vni. §. accedit, & in effectu in iſta
3 quęſtione ſic diſtinguit. † Quod quanti eſt
legitima, quòd in illa non teneat talis ſubſti
4 tutio. † Quia omne grauamen [a] reiicitur de
a legitima debita Filio iure naturæ. C. de inof-
fi. teſtam. l. quoniam in prioribus, cum ſimi-
li: ſi uero mulier ſit inſtituta habet in dote &
in illis bonis vltra legitimam, tunc in illo plu
ri tenet d. ſubſtitutio fideicommiſſaria, ita
not. dicta Cin. in d. §. uideamus. Din. in l. Fi-
lia. ff. ad trebellia. & Bar. in l. fin. §. filiæ. ff. de
leg. 2. & l. Lutius. §. maritus. ff. ad trebellia. li-
cet aliqui moderni aliter dixerint. Cum ergo
in caſu noſtro d. teſtator reliquerit d. Domi-
næ Conſtantiæ dotem, & decem libras, & in
d. legatis eidem ſubſtituerit patet, quod ſpeci
fice in dote per fideicommiſſum ſubſtituit,
ſic quanti eſt in dictis relictis vltra legitimam
tenet in eo pluri d. ſubſtitutio fideicommiſ-
ſaria, ſecundum Mar. Cin. Din. & Bar. Secū-
do dubium eſt. An filij d. Caroli veniant ad
dictam ſubſtitutionem fideicommiſſariam,
ſcilicet in illo pluri, quod eſt ſupra legitimā.
Et in hoc ſine dubio dicendum eſt, quod nō,
quia ipſi non fuerunt ſubſtituti, & tempore
quo cedit lucrum d. fideicommiſsi, ſcilicet
tempore mortis, d. Dominæ Conſtantiæ, d.
5 Carolus non viuebat. † Et ante decedens di-
ctam ſpeciē fideicommiſſi prędicti non trāſ-
b miſit ad filios ſuos, [b] vt eſt gloſ. in l. uni. C. de
his, qui ante apert. tabul. & ibi per Docto. &
clarius. ff. ad trebellia. l. hæredes mei. §. cum
ita, & ibi per Bar. Vnde in caſu noſtro eſt ma-
gis clarū, quod expreſſe d. teſtator ſubſtituit
ſpecifice filios ſuos, & ſuper venientes ex
eis. Cum ergo tempore mortis d. Dominæ
Conſtantiæ ſupereſſet ſolum filius. d. Nico-
lutij teſtatoris, videlicet d. Ioannes Baptiſta,
ergo ipſe ſolus ad d. fideicommiſſum, quate-
nus eſt ſupra legitimam venire & petere po-
teſt & non filij. d. Caroli, d. §. cum ita, per Bar
6 tol. † Tertium dubium eſt, quæ debeat eſſe in
d. legitima. Et veritas, quod Lucrum, quod fa
cit d. Dominus Paulus Maritus dictæ Domi-
c næ Cōſtantiæ vigore ſtatuti [c] communis Se-
narum, eo quod d. Paulus maritus d. Domi-
næ Conſtantię ſuperuixerit illam debet com
putari in legitima d. Dominæ Conſtantię, qđ
dicitur . . . d. Domini Pauli, id eſt
creditor d. Dominæ Conſtantiæ in d. lucro ſit
dimidia d. dotis, vt not. dicit Bal. C. de condi-
ti. ob cauſam. l. ea lege. Vnde hic in iſto paſ-
ſu eſt dicendum, quod cum iſta Domina Cō-
ſtantia non fecerit iſtam alienationem, vt ita
dixerimus malitioſe, ſed virtuoſe, ſcilicet cō-
trahendo matrimonium ex quo ſequitur ob-
ligatio ad lucrū ſcilicet dimidiæ dotis, quod
d. dimidia dotis obligata d. Domino Paulo,
eius marito remanet valida, & eſt legitima
portio debita iure naturæ, & etiam in debita
d iure trebellianice [d] computatur extra de te-
ſtam. cap. Rainaldus, & cap. Rainutius. & ff.
ad trebellia. l. Marcellus. §. res quæ & per Bal.
in terminis noſtris. C. familiæ herciſ. l. filium
quem habentem in 2. quæſtio. circa tertiam
lectu. & C. commu. de legat. l. 2. §. ſed quia no
ſtra. Vnde ad propoſitum reducendo conclu
ſiue omnia prædicta, debet attendi in caſu no
ſtro Patrimonium d. Nicolutij teſtatoris tem
pore eius mortis & videre quæ ſiue quanta
erat debita iure naturæ d. Dominæ Conſtan-
tiæ, quæ erat dimidia eius, quod ſibi contin-
gebat ab inteſtato, quia vt apparet ex teſta-
mento erāt ſeptem filij, ſcilicet quatuor Ma
7 ſculi & tres fœminæ. † Et ſic legitima portio
debita iure naturę erat ſemis ſcilicet dimidia
pars eius: quod ſibi contingebat ab inteſtato.
C. de inoſ. teſtam. auth. nouiſsima, & in cor-
8 pore unde ſumuntur. † Et quia in caſu iſto,
ſcilicet, quia filia rogata per fideicōmiſſum
ſub conditione, ſcilicet ſi deceſſerint ſine li-
beris, detrahit etiam aliam quartam ſcilicet
e trebellianicam [e] extra de teſtam. cap. Rainu-
tius, & cap. Rainaldus. C. ad legem Falcid. l.
quamquam, & ibi per gloſ. & doct. l. Papi-
nianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſtam. per
Bal.

9 Bal. †Et ſic iſtæ partes ipſius Dominę Con-
ſtantię ſunt liberę & de eis poteſt diſponere,
f obligando teſtando [f] prout ſibi placet. Re-
ſiduum vero eſt integrum dicti Baptiſtæ, de
quo ipſa nihil potuit diſponere, not. in d. §.
ſed quia noſtra, cum multis ſimili. Et ſic de il
lis ſcilicet de debita iure naturæ, & trebellia-
nicę deducitur lucrum dotis factum per d. Do
minum Paulum maritum d. Dominę Conſtã
tiæ vigore ſtatuti communis Senarum, &c.
Alia relicta per d. Dominam Conſtantiam &
ſi quid erit reſiduum à dictis de lucro & reli-
ctis de dictis partibus iure naturæ & trebellia
nicæ diuidetur inter Baptiſtam, Thomam, Lu
cam, & Antonium hæredes d. Dominæ Con
ſtantiæ. Illud vero quod d. Domina Conſtan
tia habuit pluſquam d. legitimam, & trebel-
10 lianicam habet ſolus d. Baptiſta. † Quia per
ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſuccedi-
tur defuncto teſtatori relinquenti, non autẽ
ei qui grauatur, & cui fuit facta ſubſtitutio fi-
deicommiſſaria. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de
vulg. & pupill. ad quod fideicommiſſum non
ſunt vocati filij d. Caroli, nec ad eos fuit trãſ-
miſſum per d. Carolum decedẽtem antequã
d. Domina Conſtãtia per d. l. cohæredes mei.
§. cum ita. ff. ad trebellianum per Bar.
Et ita, vt ſupraſcriptum eſt dico & conſu-
lo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Grauamen.* Alex. in l. pater impuberes, nu. 4. ff. de vulg. & pupill. Rip. in l. 1. num. 6. eod. titu. Bar. in l. cum ex filio, num. 2. ff. eod. tit. Alciat. in tracta. de præſump. reg. 1. præſumpt. 2. nu. 3. Paris. conſ. 36. nu. 38. lib. 2. Roderi. Suaren. in repet. d. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. vbi recurre ſupra in q. 2. nn. 130.

b *Suos.* Paris. conſ. 28. nu. 18. lib. 2. Gozzad. cõſ. 80. Rip. in l. 1. nu. 131. ff. de vulg. & pupill. Socci. in tract. Fallen. regu. 168. & 173. ſupra conſi. 18. nume. 5.

c *Statuti.* De hac materia ſtatuti ſuper lucro dotis, vide Rolan. à Valle in tract. ſuper qq. de lucro dotis.

d *Trebellianica.* Late Couar. in dd. capite, & infra in meo conſ. 4. per totum.

e *Trebellianicam.* Et eſt communis de qua per Iaſ. in auth. res quæ nu 5. C. communia de leg. Paris. conſ. 12. lib. 2. Socci. iun. conſ. 131. nu. 59. lib. 1. Dec. conſ. 81. 202. & 220. Catel. Cott. in memo. in uerb. Filius grauatur. Bello. conſ. 19. num. 11. per totum. Vaco. lib. 4. declarat. iur. cap. 142. & late dixi ſupra in meo conſil. 4. num. 20. & ſupra conſ. 19. nu. 4.

f *Teſtando.* Dicto cap. Rainaldus. §. dilectus. Alex. conſ. 43. lib. 2. Deci. conſ. 236. col. 3. & conſ. 617. col. fin. Bello. d. conſ. 19. nu. 4.

LVD. ALP.

CONSILIVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem eſt probibita.*
2 *Donatio ſupradicta morte confirmatur ſi expreſſe donator non pœnitet, & nu. 6.*
3 *Cauſa euitandi turpis quaſtus præſumitur, quod quicquid acquiſiuit vxor durante matrimonio acquiſiuit de bonis viri.*
4 *Intellige quando non poteſt probari, quod aliunde habuit videlicet per iura Parafrenalia.*
5 *Mulier quando emit aliquid ex re mariti, non efficitur res illa Mariti, ſed pretium.*
6 *Per inutilem reuocationem factam in vltima voluntate, non reuocatur diſpoſitio facta inter viuos.*
7 *Factum in vna re non præſumitur factum, vel dictum in alia.*
8 *Teſtator grauari poteſt legatarium quando commodũ habet ab ipſo.*

DOmina Balduccia vxor Ioannis Giunti de Caſtillione, durante matrimonio inter dictam Dominam Balducciam & Ioãnem eius maritum emit quoddam petium terræ à quodam Sauello pretio 13. florenorum, quod pretium d. venditor confeſſus eſt habuiſſe à d. emptrice, & eidem emptrici tradidit poſſeſſionem d. petiæ terræ, & propterea ſe conſtituit precario nomine poſsidere, &c. Modo d. Ioannes veniens ad mortem reliquit duo ſtariora, id eſt certam partem d. petiæ terræ cuidam ſocietati ſancti Stephani, de reſiduo d. petiæ terræ nihil dixit. Item legauit d. Dominę Balducciæ quinquaginta florenos. Nunc quæritur an d. Domina Balduccia ſit obligata ad ſoluendum. d. legatum: & an d. ſocietas poſsit petere d. legatum: & an hæredes viri poſſint petere d. petiam terræ vt ſuam.

IN

IN Nomine Patris & Filij &
1 Spiritus ſancti. Amen. † Ad
euidentiam dicendorũ ego
pręmitto, quod donatio in-
ter virum & vxorem eſt pro
a hibita. [a] l. 1. ff. de donat. in-
2 tęr vir. & vxor. cum ſimi. & extra ęod. c. fin. †
Attamen iſtæ donationes morte confirman-
b tur, [b] ſi expreſſe donatorem non pœnitet. ff.
de donat. inter vir. & vxor. l. cum hic ſtatus, §.
3 oratio, & C. eod. l. donatio. † Secundo pręmit-
to quod cauſa euitãdę ſuſpicionis turpis quę-
ſtus pręſumimus, quòd quicquid vxor duran
c te matrimonio quęrit, quærat de bonis viri [c]
l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. etiã
in fin. C. eod. Et not. in l. cum oportet. ff. de
4 bonis q̃ liber. † Et hoc ſi non poteſt probare,
quod aliunde habuit, puta quando habebat
iura Parafrenalia l. fi. C. de pact. conuen. His
præmiſsis veniamus ad caſum noſtrum, & nõ
inſiſtendo in ſermone ſcilicet veniendo ad
veritatem. Donatio non eſt hic, nec poteſt
præſumi in re empta, quia eam non habebat
vir, ſed in quo eſt, certe in pretio, & ęſt in iſto
pretio, quia non aſſeritur, vnde ipſa potuerit
habere aliunde, quam ex bonis viri. Dico,
quod in illo pretio præſumitur donatio. l.
5 quintus. † Sed ita eſt, quando mulier emit ali-
quid ex re mariti, illa res non efficitur mariti,
d ſed ad pretium agitur [d] l. ſi vxor. §. idem quæri
tur. ff. de donat. inter vir. & vxor. C. eod. l. ſed
etſi de iur. l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi
l. 1. eod. tit. Ita hic debemus dicere, vt non
plus operetur in acquirendo viro actionem
realem vbi non eſt viri, & non expreſſa do-
natio. ſed eſt vera & expreſſa donatio. arg. in
ſim. nec plus operetur fictio, quam veritàs. Ex
quibus concluditur, quòd cum d. petia terræ
tradita fuerit dictę Balducciæ, quod eſt facta
ſua, & non Ioannis. Nec eſt hic tractandum,
an in ſolidum cõpetat actio marito, vel eius
hæredibus. l. vxor marito. ff. de donat. inter
uir. & vxor. & per not. in l. ſi vt proponis. C.
de rei vendi. l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi vel ſi
quam cum maritus pręděceſſerit, & non re-
uocauit donationem, remanet firma. Quia
vbi mulier erat obligata viro in pretio tan-
quam præſumptę habito de bonis ſuis: ſed vi-
ri, ipſo viro ſciente & patiente nullo modo
pręſumebatur donatio, & illo pretio teneba-
6 tur. † Nunc aũt per mortem viri eſt confirma
ta dicta l. donatio. & l. ſi maritus. C. de do-
nat. inter virum & vxorem, & l. cùm hic ſta-
tus. in princ. ff. eod. tit. & in dubio debet eſſe
propitior ad probandam donationem, quo-
niam maritus expreſſe non reuocauit d. l. cũ
hic, §. patriam in fin. Nec dicat quis, quod
ex eo quod d. Ioannes legauit partem dictæ
petiæ terrę pęnituit cum &c. quia reſpon-
deo, vt dixi donatio cǫnſiſtebat in pretio nõ
in petia terrę. Modo iſte reliquit de alieno
non de ſuo hoc eſt de eo in quo conſiſtebat
donatio. Et ſic reuocatio ſiue ademptio inu-
7 tilis. † Modo ſic per inutilem compenſatio-
nem ſiue reuocationem factam in vltima vo-
luntate non reuocatur diſpoſitum inter vi-
uos factum l. quęſitũ. §. fin. ff. de fun. inſtruct.
per Bar. & quod not. in l. fin. ff. de aur. & arg.
legat. & de adim. legat. l. legatum pater. Et
quod notatur in ratione ſui. in l. cum domi-
nus §. ſi filius. ff. de pecul. leg. Ex quibus con-
cluditur, quod cum iſte legauerit ex re nõ ſua
quod tale legatum non facit videri reuocatũ
eſſe donationem, ſecus ſi legaſſet de illo pre-
tio prout dixi, quia non poteſt inferri de vna
e re ad aliam. [e] l. ſimul. §. ante omnia. ff. de pat.
pro hoc optime, quod not. Bar. in l. 1. §. ſi quis
8 hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. †
Quia factum in vna re non pręſumitur factũ
vel dictum in alia, & ſic remanet donatio nõ
reuocata, ſed morte confirmata. Præterea de
hoc eſt caſus ſi recte ĩſpiciatur in l. vxori ſuę.
ff. de donat. inter uir. & vxor. Super ſecun-
9 do. † An dicta Domina Balduccia teneatur ad
d. legatum. Veritas eſt, cum habeat commo-
dũ legati à teſtatore, quod poteſt ab ipſo gra-
f uari. [f] Et tenet. l. ab eo. C. de fideicommiſs. &
l. Imperator. §. ſi actum. ff. de leg. 1. cum ſimil.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſu-
lo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Prohibita.* Catel. Cot. in memora. in uer. Dona-
tiones. Petrus Duenas, lib. 1. regularum utr. iur.
reg. 231. donationes inter virum & vxorem. Soc-
ci. in tract. fallen. reg. 104. Et cur prohibita. Co-
raſ. lib. 2. miſcel. cap. 25. num. 10. & lib. 5. cap. 14.
nu. 4. Et an iurata valeat. Deci. conſ. 202. Bello.
conſ. 4. nu. 3.

b *Confirmatur.* Socci. in tracta. fallen. reg. 105. Do-
nationes. Coraſ. lib. 5. miſcel. cap. 1. & nu. 6. Bel-
lo d. conſ. 4. nu. 9.

c *Viri.* Paris. conſ. 8. num. 12. lib. 1. Bello, conſ. 17.
nu. 10. Boerius conſ. 3. in primo dubio. Quid in
uidua. Coraſ. lib. 3. miſcel. cap. 5.

d *Agitur.* Coraſ. d. lib. 5. miſcel. cap. 5. nu. 8. Socci.
in tract. fallen. reg. 343.

e *Aliam.* Docto.in l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acqui. poſseſs. Bello, conſ. 27.

f *Grauari.* Quia quem honoro grauare poſſum. Bar. in l.cum filio. ff.de leg.1. Bello, conſ. 9. nume.4. & 18.

L V D. A L F.

CONSILIVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Filię in legato, quando dicantur coniunctæ re & verbis.*

Verbum filiabus eſt verbum collectiuum d. nu.

2 *Legatum totum debet habere filia ſuperuiuens alteri filia per ius non decreſcendi, quando erat coniuncta cum alia re & verbis & in fin.*

3 *Lucrum vadit ad coniunctum per ius non decreſcendi, tamen non tranſit.*

4 *Legatum conditionale dicitur, quãdo teſtator vſus eſt verbis, quòd non poſsit grauari, niſi ad ſuam voluntatem.*

5 *Heredes tenentur ſoluere legatum totum factum filiabus, quando nupſerint, licet vna moriatur antequam nuptui tradita ſit, quia ſuperuiuẽs totum habere debet, maxime quando fuit inepta ſolutio.*

QVidam Orlandus de Cortona in ſuo teſtamẽto reliquit ſub hac forma. Item reliquit, voluit, & mandauit d. teſtator, quod d. Domina Gabriella ſit obligata dare &, ſoluere debeat Filiabus Nicolai Franciſci de Cortona florenos centum auri, quando nupſerint de fructibus dictarum poſſeſsionum ſibi ſupra relictorum, quos florenos eiſdem ſoluat d. Gabriella ad eius petitionem, & de hoc non poſsit d. Domina Gabriella quoquo modo grauari, niſi ad ſuam voluntatem. In quo teſtamento plura legata fecerat d. Dominæ Gabriellæ, quæ legata agnouit. Et tunc temporis d. Nicolaus habebat duas filias fœminas. Contigit quod mortuo d. teſtatore, mortua eſt vna ex dictis filiabus Nicolai. Poſtea contingit, quòd quando alia filia Nicolai tradita eſt nuptui, prę fata Domina Gabriella ei ſoleat propter d. legatum quinquaginta florenorum. Nũc mortua eſt d. Domina Gabriella. Quæritur. An d. filia Nicolai quæ ſuperuixit eius ſorori debeat habere totum dictum legatum. Ita quòd adhuc poſsit petere à d. Domina Gabriella quinquaginta florenorum: non obſtãte, quòd d. Orlandus noluerit ipſam grauari, niſi ad voluntatem d. Dominæ Gabriellæ.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. † In
1 hac quæſtione ſine dubio dicendum eſt, dictas filias eſſe in d. legato coniunctas, re & verbis. Verbis dico, quia collectiuo vocabulo eis reliquit, ſcilicet filiabus. ff. de uſufruct. accreſcen. l. ſiquis à tirio. & hoc tenat Bar. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. in 3. q. princ. Circa effectum coniunctionis, & in 2. q. circa materiam coniunctionum ibi: Tertio modo fit verbalis coniunctio per nomen collectiuum, &c. Quòd autem iſtę filiæ ſint coniunctę in d. legatore tenet Bart. in 1. q. circa materiam coniunctorum in d. l. re coniuncti. Et ſic iſtæ ſunt coniunctæ & re & verbo per vnitatem ſermonis legãtis. vt l. vnica. §. ſin autem ex his. C. de cadu. tollen. Et ſic nulli dubium, quod cum ſimus in cauſa caduci, quia vna ex dictis filiis deceſſit poſt mortẽ
2 Orlandi antequam nuberet. † Quod d. ſuperuiuens per ius non decreſcendi debet habere totum d. legatum l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Et in ſæpius allegata l. re coniuncti. & in l. 1. ff. de vſufruc. accreſcen. Sed dubium eſt propter onus addictum dictis filiabus de nubendo gloſſ. in d. §. ſin autem ad deficientis. & not. in l. quæ conditio. ff. de condi. & demonſtrat. per Bar. in d. l. re coniũcti. & 4. quęſtione circa effectum coniunctionis, tamen quantum ad caſum noſtrum hoc non eſt tractandum, quia cum tale onus ſit adiectum dictis filiabus ſcilicet de maritandis ſit plurale. † Patet, quod licet lucrum va-
3 dat ad coniunctum per ius non decreſcendi vt dixi tñ tale onus non tranſit. ut d. l. unica. §. ne aſit, quia impoſsibili eſt iſtã maritare niſi ſeipſam &c. Et hoc patet clare & ſic nulli dubiũ in quo dicta ſuperuiuens, quę adimple
a uit condinonem[a] & onus adiectum, quia nu-
4 pſit, debet integre legatum habere. † Reſtat

dubium

dubium, quia teſtator dixit, quod non poſsit
grauari niſi ad ſuam voluntatem &c. quod le-
gatũ eſt conditionale, vt expreſſe firmat Bar.
in l. centeſimis. ff. de verb. obl. in 4. quæſtio-
ne. tamen quia hoc eſt appoſitum præſtatio-
ni legati, non autem ſubſtitutione ipſius le-
gati, debet dici potius eſſe poſitum in volun-
tatem d. Dominæ Gabriellæ, quando debeat,
ſiue ſolui debeat, non autem . . ipſius
legati, ſed an debeat, argumento eius quod
notatur in l. ex his ego. C. quando dies legati
cedat, & l. quidam teſtamento. ff. de leg. 1. Et
ſic tale legatum valet. l. fideicommiſſaria li-
bertas in fi. ff. de fideicommiſſ. libert. cum ſi-
5 mil. † Et ſtatim ea mortua, debetur ab eius
hæredibus, vt per Bar. in d. l. centeſimus. §. fi.
ibi. Ex hoc dicerem, &c. Præterea in vltimis
voluntatibus videtur dicẽdum, quod debeat
poſt mortem priuari, vt l. vxorem. §. pen. ff. de
leg. 3. l. fideicommiſſaria. §. fin. de fideicom. li-
ber. cum iſta Domina Gabriella deceſſerit,
quod venit illa dies incerta, & nunc certifica
ta. Et ſic legatum poteſt peti ab eius hærede,
pro hoc magis clare, quia præfata Gabriella,
ita conſtituit ſe velle ſoluere, & ſic tenentur
eius hæredes, vt d. § ſic fideicom. & hoc tenet
Petr. expreſſe. Quod autem iſta conſtituerit
patet, quia iam ſoluit partem d. legati, & ſic
cum ibi ſubeſſet debitum, patet quod prǫiudi
cauit in reſiduo. vt not. in l. ſi Iulianus ad Ma-
cedonia. & C. ad leg. Falcid. auth. ſed cum
teſtator. Ex quibus omnibus concluditur hæ
redem d. Dominæ Gabriellæ teneri ad ſoluẽ-
dum dictos alios florenos quinquaginta vi-
gore dicti legati, dictę filiæ ſuperſtiti & nu-
ptæ.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſu-
lo ego Andreas Alſerius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Conditionum.* Didac. Couar. in epitho. ſuper tit. de teſtam. cap. Nos quidem, nu. 10. & ſeq.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio nomine mulieris videtur facta, quando mulier ſe dotet, & alius ſtipulatur, & nu. 5.*

2 *Mulierum genus eſt auariſſimum.*

3 *Mulier non præſumitur velle donare dotem fratri ſtipulanti, maxime quando ſtipulatus fuit totam dotẽ. Et in omnem caſum dotis reſtituendæ.*

4 *Frater dotans ſororem præſumitur dotare de bonis ad ipſam mulierem pertinentibus, & per totum.*

6 *Mulier quæ fecit pactum cum marito, vt in caſu dotis reſtituendæ fiat reſtitutio fratri ſuo, præſumitur cauſa donationis feciſſe.*

7 *Actio quæritur ſtipulanti ſibi reſtitui dotem ex pacto nudo in continenti appoſito, intellige hoc in extraneo de veritate, num. ſeq.*

8 *L. mulier bona. §. fin. ff. de iure dotium, & l. cum maritus. §. fi. ff. de pact. dotali, & l. Seia. ff. de dote prælegata, & in l. cum quis. §. nuptura ff. de leg. 3. Loquuntur in Caſo, vbi mulier dabat dotem, & alius ſtipulabatur.*

9 *Fratribus dotantibus ſororem, & ſtipulãtibus ſibi reſtitui in omnem caſum dotis reſtituendæ, actio eis cõpetit pro reſtitutione.*

10 *Ex ſtipulatione ſemper agit ille in cuius perſona loquitur, non ille ad cuius commodum ſit promiſſio.*

11 *Perſona extrinſeca non intelligitur in obligatione.*

12 *Mortuo marito, & ſuperſtite vxore & filio an ſit caſus reſtitutionis dotis.*

13 *Tacito fieri non poteſt, quod ſoluto matrimonio morte viri ſuperſtite uxore, quod remanet penes hæredes, & num. ſeq.*

14 *Frater ſtipulando ſibi dotem reſtitui, appropriauit ſibi actionem in caſu ſoluti matrimonij, & nu ſeq.*

15 *Filij & hæredes vxoris mortuo marito non ſuccedunt in dote, quando fratres dotarunt eam, in caſum reſtitutionis ſibi ipſi ſtipulauerunt reſtitui, nec etiã mortua muliere ſuccedunt.*

16 *Promittens dotem reſtitui in totum vel in partẽ, prout Ius dictauerit, eueniente caſu reſtitutionis debet fieri reſtitutio prout de iure communi, conſuetudine vel lege municipali, & num. ſeq.*

17 *Iuris appellatione de quo intelligatur. d. nu.*

Dos ſoluto matrimonio morte viri debet reſtitui illi cui fuit ſtipulata.

18 *Maritus aliquid emens de pecunia dotali in caſu reſtitutionis dicta bona empta an ſint viri vel vxoris.*

19 *Res mobilis data in dotem licet extimata & deteriorata per vſum mulieris damnum eſt viri, & nume. ſeq.*

20 *Guarnimenta empta ex pecunia dotali in reſtitutione dotis, an ſint reſtituenda, uſq; ad nu. 30. quod ſi fuerit meliorata, vel deteriorata, nume. 22. De intellig. num. 23.*

21 *Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, & venit in reſtitutione, & num. ſeq.*

24 *Maritus debet præſtare diligentiam in rebus dotalibus, & non præſtando tenetur de leui culpa, ſiue ſit commiſſa in faciendo, ſiue in negligendo.*

25 *Confitens habere guarnimenta vxoris penes ſe, præſumitur etiam habere hodie, & niſi probet ammiſſionẽ ſine ſua culpa fuiſſe tenetur de reſtitutione cum ſequentibus.*

26 *Ammiſſio rei debet probari, quando quis obligatur*

 actione

actione ex ſtipulatu ad reſtituendum. Et an tenetur probare ammiſſionem ſine culpa.

34 *Pignoris ammiſſio debet probari per creditorē, dicto numero vbi etiam an ſine culpa tua.*

37 *Furtum ſine culpa non venit.*

38 *Incendium præſumitur culpa inhabitantium acci-diſſe.*

30 *Mulier agit ex teſtamento pro fideicommiſſo ſibi relicto, non autem ad dotem ex ſtipulatione, quam interpoſuit eius frater.*

31 *Obligatio tollitur ſolutione eius, quod debetur.*

32 *L. fin. C. de euictionibus, in quo caſu loquatur.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. In quæſtione prædicta viſo dicto puncto, & ſtatutis allegatis. Eſt videndum primo cui competat actio pro iſta dote. Et dicendū debere eſſe in effectu .d. domi-
1 næ Antoniæ. † Hoc probatur ſic. quādo mulier ſe dotat, & alius ſtipulatur, ille videtur adhibitus ad ſtipulandum nomine mulieris, ff. de iure doti l. mulier bona. §. fin. allegato in l. in rebus. §. Paulus reſpondit. eod. tit. pro hoc optime. ff. de leg. 3. l. cum quis. §. nuptura. facit ff. de dote prælegata. l. Seia. & l. 2. C. de iu-
2 re doti. † Cum enim genus mulierum ſit auariſſimum. ff. ad Velleia. l. ſed ſi ego. in fi. C. de
3 dona. ante nupt. l. ſi à ſponſo. in fi. † Non eſt præſumendum, quod voluerit donare dictam dotem dicto fratri ſtipulanti, præcipue cum fuerit ſtipulatus totam dotem, & in omnē caſum dotis reſtituendæ iuxta notata in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. per Bar. pro hoc optime. Cū enim iſti fratres eſſent debitores d. D. Antoniæ, vigore teſtamenti patris dictorū fratruū & ipſi Antonię. Et vigore teſtamenti eorū ma-
4 tris † præſumendū eſt quòd dictam dotē pro-
a miſerunt tanquam de bonis [a] d. Antoniæ, ad quæ ipſi erant obligati iuxta not. C. de dotis promiſ. l. fin. in glo. & facit quod not. ff. de adminiſt. tuto. l. cum poſt. per Bar. pro hoc optime ſtatutum ciuitatis Piſarum ſub Rubrica, Quod maritus ex morte vxoris lucretur, vbi expreſſe dicitur, quòd ſi frater dotans ſororē, quòd præſumitur dotare eam de bonis ad eā mulierem pertinentibus, niſi aliud ſit actum, vt ibi, ſtatuimus etiam, vt frater dotans, &c. Cum ergo hic aliud non ſit dictum, debemus præſumere ipſam dotem promiſſam de dictis relictis d. Antoniæ factis per eius patrem &
5 matrem, fauore enim dotis † præſumimus dictam ſtipulationem interpoſitam nomine mulieris. arg. l. cum pater §. pater certam. ff de leg. 2. pro hoc optime videtur tex. ff. de neg. geſt. l. pen. Vnde frater dotans ſororem, & ſtipulans ſibi dotem, reddi etiam ſi ſoror hoc ignorat tenetur facere de d. Antonia illud, quod d. ſoror vult, pro hoc ff. manda. l. idemque. §. ſi cui mater pro filia. Cum ergo d. ſtipulatio præſumatur interpoſita nomine d. Antoniæ, ergo eſt ius hæredum. Et ſic d. Nannis hæres d. Antoniæ mediantibus perſonis filij d. Antoniæ, qui deceſſit in infantili ætate, ſuperſtite Antonio eius patruo, & mediante perſona Antonij hæredis & infantis, vigore ſtatuti Piſarum ſub Rubrica de Vltimis voluntatibus. uerſ. eo etiam excepto. Cuius Antonij d. Nannis eſt filius & hæres, & hæreditate ipſius Antonij, ſi legitime (vt pro-
6 ponitur) immiſcuit. † Non obſtat prædictis. l. cum maritus. §. pen. ff de pact. dota. quia ibi mulier fecit pactum cum marito, vt reſtitueretur fratribus, & adhibuerit d. fratrem ad ſtipulandum, vnde pręſumitur eam donationis cauſa hic feciſſe ſecundum Bar. in d. l. quæ dotis. ſed in caſu noſtro nullum interuenit, quia mulier fecit tale pactum, nec d. D. Ioanni adhibuit ad ſtipulandum. In contrarium, quòd actio ſit pro d. dote d. Ioannis ſtipulantis fra-
7 trum † per regulam generalem, quia ſibi ipſi ſunt ſtipulanti. per l. uni. §. accedit. C. de rei vxor. action. l. auia. C. de iure dot. cum ſimili. Et clarius hic apparebit reſpondendo allega-
8 tis in contrarium. † Et primo dico, quòd non obſtat l. mulier bona. §. fin. ff. de iure dot. & l. cū maritus. §. fin. ff. de pact. dotal. quia loquuntur in caſo vbi mulier ipſa dabat dotem, & alius ſtipulabatur. Et ita etiā loquitur l. Seia. ff. de dote prælegat. ita etiam loquitur l. cum quis. §. nuptura. ff. de leg. 3. & l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. Mulier promiſerat dotē. At in caſu noſtro iſta mulier nō promiſit, nec dedit dotem, ita quod non poteſt dici, quod ipſa adhibuit iſtos fratres ad ſtipulandum dotem; ſed iſte ſer Ioannes frater d. Antonij promiſit dotem, & ſtipulatus eſt ſibi reſtitui nullo mandato mulieris præcedente. Et ſic non obſtat l. idemque. §. cui. ff. manda. Vnde non gerebant dicti fratres aliqua negotia mulieris prędictę, nec eorum bona adminiſtrabant. Et ſic non obſtat. ff. de nego. geſt. l. ignorante. Vnde attenta glo. ibi in dicta l. ignorante. ſuper ver. ſtipulatus. ibi frater fuit ſtipulatus nomine mulieris, vt ibi patet, hic autem ſecus. Et per prędicta patet etiam reſponſum ad gloſſ. l. fin. C. de dotis promiſ. qui loquitur ibi, Vbi ille, qui promittebat, dotem gerebat,

rebat, & adminiſtrabat bona mulieris, hic autem non adminiſtrabat bona mulieris & ſic ſuo nomine, & de ſuo videtur dotem promiſiſſe, arg. not. in l. & magiſtri. ff. de ſolut. l. cum poſt. ff. de adminiſt. tutor. Hoc patet liquido, quia ſi iſti fratres itellexiſſent promittere de bonis mulieris, poterant exprimere, & erat eis leue: vnde fuiſſent immediate liberati ab obligatione ex teſtamētis patris & matris d. Antoniç ipſo iure ſolutum eis, quod debebatur, nec erat opus, vt ipſi vellent, quod d. maritus promitteret, quod d. Domina Anto. eos liberaret à dictis relictis, nec enim ſumma dotis conuenit quantitati relictæ dictæ D. Antoniæ. Reſtat ergo, quod dicti fratres videntur promiſiſſe, & ſoluiſſe dic tam dotem de eorū proprio, & remanebat actio. d. Do. Antoniæ pro dictis relictis ſibi factis, à qua ipſa vigore promiſsionis factę per maritū debebat fratres liberare: & ſic per prędicta patet reſponſum ēt ſtatuto cōis Piſarum ſub Rub. . . ibi ſtatutum, &c. Vnde licet videatur promiſiſſe dotem de bonis ipſius mulieris, vt dicit dictū ſtatutum, non propterea ſequitur, quod ſtipulatio intelligatur interpoſita nomine mulieris. Et ſic d. ſtatutum non obſtat nec habet lo-
9 cum in caſu noſtro. † Cum ergo dicti fratres dederint dictam dotē, & fuerunt ſibi ſtipulati in omnem caſum dotis reſeruandæ, ergo eis cōpetit pro reſtitutione dictæ dotis d. l. auia. ff. de iure doti. & quod not. in l. poſt dotem. ff.
10 ſol. matri. † ſemper enim ex ſtipulatione agit ille in cuius perſona loquitur, non ille, ad cuius cōmodum fit promiſsio. l. ſi pro dote. C.
11 de dotis promiſs. per Bar. † Non enim in ſtipulatione intelligitur perſona extrinſeca. ff. de uerbor. oblig. l. ſi ita ſtipulatus la 6. §. Griſogonus. Et hic videtur caſus ad literam ſubtiliter intuiti. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. patre cer-
12 tum. † Videamus modo: An mortuo marito ſuperſtite uxore & filio ſit caſus dotis reſti-
13 tuendę. † Et dicendum eſt quod ſic, quia nullo pacto poteſt fieri, quo ſoluto matrimonio morte viri ſuperſtite vxore, quod dos remaneat penes hęredem, vt eſt tetx. in l. 2. de pact. dotal. & l. 2. C. de pact. conuentis. l. fi. C. ſolu.
14 matri. † Et ſic iſte frater ſtipulādo appropriauit actionem ſibi in caſu ſoluti matrimonij etiam cum filiis. vt not. in l. dos à patre. C. ſol. matr & l. vni. §. videamus. C. de rei vxo. actio. & not. in l. poſt dotem. ff. ſol. matri. per Barto. pro hoc. C. de pact. conuent. l. ex morte in fi. Cū ergo iſta Domina Antonia ſuperuixerit viro patet, quod venit caſus dotis reſtituēdæ, & ſic in d. caſu fuit concepta ſtipulatio, ergo
15 dictis fratribus competit actio. † Et licet dicta Domina poſtea vidua exiſtēs moriatur ſuperſtitibus liberis, tamen d. filius etiam in d. dote non ſuccedit ſecundum Bar. in d. l. poſt dotem in 5. q. ibi, item facit ad aliud pone maritus &c. & Bal. C. communia vtr. iudi. l. illud in 7. q. ibi, item pro conſuetud. ſi ergo pro d. Dō. Antonia habebat alia bona, filius eius ei ſucceſsit, & hæreditatem tranſmiſit ad hæredes ſuos vigore ſtatuti, & iſta dos redit ad illos, qui eam fuerunt ſtipulati. Et in eius filij hæreditate inter cætera reperitur & actio ex teſtamento pro relicto facto d. Do. Antoniæ
16 per eius patrem. Videamus † modo ſuper creditis. Et in hoc primo eſt videndū, quomodo dicta dos debeat reſtitui quia fuit ſtipulatus d. D. Ioannes dotē ſibi reſtitui in totum, vel in partē prout ius dictauerit. Et caſus euenit, an intelligatur prout ius dictauerit, ſcilicet ius cōe: an uero de iure municipali ciuitatis Piſarum. Et videtur, quod debeat intelligi de iure
b cōi [b] tamquam de nobiliori & potentiori [c] vt
c l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. vel emptu. peta. Et hoc in ſimili tenuit Bal. C. de ſer. fug. l. quicūq;, ibi. Sed pone ſtatuto cauetur, qđ frater in teſtamento, &c. quæ deciſio optime probat hāc dotē debere reſtitui vigore d. ſtipulationis de iure cōi, & non ſecundū ius municipale Piſanorum, pro hoc inſti. de iure natu. gen. vel. ciui. §. pen. uerſ. Sed quoties nō
17 admittimus, &c. † Et ſecundum hoc clarum videtur, quod ſoluto matrimonio morte viri dos debet reſtitui illi, qui fuit ſtipulatus, ut not. in l. dos à patre profecta. C. ſol. matr. l. ex morte, de pact. conuen. in fi. cum multis ſimilib. Et ſic debet reſtitui tota dicta pecunia .ſ.
18 500. flore. † Et ſi maritus aliquid emit de dicta pecunia debet ad honorem vxoris ſtare, ſua .ſ. mariti iuxta not. plene. ff. ſol. matri. l. in his.
19 §. ſi ſeruus per Bar. † Poſito enim quod tales res eſſent datæ in dotem, cum fuerint extimatæ, licet mulieris vſu ſint factæ deteriores, damnum eſt uiri. ff. de donat. inter uir. & vxo. l. mortis ſuę cauſa. §. 1. Sed hoc non obſtāte dicendum videtur contrarium ſcilicet qđ poſito quod dicta ſtipulatio intelligatur facta, vt
20 dos reſtituatur ſecundum ius commune † tñ dico, quod hęredes mariti debent & poſſunt pro dicta dimidia reſtituere dicta guarnimenta, quia cum ſint empta ex pacto habito inter dictum maritum, & D. Ioan. ex pecunia do-
21 tali ipſa ſunt dotalia, † vt. ff. de iure dot. l. res q̄ ex dotali, & l. ſi ex lapidicinis, eod. tit. & not.

22 C.eod.titu.l.ex pecunia.† Et ſic d.guarnimẽta empta ex dicta pecunia cũ ſint dotalia debent reſtitui qualia ſunt, ſiue eſſent meliora, ſiue deteriora,vt.ff. de iure dot.l.plerumque.
23 §. quotiens.† Dummodo non eſſent deteriorata, ſiue perempta dolo,vel culpa etiam leui
24 ipſius mariti.†Quia maritus tenetur præſtare diligẽtiam in rebus dotalibus licet in ſuis nõ eſſet ita diligens. Adeo ut dixi tenetur de leui culpa, ſiue ſit commiſſa ex faciendo, ſiue negligendo ſecundum Bart.ff. ſolut. matrim. l. ſi conſtante. §. ſi maritus, per hoc. ff.de iur.
25 dot. l. in rebus dotalibus in prin.† Cum ergo vt patet in d. inſtrumento dotis præfati Philippus & Antonius fuerunt cõfeſſi pęnes ſe habere ipſam cordi: præſumuntur etiam hodie habere, vt l.non ignorabat.C.ad exhibendum, cum ipſa ſint talia, quod ſolo animo p di non poſſiut, vt ſupra dicitur de poſſeſſione. Et ſic non obſtat not. C. de probat.l. ſiue poſſidetis, niſi ergo ipſe Antonius probet eã ammiſiſſe ſine ſua culpa, etiam leui, vt dixi, tenetur ad reſtituendum, cum præſumptio ſit,quod ipſe habeat pęnes ſe, vt dixi, niſi ipſe
26 probet ammiſsionem.† Et cum ſit obligatus actione ex ſtipulatu ad reſtitutionẽ debet ammiſsionem probare, vt dixi, & C.de pignor. actio.l.ſi creditor, & hoc tenet Bar. ff. de edẽ. l. ſi quis ex argentariis. §. Prætor. Et hoc eſt clarũ. Sed an ipſe habeat ꝓbare ſe ammiſiſſe ſiue culpa leui d. ſer Ioan. debet probare, qđ culpa lis ſub iudice eſt ſecundum glo.in d.l.ſi creditor. Sed veritas, qđ hic perpẽdet probata ammiſsione,nam poterit eſſe, quod probabit amiſsionem frater, & tali modo præſumitur culpa abeſſe, vtputa vi maiorum ablata, cui reſiſti non poteſt. Et tunc ſi Ioãnes volet dicere culpam interueniſſe, ipſe habet probare, ſi uerò probabit ſe amiſiſſe, taliter vbi
27 non præſumitur culpa ab eſſe.† Vt puta furto vel inceudio, quæ regulariter non conueniunt ſine culpa furtum paſsi.l.cum duobus.
28 §.damnum.ff.pro ſocio.† Et incendium pręſumitur culpa inhabitantium.ut.ff.de pericu. & commod. rei vendi. l. ſi uẽdita cum ſimili. tunc debet iſte Philippus probare taliter de ſua diligentia, quod culpam etiam leuem excludat, ita tenet Bar. in d. §. Prætor.& Bal. C.
29 de pigno. actio. l.ſi creditor.† Ex quibus omnibus concludo d. Dominum Ioannem vigore d. ſtipulationis poſſe repetere dictam dotem, ſcilicet quingentorum florenorum. Et pro hoc eſt caſus rectè inuenti, in l.cũ pater. §. pater certam.ff.de leg.2. videlicet medietatem in pecunia, & aliam medietatẽ in dictis guarnimentis,prout ſunt ſi extent licet deteriorata, quod arbitrio boni viri ſit. Eſt præſumendum, quod res uſu attritur,& longi tẽporis tractu conſumitur in totum; ſed non eſt veriſimile in caſu noſtro, cum tam breui tempore aſſeratur matrimonium duraſſe. niſi probet amiſsionem,vt dixi, quia tunc tam de iure communi,'quam vigore legis municipalis ciuitatis Piſarum damnum eſſet d. Do.Ioannis. Item dico, quod licet d.Antonius hæres d. Infantis filij d. Philippi & Dom. Antoniæ ſint hęredes ipſius Antonij & Philippi mediante perſona d. Infantis vigore ſtatuti ciuitatis Piſarum ſub rubr. de vltimis voluntatibus &c. ſit hæres d.Antonio. Et in d.hęreditate inueniat actiones competẽtes pro relictis factis d. Dom. Antoniæ per eius ſororem & matrem vt proponitur, & ſupra probatũ eſt,
30 & probatur expreſſe in d.§.Pater certã.† Vbi patet quod mulier agit ex teſtamento pro fideicommiſſo ſibi relicto, non autem ad dotẽ ex ſtipulatione, quam interpoſuit eius frater. Tamen iſtæ actiones in effectu ſunt eliſæ per exceptionem deſcendentem ex ſtatuto ſub Rub. Quod maritus ex morte vxoris lucretur, vbi patet, quod pręſumuntur iſta bona da
31 ta in dotem.† Et ſolutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio. Inſti. quib.mod. tolli.oblig.in prin.ff.de ſolut.l.ſticho.§.naturalis. Item repellitur iſte agens exceptione promiſsionis ſolẽniter facta per d. Philippũ
d Antonium, quod ipſi curabũt.[d] Ita & taliter, quod dicta D.Antonia,nec eius hæredes non peterent dicta relicta facta d. Antoniæ. Et d. Ioannes vel eius fratres ad prædicta ſeruãda eſt obligatus,& etiam vt hæres d. Philippi nõ
e poteſt prædicta petere,[e] iuxta not.in ſimil.in l.ſi ſocer.§. Lucius.ff.ſol.matr.l.exceptionẽ. C. de euictio. &.ff.eod.tit.l.uendicãtem cum ſimilibus.Obſtaret ei exceptio bene peteres, nec tu,& cuius hęres eſſet promiſiſſet me facere à d. Domina Antonia & eius hęredibus
32 tacitum & quietum.† Non obſtat. l.fin.C.de euictio.quia ibi loquitur in caſu ſpeciali. Vnde loquitur ibi in hęrede fideiuſſoris,nos aũt loquimur in hęrede principalium obligatorum. Et ſic illa lex non obſtat.Et per prędicta patet ſupra quęſitis fore reſponſum,& allegatis etiam in contrarium eſſe ſatisfactum.

Et ita dico & concludo, ego Andreas de Alferijs de Cortona.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a *Bonis*. Rip.in l.1. nu. 54. cum multis ſequenti. ff. ſolu.matr. Alciat.in pręfatio.reg.1.pręſump.26. num. 1.

b *Communi*. Communis eſt in contrarium, de qua per Curt.ſenior.conſ.46. Maria.Socci.Sen.conſ. 9.Blancus in tract. de compromiſ.q.1.nu.19.Socci.conſ.81.col.2.lib.1. & conſ.157.col.2.lib. 2. Iaſ.conſ.149.lib.2.Gozzadi. conſ.90.colū.3.Iaſ. in l.omnes populi.nu.21.ff.de iuſti. & iur.tamen Dominus & Pręceptor meus Dominus Marcus Antonius Eugenius Peruſinus legendo tenuit,qđ etiam in d. §. ſed ius loquitur,de iure Municipali Romanorum,& non de iure communi omnium conſiderato, illo tempore tamen non fuere, qui contrarium tenuere, not.ſupra per Iaſ.& Dec. c. licet cauſam, nume.3. & ſeq.extra de probatio.& Blan.ubi ſupra, nu.20.& 21.

c *Potentiori*. Deci.conſ.685.Iaſ.in l. omnes populi. nu.21.ff.de iuſt.& iur. Rip.in l.1.num.5.ff.de vulgar. & pupill. Fely. in cap. ex liberis, col.10. extra de conſtitu.Rip.in rub.ff.ſolut.matr. nu.4. Tiraquel. de vtroque retract. in prima par.§. 30. gloſ.1.nu.15.

d *Curabunt*. Deci.conſ.313. Afflit.deciſ.295.Gramma. late quæſtione 2. poſt eius deciſiones poſita, & Maran.diſput. 7. quidam in fin.tract.de ordi. indi. dixi latiſsime infra in conſilio meo 5.nu.3. & in mult. ſequent.

e *Petere*. Bello.conſ.24.nu.13.Pinel.in 3.par.lib.1. nu.73.& 82.uer.limitatur tertio.C.de bonis mater.Deci.conſ.185.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Auth. Sed iam neceſſe.C.de donat.ante nupt.licet loquatur de augmento dotis habet locum etiam in confeſſione dotis primęua.*

2 *Auth. ſupradicta non tollit mulieri ius commune, ſed ſolum priuilegium, quod datum eſt dotibus.*

3 *Mulier inter cætera priuilegia quæ habet in dote eſt præſumptio ſtipulationis, & tacitæ hypothecæ, & præfertur anterioribus creditoribus habentibus hypothecariam, & nu.12.& ſeq.*

4 *Confeſsio facta per maritum de dote non nocet creditoribus, & ſic non valet, nec etiam legatum factū.*

5 *Vxor ſolum vigore legati poteſt petere dotes.*

6 *Creditores præferuntur mulieri, quæ vult venire ad dotes vti legataria.*

7 *Vxor an vigore confeſſionis factæ per maritum poſſit petere dotem cum ſeq.*

8 *Confeſsioni ſuæ ſtandum eſt.*

9 *Auth. Sed iam neceſſe, loquitur vbi maritus eſt grauatus magno ære alieno.*

10 *Debitum magnum vel modicum, quando dicatur arbitrio iudicis relinquitur, qui conſiderare debet diuerſas qualitates, vt ibi.*

11 *Confeſſio facta per maritum de dote,recepta, non dicitur fraudolenter facta,quādo facultates ſunt ita ampla, vt & mulieri pro dote, & creditoribus ſufficiunt, & nu.22.*

13 *Hypothecam habens pręfertur habentibus ſolum priuilegium, & etiam poſterioribus creditoribus cū ſeq.*

14 *Mulier habens hypothecam, & bona obligata præfertur habentibus principalem obligationem tantum.*

15 *Scriptura reſpiciens fauorem eius, qui ſcripſit non creditur, etiamſi ſcribens iuraſſet.*

16 *Banniti perdunt iura ciuitatis, vnde exbandiuntur, nō autem perdunt ea quæ eis competunt de iure communi, vel gentium, & nu.ſeq.*

17 *Banniti noſtri temporis, qui poſſunt impune offendi, & perdunt bona, ſ[illegible] iura ciuitatis. Vnde exbanniuntur & ammittunt, ita quod non poſſunt ſecundum iura ipſius ciuitatis contrahere, nec teſtari, nec inſtitui, ſed non perdunt ea, quæ ſunt de iure Curtalium Romanorum gentium; vel [illegible]ili.& n[illegible].ſ[illegible].*

18 *Banniti noſtri temporis ſecundum ius gentium, commune, vel ciuile poſſunt contrahere,teſtari,obligari,inſtitui, & capaces ex teſtamento eſſe.*

19 *Bannitus, qui poteſt impune offendi poteſt confiteri ſe dotem recepiſſe, & ob[illegible]gare ſe ad reſtitutionem cum num.ſeq.*

20 *Deportatus poteſt ſe obligare.*

21 *Mulier quę ſibi inuig[illegible]uit in accipiendo tenutam pro eius dotibus, præfertur alijs creditoribus, qui ipſa bona non acceperunt.*

23 *Statutum generaliter & indiſtincte loquens, generaliter,& indiſtincte intelligi debet.*

24 *Mulieri licet vigi[illegible]re pro d[illegible]t[illegible] ſuis.*

25 *Pro dotibus in dubio iud[illegible]andum eſt.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. In quæſtione iſta ego omittam tractare ſuperflua, & veniā ad veritatem facti. Et quia iſta quæſtio vertitur ſuper intelligentia Auth. ſed iam neceſſe.C.de donatio. ante nupt. ſ[illegible]pta ex corpore auth. de
1 æqualitate doti. §. aliud quoque col. 7. † Præmitto, quod licet tex. in d.auth. loquatur de augumento dotis,tamen habet locum etiam in confeſsione dotis primęuæ, hoc eſt ſi non tractatur de augenda, quia nulla erat,ſed conſtituenda conſtante matrimonio, ita not. dicit Cin.in d.auth.Sed iam neceſſe,& Bar ibi
2 dem in eam princ. † Secundo præmitto quod D. Auth. nō tollit mulieri ius comm[illegible]ne,ſed ſolum priuilegium, quod datum eſt dotibus, vt patet in d. §. aliud, verſ.ſin autem mulier,
3 ibi ſciat priuilegium nō habiturum, † ſed inter cætera priuilegia quæ habet mulier in do-

te eſt præſumptio ſtipulationis. l. uni. C. de rei
vxor. actio. & tacitæ hypothecæ, vt ibi. Et
a præfertur anterioribus creditoribus [a] haben-
tibus hypothecariam. l. aſſiduis. C. qui potior
in pig. haben. & not. in l. 1. ff. ſol. matr. C. de
priuil. dot. l. 1. His ſic præmiſsis, licet gloſ. di-
ſputet ibi, vtrum habeat locum in marito nõ
habente creditores tempore factæ confeſsio
nis, ſed eos querente poſtea, ſed in caſu no-
ſtro nõ eſt neceſſe tractare quia hic dicitur d.
ſer Nannem habuiſſe creditores tẽpore, quo
fuit confeſſus, ita quod ſumus de directo in
4 caſu textus. Modo ſic præmiſsis videtur ob-
ſtare d. Auth. talem confeſsionem non vale-
re, nec etiam quod poſtea in teſtamento lega
uerit, videtur valere. l. quæ teſtamentum. ff.
de probat. l. cum quis. §. conditionis. ff. de leg.
3. & l. Lucius. §. Sempronie, eod. titu. ff. de li-
be. legat. l. Aurelius. §. fin. Et ita tenuit Cin.
in ſimil. C. de ſacroſan. Eccle. l. 1. per Bar. in d.
l. cum quis. §. titia. & l. hac edictali. C. de ſecũ.
nupt. Sed in caſu noſtro tam in confeſſione
primo facta per d. ſer Nannem, quã etiam in
relicto in teſtamento non apparet de inſtru-
mento. Remanet ergo quod talis confeſsio
b non præiudicat [b] creditoribus. † Et ſolum d.
5 Domina poteſt petere dictas dotes vigore le-
gati, d. l. Aurelius. §. fin. l. ſi non deſignata. C.
6 de falſa cauſa ædicta. † Et ſic ſi uenire vult vt
legataria nulli dubium, quod creditores præ-
7 feruntur. † His non obſtantibus videtur dici
debere contrarium, ut iſtam Dominam poſ-
ſe petere vigore dictæ confeſsionis factę per
d. Nannem anno Domini Milleſimo quadri-
genteſimo quinto, Die 17. Ianuarij Indictio-
8 ne 14. Et primo, per regulam, quia confeſ-
ſioni eſt ſtandum. l. generaliter. C. de non nu-
mer. pecu. cum multis ſimilib. & ſolum ſuffi-
cit d. Domina reſpondere obiectis. Et primo
dicitur, quod d. Auth. non habet locum in ca
9 ſu iſto. † Quia loquitur ubi maritus eſt graua
tus magno ære alieno, & eſt gloſ. not. d. auth.
ſed iam neceſſe, & ita not. dicit Cin. ut puta,
ſi ſoluendo debitum ſibi nihil vel modicum
reſtat, ſed in quæſtione noſtra aſſeritur, quod
in bonis d. ſer Nannis remanſerunt tot bona
vltra ea quæ accepit d. Mulier pro dotibus tẽ-
pore, quo ipſa Dña accepit tenutam pro di-
ctis dotibus & ſufficiebat creditoribus, quos
tunc temporis dictæ factæ confeſsionis d. D.
Ioannes habebat. Ergo d. Auth. nec diſpoſita
in ea nocet d. Dominę. Et ita tenet Bald. Pro
hoc optime gloſ. C. qui dare tuto. poſ. aut. mi
10 nores. † Et dicitur modicũ vel magnum de-
bitũ arbitrio iudicis. vt eſt gl. in auth. vt ij qui
ſe obli. habent res mino. in gl. quæ incipit lo-
quitur ergo, & ita tenet Bar. in d. auth. mino-
res, poſita qui tuto. poſſunt. Eſt. n. in arbitrio
iudicis, vt conſiderata qualitate perſonarũ. ff.
de re iudi. l. ſed ſi ſuſciperet. §. 1. & ſacultati-
bus d. ſer Nannis, vt not. in d. auth. ſi iam ne-
11 ceſſe. † Sed cui dubiũ, quod ſi facultates ſint
amplæ, quod ſufficiunt & etiam mulieri pro
dotibus, vt dixi, & creditoribus, qđ hic nulla
eſt fraus nec deceptio. l. ſi quis in pignore. §. 1.
ff. de pigno. actione. Vnde uidetur caſus, ergo
quilibet bonus iudex debet arbitrari d. Dom.
Nannem tempore d. confeſsionis non fuiſſe
grauatum magno ęre alieno. Et ſic diſpoſita
in d. authen. ſed iã neceſſe, non nocere d. Do
minæ, quin poſsint retinere pro dotibus ſuis
12 confeſſatis bona quæ accepit in tenutã. † Cũ
ergo vt pręmiſsi d. auth. ſed iam neceſſe tol-
lat mulieri ſolum priuilegium dotis, hoc eſt
prælationis præſumptæ ſtipulationis, & taci
tę hypothecę, ſed manet ei ius tacite, quia
vt ſic loquar denegat ſibi lex ſuã: q̃ legis priui
legiũ, nõ aũt quod ſua prouiſione ſibi q̃ſiuit,
ſed per ſuã prouiſionẽ habet expreſſam hypo
13 thecã, vt patet in d. inſtrumẽto cõfeſsionis. †
Et ſic non eſt dubiũ, quod habens hypothecã
præfertur habentibus ſolum principalẽ. l. pri
uilegia. ff. de priuilegiis creditorum. l. eos. C.
qui potio. in pigno. haben. & pręfertur poſte
c rioribus, [c] l. licet. l. diuerſis, & l. 1. & l. aſsiduis.
14 C. qui potio. in pigno. habẽ. † Cum ergo iſta
mulier habeat hypothecam, & obligata bona
præfertur habẽtibus principalem obligatio-
nem tantum. d. l. eos. Item etſi haberẽt hypo-
thecam, & iſta mulier habeat etiam hypothe-
cam, hoc eſt obligationem bonorum, primo
patet, quod pręfertur d. l. licet, & l. diuerſis, &
l. generaliter, & l. aſsiduis. & quod ibi not. C.
qui potio. in pign. hab. Concludamus ergo d.
D. vigore dictę cõfeſsionis factæ per d. Dom.
Nannem eſſe potiorem pro dictis dotibus di
ctis creditoribus. Nõ obſtat prędictis ſcriptu-
15 ra facta à d. Nanne duplici ratione, † quia
primo eſt in eius fauorem facta, & ſibi nõ de-
bet credi. C. de probatio. l. exemplo. & l. ra-
tiones, etiamſi iuraſſent, & auth. ibi poſita, &
not. ff. de leg. 3. l. cum quis. §. titia. in gl. Secũda
ratione, quia patet contrarium per eius dicti
Nannis confeſsionẽ ante & poſt. Videlicet
in teſtamento factam. Et ſic talis ſcriptura fa-
cta in d. libro nõ patrocinatur dictis credito-
ribus. Non obſtat, quod dicitur de bãno. Vi-
delicet qđ dictus Dominus Nannis erat Bã-
nitus

16 nitus &c. † Quia Banniti [d] perdunt iura ciui-
d tatis, vnde exbandiũtur. ff. de capitis diminut. l. admiſsione. §. qui deficiunt & l. tutelas, in prin. non aũt perdunt ea quæ eis cõpetunt de iure cõi, vel gentium. l. eas. ff. de cap. dimi. & not. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebell. per Io. de Arc. & Bar. & in l. eius qui ĩ fi. ff. de reſtam. per Bar. Vnde quidquid dicat gl. Inſti. quibus
17 mod. ius patri. potiſ. ſol. §. relegati. † Banniti noſtri temporis, qui perdunt bona, & poſſunt impune offendi perdũt ſolum iura ciuitatis, vnde exbaniuntur, ita qđ non poſſunt contrahere nec teſtari, nec inſtitui ſecundũ iura ciuitatis, ſed non perdunt ea q̃ competunt de
18 iure ciuilium Romanorũ gentiũ, vel ciuili. † Et ſic ſecundum iura gentiũ, & ſecundũ ius cõe poſſunt contrahere, teſtari, obligari, inſtitui & capere ex teſtamento ſecundũ ius cõe prædictum. Ita tenet clariſsime Bart. in quæſtione quã diſputauit, q̃ incipit. Statuto Lucanæ ciuitatis cauetur &c. C. de hæred. inſti. l. 1.
19 per Bal. † Ergo præfatus ſer Nannis exiſtens Bannitus taliter, quod ſecundũ ordinationẽ
e ciuitatis Florẽtiæ potuiſſet impune offendi, [e] potuit talem confeſsionẽ facere, & ſe ad reſti
20 tutionem dictæ dotis obligare. † Quia ẽt deportatus põt ſe obligare. l. deportatus. C. de bonis proſcrip. Et idẽ tenet Bar. in l. tutelas. §. ſi libertate. ff. de capitis diminut. Ex quibus patet rñſum allegatis pro parte dictorum creditorum. Concludamus ergo d. Dominã pro dictis dotibus ex ſua prouiſione, hoc eſt pro ſtipulatione per eam interpoſita, & ex hypotheca, & in legato bonorum ei facta per d. D. Nannem de iure cõi eſſe potiorẽ dictis creditoribus, licet etiam anterioribus tempore habentibus principalem tantum per d. l. eos. C. qui potio. in pign. hab. cũ ſimili. & d. auth. ſed
21 iam neceſſe ei non obſtare per ſupradicta. † Et cũm d. D. ſibi vigilauerit in accipiendo tenutam pro eius dotibus præfertur alijs creditoribus, qui ipſa bona non acceperunt, ut. ff. quæ in fraud. creditorum. l. qui autem. §. ſciendum. Vnde à ſufficienti partium enumeratione iſta non poteſt inquietari à dictis creditoribus, in d. bonis pro dictis dotibus, ut dixi, q̃a habet ea hypotheca: & ſecũdo quia ea habet tenutã d. §. ſciendum. Nos dicatur, ꝙ talis cõfeſsio dotis fuit facta in fraudem dictorũ cre-
22 ditorum. † Oſtendo, ꝙ hoc non obſtat, quia, vt dixi, aſſeritur remanſiſſe tot bona d. ſer Nãnis, quæ ſufficiebãt etiam dictis creditoribus, & ſic ceſſat deceptio, & præſumptio fraudi. l. ſi quis in pignore. §. 1. ff. de pignor. actio. & qđ vltra probatum eſt, quod ſecundum veritatẽ peruenit ad manus d. ſer Nannis pecunia d. Dominæ Antoniæ, ſcilicet 150. florenorum, quos habuit à Domina Fia, & D. Antonia matre, d. D. Antoniç vigore laudi lati inter d. Dominam Fiam, & D. Antoniã, & ſic aſſeritur. Nec obſtat ſi diceretur, ꝙ talis probatio non admittitur in caſu noſtro, nec per confeſsionem partis aduerſæ hoc eſt dictorum creditorum, ſecundum gloſ. in d. §. aliud & Cin. Bar. & Bald. in d. authen. ſed iam neceſſe, quia fateor in caſu illo, ſcilicet vt mulier utatur priuilegio, ſed nos ſumus extra illũ caſum. Vnde iſta mulier non vult vti aliquo priuilegio, ſed ſolum iure communi. Quod vltra eſt ſtatutum prædictum loquens, quod contra inſtrumentum quarentigiatum non poſsit ali-
23 quid opponi. † Quod ſtatutum cum loquatur
f generaliter, & indiſtinctè generaliter [f] intelligi debet. l. 1. §. quod autem. ff. de aliato. ff. de teſtam. mili. l. in fraudem. §. fin. cum ſimil. Ex quibus omnibus clare patet d. Do. Antoniã eſſe potiorem dictorum creditorum, tũ quia, vt dixi, d. Auth. ſed iã neceſſe non nocet ſibi: tum quia habet ius commune pro ſe, ſcilicet, quia habet hypothecam, & obligationem bonorum. Et illi creditores ſolum perſonalem per d. l. eos. & l. priuilegia, tum quia non eſt fraus aliqua dictis creditoribus, quia remanſerunt alia bona d. ſer Nannis, vnde poſſunt ſibi ſolui per d. l. ſi quis in pignore. §. 1. tũ quia poſito, ꝙ nõ remanſiſſent alia bona d. Dom. Antonia ſibi vigilauit in accipiendo tenutã pro dotibus ſuis, vt d. l. qui autem. §. ſciendũ,
24 & §. apud labeonem. † Licuit enim d. Dom. Antoniæ vigilare ad conſequendam dotem ſuam. l. ſumma. §. ſi alij. ff. de peculi. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credito. pro hoc optime. ff. de bonis auct. iudi. poſsi. l. ſi non expedierit. §. Vnde clare patet, quòd licuit iſtæ Dominæ accipere, ne alij creditores hoc reuocent. Nõ obſtat ſi diceretur, quod iſti creditores vellẽt reuocare tamquam alienata in fraudẽ, quia reſpondetur, vt dixi, hic non eſt participata fraus, cum d. Mulier, quę tractat de ſuo debito dotis recuperando. Et ſic patet iſtam Dom. Antoniam plenam iuſtitiam fouere cõtra d.
25 creditores etiam de iure communi. † Facit regula generalis, quod in dubio pro dotibus
g eſt iudicandum.

Et ita dico & concludo, ego Andreas de Alferiis de Cortona.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a *Creditoribus.* Late Dida. Couaru. lib. 1. variarum reſolut.cap.7.nu.4.& ſeq. vbi late de materia huius conſilij. Rip. d.l. 1. ff. ſol. matri.nu.1. Socci. in tracta.fallen. reg. 109. dotis cauſa. Andr. Tiraq.lib.2. de retract.§.4.gloſ.6.nu.14.Bello,cõſil.24. nu. 2. Et iſtud priuilegium non tranſit in alium.Bar.in d.l. 1.nu.2.

b *Præiudicat.* Docto.in l.1.vbi Socci.nu.28.ff.ſolu. matri. Iaſ.in §.fuerat.Inſti.de actio.Tiraq. in lib. 2. de retract. §. 1.gloſ. 28. Rota Neapoli. deciſ. 402. Aretin. conſ.36.Cozzadin.conſ.78. & 42. Granet. conſ.40.Ruin.conſ.58.&105. lib. 2.Bello,conſ.4.nu.6.Didac.Couar.d.lib.1.reſolu.c.7. nu.6.uerſ.creditoribus.

c *Poſterioribus.* Didac.Couar.d.lib.1.reſol.nar.c.7. nu.2.& ſeq.

d *Banniti.* Recurre ad Cagnol.in procem.fforum.§. hæc antem tria,nu.261.& ſeq.Tiraq.lib.1.de retract.§.1.gloſ.9.num.28. lat[illegible]ſime Caſtaneus in conſuetu. Burgundiæ titu. dele. confiſcationes, §.1.uerſ. qui confiſque le corpus,num. 45. cum multis ſeq.

e *Offendi.* T[illegible]le ſtatutum valet. Bar in l.omnes populi,nume.29.ff.de iuſt & iure. Marſi.in pract. crimi.in uer.a[illegible]ggredior,& in ſing. 210.circa med. Alciat.d[illegible] præ[illegible] pti[illegible].reg.1. præſumptio.2.Tira[illegible] in tra[illegible] de pœn.cauſa.14.Duenas,lib.1. reg. u[illegible]r.r[illegible].68.Bann[illegible]us ex forma.

f *Iudicandum.* Deci.& Cagno.in l. in ambiguis. ff. [illegible]. iur.ubi late. Alci.de præſumpt.reg.3.præſu[illegible]ptio.41.

g *Generaliter.* Baue.inſti.de uulg.ſubſti.§.ſed inſtitu[illegible]to. Socci. tract. fallen. reg.229. Lex. Bello.lib.2. [illegible]up. cap.14. nu.3. & .l.3.cap.18.nu.2.& 3.ubi ii-mi.d.conſ. 6.nu.13.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Quo remedio ſubuenitur [illegible] vel hæredibus in caſu reſti[illegible]utionis dot[illegible], q[illegible] dos non fuit ſoluta cui fuit promiſſa. Et mari[illegible] qui eam recepit non ſe obligauit ad reſti[illegible]utionem.*

2 *Dos debet d[illegible]ſeruire oneribus matrimonij.*

3 *Dos debet eſſe ſemper penes illum, qui onera matrimonij ſubſtinet.*

4 *Dos recepta per patrem mariti, ſtatim mortuo patre debet aſſignari marito: etiã ſi dictus maritus non eſſet hæres ſui patris*

5 *Maritus pro dote recepta per patrem ſuum, quando non eſt hæres, pro dote recuperanda, agit vtili iudicio, debet tamen cauere.*

6 *Dotem recipiens licet non obligetur ad reſtitutionem, nihilominus intelligitur obligatus, & eius bona facis hypothecata pro reſtitutione cenſetur, ut ſi expreſſe ſtipulatio de dote reddenda interpoſita fuiſſet, & hoc per priuilegium conceſſum mulieribus.*

7 *Priuilegium tacitæ hypothecę & fictę ſtipulationis cõn[illegible]ſcatur vna cum ipſa actione, tranſit ad filios & hæredes.*

8 *Diſcuſſio principalis debitoris primo fieri debet antequam procedatur contra tertios poſſeſſores.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. Viſo inſtrumẽto confeſsionis dotis factæ per Michaelẽ olim Angeli de dote ſibi data per dictam Magdalenam filiam olim Gilij Andreę, & vxorem dicti Michaelis manu ſer Vgoccionis Laudi. Et viſo inſtrumento promiſsionis dictæ dotis factæ per d. Magdalenam Angelum Landi Patri, d. Michaelis, vt patet manu ſer Nicolai Vannis Manuelli. Et præſuppoſito, quod d. Angelus poſt contractum matrimonium inter d. Michaelem & Dominam Magdalenam deceſsit ſuperſtitibus Bartholomęo, Chriſtophoro, & d. Michaele, & Iuliano filijs legitimis, & naturalibus d. Angeli, & conſtante, & durante matrimonio, inter d. Michaelem, & Dominam Magdalenã. Demum d. Michael poſt factam d. confeſsionem per eum deceſsit, ſuperſtite d. Domina Magdalena eius vxore, & ſuperſtitibus Nicolao & Ioanne filiis legitimis & naturalibus, d. Michaelis, & Dominæ Magdalenæ iugalium prædictorum. Poſtea moritur dicta Domina Magdalena ſuperſtitibus dictis Nicolao & Ioanne eius filiis & hæredibus. Nunc quæritur de remedio, & à quo d. filij & hæredes dictæ Dominæ Magdalenę,
1 quo poſsint dictas dotes repetere. † Et dubiũ iſtud vertitur, ex eo quia dos prædicta non fuit ſoluta Angelo, cui fuit promiſſa. Et Michael maritus, qui confeſſus fuit eam recepiſſe, non obligauit ſe ad reſtitutionem, nec promiſit eam reſtituere. Et per conſequens iſta mulier vel eius hæredes videntur deſtitu-
2 ti omni iuris auxilio ſiue remedio. † Et ad veritatem, & deciſionem huius dubij, ego præ-
a mitto, quod dos debet deſeruire oneribus [a] matrimonij, vt l. pro oneribus. C. de iure do-
3 tium. † Et ſemper debet eſſe penes illum, qui
b d. onera ſubſtinet. [b] † Adeo quod, etiamſi pa-
4 ter prædictus recepiſſet. d. dotem ipſa dos debet aſsignari d. Michaeli ſtatim mortuo. d. Angelo eius patre. l. ſi is. §. 1. ff. de iure doti. ff. famil. erciſc. l. ſi filia. §. hoc amplius, & l. ſi maritus.

ritus, & l.ſundus, qui dotis, eod. titu in princ.
Et ſunt hæc vera etiamſi. d. Michael maritus,
d. Dominæ Magdalenæ non eſſet hæres d. An
geli, vt probatur in d. §. hoc amplius, & d. l. ſi
maritus. ff. ſol. matr. l. ſi conſtante. §. 1. in gloſ.
5 & l. ſi marito pupillo. §. cum pater. † Et ageret
tunc d. Maritus contra hæredes patris, quan-
do ipſe non eſſet hæres vtili iudicio tãquam
hæres, vt l. 2. §. 1. ff. de dot. prælegat. Verũ eſt,
quòd iſte maritus debet cauere de identitate
hæredibus patris, vt l. pater. ff. de dote prꝗleg.
cum concord. Hoc ſic præmiſſo ad oſtenden
dum, quoniam dos debet eſſe penes maritũ,
tamen in caſu noſtrò hoc non aduenit, quia
dos nõ fuit ſoluta d. ſocero, & per conſequẽs
6 iſte maritus ab hꝗredibus ſocerꝗ non petiit, b †
ſed ueniendo ad quæſitum dicẽdum eſt, d. Mi-
chaelem ex eo, quòd ipſe dotem recepit fuiſ-
ſe, & intelligi legitime obligatum, & eius
bona eſſe & intelligi tacite obligata, & hy-
c pothecata [c] pro reſtitutione d. dotis, d. Do-
minæ Magdalenꝗ, vt ſi ſtipulatio de dote red
denda fuiſſet interpoſita. tex. eſt pro hoc. C.
de rei vxor. actio. l. vnica in princi. & §. & vt
plenius. C. qui potio. in pign. habe. l. aſſiduis.
§. ad hoc inſti. de action. §. fuerat, & not. plen.
ff. ſol. matri. l. 1. Eſt enim hoc priuilegium da-
tum mulieribus, vt licet ſtipulatio pro reddẽ
da dote, nec de obligatione, & hypotheca bo
norum non ſit interpoſita, quod intelligatur
iuris fictione interpoſita, vt ignorantia nõ no
ceat mulieribus, vt d. l. vnica. §. 1. ibi. Et ut ne-
mo etiam, & d. l. aſsiduis. §. ad hæc. Concludẽ
dum eſt ergo, quod licet d. Michael non ſit hꝗ
res patris, tamen ipſe & eius bona fuerunt, &
ſunt tacite obligata, & hypothecata pro reſti-
tutione d. dotis per eum receptꝗ. Et ipſa Do
mina Magdalena, & Gilio, ipſi Dom. Mag-
dalenꝗ beneficio legis, & fictione iuris hoc
prꝗſumẽtis per d. l. unica. C. de rei uxor. acti.
7 vbi eſt caſus noſtræ quæſtionis. Quod † priui-
legium fictꝗ ſtipulationis, & tacitꝗ hypothe-
cꝗ, cum naſcatur vna cum ipſa actione tranſit
ad dictos filios, & hꝗredes d. Dominæ Magda
lenꝗ, vt not. qui poti. in pigno. hab. l. aſsiduis,
per Cin. in 2. oppoſi. & in 4. Et C. de priuil.
dotium. l. vnica, & hoc tenet Bar. ff. ſol. matri.
l. 1. & l. quia tale, & l. poſt dotem, in pen. quꝗ-
ſtione eod. tit. Reſpondendo igitur. q. dico,
quod iſti filij & hæredes d. Dominꝗ Magdale
nꝗ debent agere primo contra hꝗredes d. Mi-
chaelis, & eis condemnatis diſcuti ſi ſint bo-
na in d. hꝗreditate. Vnde poſsint eis de dicta
8 ſatisfieri. † Et ſi facta diſcuſsione non repe-
riuntur tot bona ſufficientia ad ſolutionem
d. dotis. Tunc agatur hypothecaria cõtra ter-
d tios poſſeſſores [d] ſecundum not. C. de pigno.
& hypothe. auth. hoc ſi debitor. Et C. de fide-
iuſ. auth. prꝗſente, & in corpore. Vnde ſumi-
tur, & plene notat Bar. in d. auth. prꝗſente.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo
ego Andreas de Alferiis, &c.

ANNOTATIONES.

a *Oneribus*. Duar. lib. 1. diſputa. anniuer. c. 60. Paul. de Caſtro, conſ. 31. Quod eſt in lib. 1. conſ. matri. diuerſ. nu. 7. Alex. conſ. 78. col. 1. l. 5.

b *Subſtinet*. L. in inſulam. §. uſuras. ff. ſol. matr. l. patri. in prin. ff. de doli excepti.

c *Hypothecata*. Iaſ. in §. fuerat. nu. 31. Inſti. de actio. & §. item Seruiana nu. 71. eod. tit. Rip. in d. l. 1. nume. 30. ff. ſol. matri. late Didac. Couar. lib. 1. variar. reſol. cap. 7. nu. 1. & per totum.

d *Tertios poſſeſſores*. Catel. Cot. in memo. in uer. fideiuſſor. Bar. & Iaſ. in l. decem. ff. de uer. obli. Soccin. in tract. fallen. reg. 134. excuſsio Grauet cõſ. 201. lib. 2. Socci. lib. 3. cõſ. 80. Guid. Pap. q. 432. Cagno. in proœ. ff. orum. nu. 212. Couar. lib. 3. variar. reſol. cap. 18. nu. 3. & lib. 1. cap. 8. nu. 6. uerſ. eſt & alia eiuſdem Paris. conſ. 53. lib 3. Necuſan. in tracta. de pignor. & hypothe. in octaua parte, primo membro, 4. concluſio. nu. 11. & ſeq. Duen. lib. 1. reg. vtr. iur. reg. 335. fideiuſſor. Cortonæ hoc non vendicat ſibi locum per ſtatutum poſitum in lib. ſecundo ſtatutorum d. ciuitatis rub. 16. & eſt etiam de mente. Bal. nouel. in tract. de dote, octaua parte, priuileg. vlti. Roma. in l. ſi conſtante in prin. ff. ſol. matri.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias ſoluto matrimonio, an ſolui debeat de tota dote promiſſa, vel tantum de ſoluta & per totum, & maxime, nu 8.*

2 *Declaratio dotis quꝗ fieri debet per aliquem trahitur ad tempus promiſſionis dictꝗ dotis.*

3 *Promittens certam quantitatem dotis declarandã per aliquem facta declaratione, talis promiſsio cenſetur eandem ſummam ab initio promiſiſſe.*

4 *Pactum donationis propter nuptias non refert ſe ad dotem promiſſam vel receptam cum nu. ſeq.*

5 *Dos fit ex ſola promiſsione. Intellige eſſe verum reſpectu mulieris, vt illa dicatur dotata, vt nu. ſeq.*

7 *Dubitare non debemus vbi eſt caſus legis.*

8 *Donatio propter nuptias eſt lucranda pro rata dotis ſoluta.*

Intelli-

9 *Intellige eſſe uerum, niſi ſteterit per partem mariti, quo minus dotem reciperetur, num. 4. in conſ. infra ſequen.*

PEtrus Martini promiſit ſolue
re Nicolao & Ioanni eius
filio pro dote & nomine do-
tis Dominæ Annæ filiæ d. Petri & vxo-
ris d. Ioannis quãtitatem florenorum
declarandam per Donatum & Ange-
lum. Et dicti Nicolaus & Ioannes do-
nauerunt quartam partem dotis decla
randa quam d. Domina Anna lucre-
tur, ſi ſuperuixerit d. Ioanni eius viro
futuro, & promiſerunt reſtituere in ca
ſu &c. Demum dicti declaratores de-
clarauerunt dotem eſſe 400. floreno-
rum, de qua quantitate d. Petrus ſoluit
182. floren. auri & non plus. Demum
conſummato matrimonio per paucos
dies d. Ioannes deceſsit. Nunc vero d.
Petrus pro parte d. Dominæ Annę pe-
tit quartam partem florenorum qua-
dringentorum pro donatione propter
nuptias ſibi facta, replicatur, quod cũ
non fuerint ſoluti niſi centum octua-
ginta duo, quod non debetur donatio
niſi pro illa rata. Quæritur quid iuris.

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti, Amen. Ego
in hoc negotio non vtar lõ-
go ſermone, vel longis alle-
gationibus, ſed deueniã ad
1 deciſiouem. † Et præmitto,
2 quod declaratio dictæ dotis † trahitur ad tẽpus
d. promiſsionis, hoc expreſſe probatur in l.
1. C. de codi. facit. l. aſſe. de hæredi. inſtitu. ff.
de condit. inſtitu. l. inſtitutio talis. ff. de cõdit.
& demonſtra. l. ſi ita ſcripſero, cũ ibi not. per
3 Bar. † Et eſt ac ſi iſte ab initio promiſiſſet 400.
floren. auri pro dote, & pactum fuiſſet factũ,
quòd iſte Nicolaus & Ioannes nomine dona
tionis ꝓpter nuptias donaſſet iſti Petro quar-
tam partem d. dotis 400. florenornm: & iſta
4 eſt veritas per iura ſupradicta. † Præmitto, ꝙ
iſtud pactum donationis propter nuptias nõ
refert ſe ad dotem promiſſam, nec ad dotem
receptam. Et ſic non habet locum, quod poſ-
5 ſit dici. Quod † ex ſola promiſſione fit dos l.
cum poſt. §. 1. & l. cum plures. §. fin. ff. de admi
6 niſt. tut. & C. de rei vxor. actio. l. 1. §. accedit. †
Quia illud eſt verum reſpectu mulieris, vt il-
la dicatur dotata l. titio. centum. §. titio, verſ.
ante nuptias. ff. de condit. & demonſt. per Bar.
in conſ. 44. incipiente. Statuto communis Sa
reteani cauetur, &c. (eſt in lib. 2. conſ. 133.)
Item præmitto, quod intimare non debet ali
quid vtrum ſteterit per dictos Nicolaum &
Ioannem, quo minus receperint d. dotem, &
vt non obſtat mihi determinatio Bar. in dicto
conſ. Et vt non obſtet. C. de donat. ante nup.
aut dos data, & quod ibi not. ſi. n. diceret, ꝙ
iſte donabat quartam partẽ dotis, ergo poſt-
quam eſt declarata, illi conuentioni eſt ſatiſ-
factum. Poteſt reſponderi præmittendo, ꝙ
idẽ operatur, ac ſi ab initio promiſiſſet quar-
tam partem dotis, quæ tunc ponamus eſſet
declarata 400. floren. His præmiſſis ego dico,
quòd iſta quæſtio meo viſu deciditur per ca-
7 ſum legis. † Et ideo ſuper vacuum eſt de ea
8 dubitare. l. ancillę. C. de furtis. † In quæſtione
enim propoſita dico dictam Dom. Annam lu
crari donationem propter nuptias pro rata
ſolutæ dotis, vt eſt text. in auth. de non elig.
ſecundum nuben. §. illud, colũ. 1. Et hoc ex-
preſſe tenet Bar. in l. iubemus. §. ſane. C. de ſa-
9 croſanct. eccleſ. † Et hoc eſt verum niſi ſtete-
rit pro parte mariti, quo minus dotem recipe
ret, quia tunc eſſet aliud. Cum ergo ut dixi ha
beamus caſum legis decidentis hanc quæſtio
nem, ſcilicet, quod mulier lucretur in quæ-
ſtione prædicta donationem propter nuptias
pro rata ſolutæ dotis, non eſt inſiſtendum vl-
terius in allegationibus, & ſatis per euidẽtia-
lia debet eſſe ſatisſactum dubitationi in con-
trarium, ſi quis dubitaret, quod minime eſt
faciendum, vt dixi.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſu-
lo ego Andreas Alferius de Cortona.

CONSILIVM XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Dos dicitur ſoluta reſpectu mulieris poſtquam vir con feſſus fuit ſe recepiſſe, licet non receperit & adſit promiſſio de ſoluendo in certis temporibus. Et mulier lucratur integram donationem propter nuptias.*

2 *Confeſſio de dote recepta non præiudicat viro, quando non recepit, & ſtatim poſt confeſſionem ſit promiſ- ſio*

ſio & pactum deſoluĕda in diuerſis talis, quia videtur facta talis confeſſio ſub ſpe futuræ numerationis.

3 *Coniecturis opus eſt in incertis non certis.*

4 *Mulier non lucratur donationem propter nuptias, niſi pro rata ſolutæ dotis per eam, vel per patrem, vel per alium promittentem dotem, & numero 6. vt ſupra conſi. præcedenti numero 1. & 9.*

5 *Dubitatio nulla eſſe debet, vbi eſt caſus legis.*

7 *Dos quando non fuit ſoluta in termino appoſito in contractu pars mulieris dicitur fuiſſe in mora, & quare.*

8 *Mora nocere debet, & non prodeſſe.*

QVidam Nicolaus de Cortona accepit in vxorem quandam A. & confeſſus eſt ſe habuiſſe in dote ipſius A. à Nerio patre dictæ A. florenos 300. auri, cum pacto, quòd ſi contigerit matrimonium ſolui morte d. A. Dictus Nicolaus promiſit dictam dotem reſtituere dicto Nerio, ſi matrimonium ſolueretur ſine filijs, ſi autem cum filijs, tunc nullatenus teneatur ad reſtitutionem dictę dotis. Si vero matrimoniũ ſolueretur morte dicti Nicolai, tunc promiſit d. Nerio ſtipulãti pro d. domina A. dictam dotem reſtituere ei. Et quod verſa vice d. Nicolaus fecit D. Nerio pro d. A. ſtipulanti donationẽ propter nuptias quinquaginta florenorum, quam voluit ſolui d. A. ſi dictus Nicolaus moreretur ſine filijs. Demum d. Nerius fecit inſtrumentum promiſſionis d. dotis, nõ obſtante confeſſione facta per d. Nicolaum, quam fecit ſub ſpe futuræ promiſſionis, in quo inſtrumento d. Nerius promiſit ſoluere intra certis temporibus. Moritur d. Nicolaus ſuperſtite d. A. tranſactis dictis terminis d. dotis ſoluendæ nõ recepta, niſi dimidia d. dotis. Nũc quæritur, vtrum d. A. debeat habere integram donationẽ propter nuptias, nec ne.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. In quæſtione prædicta eſt pri-
1 mo videndũ † dotem eſſe ſolutã reſpectu mulieris poſtquam vir confeſſus eſt, ſe recepiſſe, licet parum poſt promiſerit. Et imputet ſibi vir, qui poſtea talem promiſſionẽ recepit, vt not. Bar. in l. pen. §. ſi vir. ff. ſol. matr. Cum ergo ipſa mulier quantum eſt in ſe dotem ſoluerit: ergo donationem ſibi factã de quiuquaginta flo. debet lucrari. C. de donat. ante nupt. auth. dos data, cũ ſimil. & in auth. de tempo. non ſolu. dot. §. generaliter. coll. 7. Sed tamen Bal. non tenet talem determinationem, ſed diſtinguit, an talis promiſſio fuerit facta poſt d. confeſſionem, an ex interual-
2 lo †. In primo caſu talis confeſſio non præiudicat, vt not. ipſe Bal. in l. legẽ. C. de pact. Nam talis confeſſio videtur facta ſpe futuræ numerationis, quãdo ſtatim ſequitur promiſſio, ita not. Bal. C. ſi cer. pet. l. ſi abſentis. allegat pro caſu. l. iunior 25. an. cum ſimil. ff. de mino. Cum ergo d. promiſſio fuerit facta ſtatim eadem hora coram eiſdem teſtibus, & loco, vt expreſſe dicit in dicto inſtrumento ſpe futuræ numerationis. Ergo patet hic determinatio per Bar. ibi habere locum, quia Bar. dicit, præſumitur confeſſio facta ſpe futurę numerationis, vt ibi patet. Sed nos ſumus in caſu certi, ſcilicet quando non ſpe futuræ promiſſionis, ſed ſpe futuræ numerationis, dicit
3 ſe fuiſſe confeſſum. † Ergo in incertis, nõ certis opus eſt coniecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. ſed non inſiſtendo in ſer-
4 mone, poſito, quòd opinio Bar. eſſet vera. † Ego dico, quòd iſta mulier non poteſt lucrari donationẽ propter nuptias, niſi pro rata dotis ſolutæ, & vbi pater, vel quiuis extraneus
5 promiſit dotem ſoluere. † Et cum de hoc ſit caſus legis, patet quòd nulla deber eſſe dubi-
6 tatio. l. ancillæ. C. de furt. † Quod ſit verum, eſt tex. in auth. de eligen. ſecundum nuben. §. illud quoque. coll. 1. vbi ad litteram decidit Imperator, quòd mulier non lucratur donationem propter nuptias, niſi pro rata ſolutæ dotis per eam, vel per patrem, vel per alium
7 promittentem dotem. † Cum ergo terminus ſolutionis d. dotis fuerit pro maiori parte trãſactus, & non fuerit ſoluta, niſi dimidia dotis, non poteſt dici, quòd ſteterit per virum, qui dotem non receperit, quia non fuit ſibi in termino ſoluta, nec obligata, nec proteſtata. Ergo fuit pars mulieris in mora ſoluendi dotem,

8 tem,† quæ mora ſibi prodeſſe non debet, immo nocere, & vt in veritate eſt rationis in d. §. illud. Concludo ergo, quòd pro rata ſolutę dotis dicta mulier lucrari debet donationem propter nuptias. Et ſic ſi eſt ſoluta dimidia dos, lucrabitur ſolum dimidiam donationis propter nuptias. Et ſic viginti quinque flor. tantum & non vltra.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Alferiis de Cortona.

CONSILIVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ſoluto matrimonio habet annum ad reſtituendam dotem, quæ conſiſtit in quantitate.*

2 *Commodum quod percipitur ex dote in illo anno, quod maritus habet ad reſtituendum, eſt ſuum, & in fin.*

3 *Vir non dicitur ſubſtinuiſſe onera matrimonij intra tempus promiſsionis, & tempus, quo ipſum vxorem duxit. Et an fructus dotis debeantur marito de tali tẽpore num. ſeq. & per totum.*

4 *Lucrum ſiue fructus, qui percipiuntur per virum intra promiſſionem dotis, & tempus quo fuit matrimonium, & tunc maritus inciperet onera matrimonij ſubſtinere, augent dotem, & cedunt commodo vxoris & non viri.*

5 *Fructus dotis vel vxori cedunt commodo viri, quãdo percipiuntur in illo anno, quod maritus ſoluto matrimonio habet ad reſtituendum cum ſeq.*

6 *Vſui de dote promiſſa accipere licet, quando maritus ſubſtinuit onera matrimonij.*

7 *Vſura quando debentur ob non ſolutionem dotis tanquam intereſſe poſſunt peti.*

8 *Mulier ſoluto matrimonio non poteſt petere vſuras dotis non reſtitutæ, & quare.*

9 *Maritus poteſt retinere dotem conſiſtentem in pecunia, ſiue in rebus mobilibus vno anno, & ſic inter vſurium medij temporis habere, tamen ſi non poteſt ſoluta petere ſcilicet, vt eam d. anno retineat, & interuſurium habere.*

Interuſurium medij temporis non debet habere vir de dote non ſoluta d. nu.

10 *L. 1. C. de rei vxor. acti. §. exactio. in quo caſu loquatur.*

11 *Mirum non eſt, ſiquis plus aſſequitur excipiendo quàm agendo.*

12 *Maritus quãdo habet dotem conſiſtentem in pecunia. Eſt ipſe debitor vxoris, ſiue cui debet reſtitui in genere.*

13 *Vſura de iure canonico & ciuili eſt vetita.*

Carolus nuptui tradidit filiã ſuam, & promiſit in dote florenos 200. hoc pacto, quòd de 100. haberet terminum duorum annorum ad dictos florenos 200. ſoluendum, & quolibet anno vſque ad dictum terminum debent ſoluere duodecim pro intereſſe, ſiue fructus dictorum ducentorum florenorum. Et promiſſio & matrimonium fuit factum de menſe Ianuarij, demum d. M. duxit dictam ſuam vxorem de mẽſe Februarij, & durauit matrimoniũ per viij. mẽſes, nunc mortua eſt dicta vxor d. M. vigore ſtatuti lucratur dimidiam dotis, & petit à d. Domino Carolo duodecim florenos: tam pro tempore, quo durauit matrimonium, quàm etiã pro uno anno poſt ſolutũ matrimoniũ, q̃ habet ad d. dotem reſtituendam d. Carolus dicit ſe velle dare integre pro tempore, quo durauit matrimonium: videlicet quo d. M. ſuſtinuit onera matrimonij. Et ſic non pro tempore, quo fluxit poſt promiſſionem, antequam eam duceret, nec pro tempore, quod fluxit poſt ſolutum matrimonium, niſi pro illa rata, quã ipſe lucratur. Quæritur quid iuris.

1 IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. † In quæſtione prædicta pro dicto M. inducitur, quod cum habeat annum ad reſtituendam dotem, quæ conſiſtit in
a quantitate a l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. acti. †
2 Et ſic commodum quod percipitur ex dote prędicta illo anno eſt ſuum, vt d. §. ſi dictã dotem penes ſe retineat. Et ſic de duodecim ſupra promiſſis florenis debet poſſe petere integre pro d. anno. In cõtrarium pro d. Carolo, quod non debeat dare aliquid de dictis duodecim florenis pro eo tempore, quo fluxit, inter promiſſionem & tempus, quo vxorem
3 duxit probatur. † Quia illo tempore uir non ſubſtinuit onera matrimonij, per text. in l. cũ

poſt.

poſt.§.in domum.ff.de iure doti.l.fin.in prin. ff. de doli exceptio. & l.in inſulam. §. vſuras. ff.ſolut.matrim.&.ff.manda.l.creditor.§.ſi inter.Et in dictis iuribus probatur expreſſe,vbi
4 eſt caſus. † Probatur ratione, qui lucrum ſiue fructus qui percipiuntur per virum ex dote intra promiſſionem dotis, & tempus, quo fuit matrimonium, & vir incipit ſubſtinere onera matrimonij auget dotem,& ſic cedunt commodo vxoris,& non viri. iuxta not.in l. de diuiſione.ff.ſolut. matrim.& l.ſeq.& l. dotis fructus. ff. de iure doti. & hoc eſt ſine du-
5 bio. † Videamus de illo tẽpore,quod ille habet ad reſtituendam dotem, & ad euidentiã
6 eſt ſciendum. † Quod marito eſt promiſſum accipere fructus ſiue vſuras ex dote promiſſa tempore quo vir ſubſtinuit onera matrimo-
b nij [b] cap. ſalubriter, extra de vſuris,per Inno. & Ioan. And. Et tunc dic quod non capit fructus, ſiue vſuras propter pecuniam non ſo-
c lutam, [c] quam ſocer retinet, ſed intuitu onerum matrimonij,quę gener ſubſtinet, vt not. Ioan.And.in elem.peccatum.de regu.iur. in
7 mercuriali. verſ. Quarto dubitatur. † Cum enim tũc vſuræ debeãtur tamquam intereſſe poſſent peti. vt not.in l.curabit.C.de acti.em pti.& uen.&.ff.pro ſocio.l.ſocium,qui in eo, in prin. C.de vſur.l.vſuras. Ex hoc ergo apparet,quod cũ finito matrimonio vir illa onera non ſubſtineat,qđ illo anno nullo modo vſuras illas, ſiue fructus recipere poſſit, & hoc
8 etiam probatur. † Nam & mulier etiam ſoluto matrimonio propter moram in reſtitutione dotis non poteſt petere vſuras, vt per Bar. in d.l.vſuras. Et ita tenuit in conſilio 122.incipiente Franciſcus habuit in vxorem, &c. (128.lib.1.) cum ergo mulier ſoluto matrimonio non poſſit petere vſuras dotis non reſtitutæ, quia nõ poteſt dici ipſam ſubſtinuiſſe onera matrimonij. Ergo nec vir poteſt eas petere pro eo tẽpore, quo vxor eſt mortua, & ſic onera matrimonij non ſubſtinuit. Præ-
9 terea hoc patet manifeſte ratione. † Nam licet maritus poſſit retinere dotem conſiſtentem in pecunia, ſiue rebus mobilibus ſecundum not. in d.§. exactio. vno anno, & ſic ſibi debetur interuſurium medij temporis. Tamen ſi dos non eſt ſibi ſoluta, nõ poteſt eam petere, vt eam dicto anno retineat, & ſic interuſurium medij temporis lucretur, vt expreſſe tenet Bar.in l.ſi ſocer.§. Lucius.ff.ſolu. matrim. cum iſte maritus, & ille qui petit ab eo cui reſtituturus eſt,licet ex interuallo,quę dilatio eſt inducta ſolutioni inſtantis, vt not. in d.§. Lucius, per Bar. & in l.nupta.ff.ſoluto matrimon.& Clarius in l.ſi marito.§.ſi pater. in gloſſ. uerſ. Quin pactum ibi, vel pactum fuerat &c. Vbi gloſ. ſentit,quod ſoluto matrimonio ſolum dos poſſit peti in ea parte, quã
10 quis lucratur,non in alia. † Non obſtat.§.exactio. quia loquitur, vt dixi, vbi vir habet dotem, qui non poteſt conueniri, & defendere exceptione, hic autem loquimur,vbi vult pe-
11 tere. † Et non mirum, ſi quis plus aſſequitur excipiendo quam agendo,vt not.in l.ſi in arã. ff.de conditi. indebiti,pro hoc videtur expreſſe ius, in l.quod reddenda dote.ff.de pact.dotali, vbi patet, quod qui fecit pactum de dote reſtituenda, ſi eſſet ſoluta cum pacto. Mortua filia ante ſolutionem de non reſtituendo petenda à patre, tum etiam de iure habebat maritus aliquam dilationem.l.uni.§. cum autem exactio. C. de rei vxor. action. & nota. in l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſoluto ma-
12 trimonio. Et patet clara ratione. † Quando maritus habet dotem conſiſtentem in pecunia eſt ipſe debitor vxoris ſiue cui debet reſtituere in genere habet ſolum hoc, quod non tenetur ſoluere vt afficiat ipſam pecuniam . . . . Et ſi aliquod commodum perciperet, non poteſt dici, quòd percipiat de pecunia dotali, ſiue de dote, quia ſi aliquem fructum perciperet de dote ſiue pecunia dotali intra annum, poſt illum vero annum tenetur illum fructum reſtituere. Bartol. in l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſoluto matrimonio, cum ergo clare pateat, quod hic fructus, ſiue vſura recipitur ex re dotali,argumento eius quod not. gloſſ. in l. quod procurator ex re. ff. de procurat. vel propter rem dotalem, argumento eius quod notat Bartol. contra illam gloſſam, in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ff. de uerborum obligation. l. vſura. ff. de verborum ſignification. patet quod poſt annum debet illam reſtituere, ſecundum not. in dicto §. quotiens. Sed ueritas eſt, vt dixi, quod tempore, quo non fuit matrimonium, ideſt,quo maritus nulla onera ſubſtinuit nihil pro fructu poteſt petere, quia tunc eſſet mera vſu-
13 ra. † Et eſt uetita de iure canonico & ciuili, iuxta not. in auth. ad hæc. C. de vſur. cum ſimil. Sed tantum pro tempore, quo onera matrimonij ſubſtinuit poteſt eas petere per nota. in dicto capit. Salubriter. Nec ſoluto matrimonio habet actionem validam ad petendam pecuniam promiſſam pro dote,& eam vno anno retinere vt ſupra e ſt oſtẽſum.

Er ſic quæſito ſit reſponſum. Et ille Maritus reſtituat dotem prædictam, ſcilicet liberãdo d. Carolum ab obligatione, vt l.nupta.in fin. ff.ſol.matri. & l.depoſui.§.1.ff.de peculio.

Erit a, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Quantitates*. Habet locum etiam in extraneo dotante. Socci.in trac. fallen.in reg.382.Stipulatio. Coraſ.lib.5.miſcel.cap.6.

b *Matrimonij*. Bar.in l.at qui natura.§.non tantum. ff.de neg.geſt.Bald.in l pro oneribus.C. de iur. dot. Alex. conſ.63.nu.3.& 4.lib.4.Bello.conſil. 23.nu.5.& ſeq.Petrus Duen. lib.1.reg.vtr.iur.regu.388.fructus. Couar.lib.3.reſolut.cap.1.nu.3. in conſ.60.in littera &.

c *Solutam*. Socci. conſ.139.lib.1.& conſ. 80.lib.4. Paris.conſ.75.Coua.lib.3.reſolu.cap.4.Duenas, lib.1.reg.vtri.iur.reg.244.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio & contractus inter viuos poſſunt in teſtamento celebrari, quomodo procedat. nu. ſeq.*

2 *Donatio, quæ fit pacto non valet, quando non eſt præſens perſona donatarij, vel aliquis recipiens pro eo. Quid in donatione cauſa mortis, infra nu.8.*

3 *Dictum Notarij multum debet attendi.*

4 *Quando per inſtrumentum non conſtat de præſentia donatariorum, non præſumitur eos fuiſſe pręſentes, & ſi præſumeretur recipit probationem in contrarium. & num.6.*

5 *Stipulatio inter abſentes non poteſt perfici.*

6 *Probatio in contrarium recipit præſumptionem præſumens aliquam ſolemnitatem interueniſſe.*

7 *Teſtes inſtrumentarij admittentur quando non veniũt pro directo contra inſtrumentum, ſed contra aliquam ſolemnitatem.*

8 *Præſentia donatarij non requiritur in donatione cauſa mortis.*

9 *Verba promiſit dare poſt mortem B. in inſtrumento donationis appoſita, an per hoc dicatur donatio cauſa mortis, vel inter viuos.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In quæſtione iſta, ſuper iſta donatione. Ego præmitto, quod reperitur inſtrumentum donationis factæ per Balthaſſarem Ioanni, & Angelo Philippi Lotti Nerij
de Valtertis de trecentis florenis. Et eadem
die, qua dicitur facta dicta donatio in dicto in-
ſtrumento reperitur factum teſtamentũ per
d. Balthaſſarem manu eiuſdem Notarij, qui
fuit rogatus de dicto inſtrumẽto donationis,
in quo teſtamento dict. Balthaſſar donauit
dictis Ioanni & Angelo 300. floren. & ſub
eiſdem conditione. Itaque vt veritas eluce-
ſcat. Ego præmitto, quod ſi d.Inſtrumentum
eſt unum & idem cum dicto teſtamento, iſta
eſt vna quæſtio, ſi uero ſunt duo, videlicet,
quia fuit factum dictum inſtrumẽtum per ſe,
& poſtea vel ante fuit factum dictum teſtamẽ
tum iſta erit alia quæſtio. Et quia per ſcriptu
ras hoc non liquet, ideo ibi alternatiue lo-
1 quor. Sed nunc ad propoſitum certum. †
Eſt quod etiam in teſtamento poteſt celebra-
ri contractus inter viuos, & Donatio, vt eſt
gloſ.ff.de teſtam. l.hęredes palam.§. fin. & ibi
per Bartol. & C. de teſtam. l. cum antiquitas,
& ibi per Bald. Sed eſt neceſſe, quod ibi ſit
perſona, cum qua contrahitur quod hic mi-
nime apparet ex verbis poſitis in dicto teſta-
mento, quod aliquis fuerit præſens. Remanet
ergo, quod iſta donatio fuit, vt ſic loquar, fa-
cta in camera donantis, nullo mediante or-
gano nec præſente aliquo recipiente pro ab-
2 ſente. † Ergo non valet, cum hic tractetur
a de donatione, quæ fit pacto,[a] non de ea quæ
fit traditione, vt l.nec ambigi. & l.ſi donatio.
C. de donat. & quod ibi not. in l.etiam. & l.
abſenti. ff. de donati. & per hoc eſt gloſ. C.
de ſacroſanct. Eccleſ. l. illud. in gloſ. ult.
Cum ergo non appareat in dicto teſtamen-
to, nec in dicto inſtrumento, quod dicti Io-
annes & Angelus præſentes fuerunt tempo-
re dictæ factæ donationis, nec alius per eum
recepit, patet d.donationem non valere, nec
valuiſſe. Immo per Notarium rogatum aſſe-
ritur de dicta donatione, probatur, quod illi
3 donatarij non fuerunt pręſentes. † Cuius di-
b ctum multum debet attendi,[b] iux. not. in l.ſi
librarius.ff.de reg.iur.per Bar. Nec dicat quis,
quod talis teſtis contradicat inſtrumento,
4 quia non eſt verum, quod contra dicat, † quia
inſtrumentum nec teſtamentum dicunt ali-
quid de pręſentia dictorum donatariorum,
nec dictæ perſonæ debent pręſumi fuiſſe prę
ſentes: iuxta not.in l.ſciendũ.ff.de uerb.obli.
& l.ſi ita ſtipulatus, la ſecunda.§.Griſogonus.
eod. titu. Et male dixit Notarius, dum dixit,
5 Promiſit per ſolemnem ſtipulationem, &c. †
c Cum ſtipulatio[c] non poſſit perfici inter ab-
ſentes. Inſti.de inuti.ſti.§.item.vbi Bar.& not.
d.l.

6 d.l. etiam.ff.de donat. Et vt dixi. † Etiamſi di-
ceretur, quod præſumeretur talis ſolemnitas,
tamen admittitur probatio in contrarium, vt
not. in d. l. iuris gentium. §. & fere.ff.de pact.
7 & inſtitu. de inuti.ſtipu.§.ſcriptum. † Et pro-
batur contrarium per teſtes, cum non ueniãt
expreſſe contra inſtrumẽtum iuxta not.in di
cta l. ſciendum per Bart. Et iſta eſt veritas,
8 put d. donatio ſemper eſt facta inter viuos. †
Secus uero eſſe ſi eſſet donatio cauſa mortis.
vt.ff.de leg.2.l.cum pater. §. donationis, quia
9 ibi non requiritur præſentia partis. † Videa-
mus ergo vlterius, quod d. Inſtrumentũ dicit,
quòd promiſit dare poſt mortẽ dicti Balthaſ-
ſaris, an debeat dici donatio cauſa mortis.
d Hoc non obſtãte dico, quod iſta eſt donatio[d]
inter viuos, vt ex verbis donantis patet, vt
probatur in l. vbi, & l.ſi alienam.§.tui.l.ſena-
tus.§.fi.ff.de donat.cauſa mortis. Et C. ut acti.
ab hæredi. vel contra hære. l.uni. Inſti.de inu
ti.ſtipula.§. poſt mortem. C.de contrahen. &
commut. ſtipul.l.ſcrupuloſum, & eſt gloſ. C.
de pact.l. fi. & ibi Bar. hoc tenet in 3. quæſtio-
10 ne ibi. Et primo examinamus &c. † Sed reſtat
vnum dubium, videlicet, An hodie donatio
inter viuos valeat, & poſſit fieri ſine ſtipula-
e tione, & ſolummodo pacto nudo[e] põt fieri.
C. de donati. l. ſi quis argentum.§.ſi uerò. Et
hoc prætermiſſo, an quia ſtipulatio non valet,
vt ſtipulatio remaneat in vim pacti nudi, &
f ſic vt res valeat & non pereat[f] dicta donatio
teneat vi pacti nudi. Et in hoc dico contrariũ,
quia cum ſimus in materia contractuum, &
tractemus de obligatione contrahenda cum
intentio donantis eſſet interponere ſtipula-
11 tionem. † Quod cum non valeat vt agebatur,
videlicet, vt ſtipulatio nõ debet valere in vim
pacti, ut. ff.de conſtit. pecu.l. 1.§. cum qui. &
not. in l.1.§.ſi qui ita.ff.de uerb. obli.per Bart.
Cum ergo dictus donans intenderet interpo
nere ſtipulationem non remanet, ut pactum
nudum ſecundum Bar. in l.iuriſgẽtinm.§.igi-
tur. ff. de pact. Ex quibus concluditur talem
donationem non valere præcipue cum non
appareat dictos Ioãnem & Angelum tali do-
nationi conſenſiſſe. Quid vltra videamus,
quia Caualcanti filius & hæres Angeli Lotti
dixit hæc verba. Io non uoglio che ſi adiman
di à Baldaſſare, &c. Videndum, qui operẽtur
illa verba, & hic eſt attendendum, quod licet
actio vel non eſſet nata, vel non eſſet in exer
citio viuente d. Balthaſſare ad dictos 300. flo
renos, iux. not. in l. vnica. C. vt ab hære. vel cõ
tra hæred. vt ibi not. & vt omnis opinio fal-
uetur, quia in d. donatione ineſt dies incerta,
videlicet poſt mortem donantis. Et cõditio
ſcilicet, ſi deceſſerit ſine filijs. Dicamus qđ
uiuente d. Balthaſſare erat ſpes debitum iri,
adeo quod talis ſpes facit talem cõditionem
obligationem ad hæredes transferri, vt inſti.
de uerb.obli.§. ex conditionali, licet obliga-
g tio non eſſet nata,[g] l.cedere diem.ff.de verb.
ſigni. Videamus modo an d. verba plata per
Caualcantem ſibi præiudicent. Et videtur, q
non. Primo, quia fuerunt prolata antequam
obligatio ſibi competeret. Secũdo, quia ſine
h cauſa,[h] & abſente parte.[i] Et ſic non valent. l.
i certum. §.ſi quis abſente. ff.de confeſ.per Bar.
Et in hoc ego dicerẽ ſic, quia illa verba ſine
ineptiſſime prolata, quia dixit. Io Caualcante
non voglio che ſi adimãdi à Balthaſſare, &c.
Nam ab ipſo Balthaſſare etiam ſine dictis ver
bis non poterat peti, quia dicta obligatio, vt
dixi, erat concepta poſt mortem Balthaſſaris,
& in cõditione, quia ipſe decederet ſine libe-
ris, quod de iuris rigore dicta verba nihil ope-
rantur, ſolum ergo reſtat concludendum di-
ctam donationem factam parte donatariorũ
abſente, cum non appareat poſtea de eorum
conſenſu adhibito non conualuiſſe.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo
ego Andreas de Alferiis, &c.

ANNOTATIONES.

a *Pacto.* Inf.in conſ. 41. 5. & 6. ubi dixi.
b *Attendi.* Late, uide Hier. Cagn. in d.l.ſi librarius. ad quem ſemper recurras. Tiraq. in trac. de pœn. cauſa 51. num. 129.
c *Abſentes.* Nec per epiſtolam Bar. in l.1.nu. 5.ff.de uerb.oblig. Coraſ.lib. 3. Miſcel. cap.4.nu.5. Va. conius à Vaca.l.5.declara.iuris ciui.cap.182. Nec ſtipulatio Notarij alteri ius acquirit. Dec. in l. 1. nume.22.C.de pact.
d *Viuos.* Tho. Ferra.caut.30.ubi plura Dida. Coua. in epit. de teſta. in rub.nu.11.& ſeq. Duenas, lib.1. reg. utr.iur.reg.217. donatio per totum, & in una ampliatione.
e *Nudo.* Infra late conſ.41.nu.3.ubi dixi in litera A.
f *Pereat.* L. in contrahenda, ſecundo reſponſo. ff. de reg. iur. ubi late Deci. & Cagno.
g *Nata.* Cagno. in d. l.in omnibus obligationibus, nu.12.& ſeq.ff.de reg.iur.
h *Cauſa.* Càp. ſi cautio vbi doct. extra de fide inſtr. l.cum de indebito.§.fin.ff.de probat. Pet. Duen. lib.1. reg.vtr.iur.reg.118.cõfeſſio facta ſine cauſa.
i *Abſente parte.* Socci. retract.fallen.reg.63.Duen. ubi ſupra reg.120.infr.conſ. 49.nu.3. vbi dixi in litera A. Quid ſi fuerit acceptata per alium & ratificata per abſentem. Fran. Rip. in l.1.nume.15. C.de pactis.

Lvd. Alf.

CONSILIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 Donatio facta filio ſpurio an valeat.
2 Reuocare donationem factam filio ſpurio quis poteſt, & late nu. 8. ſeq. & 18.
3 Donatio dicitur facta in fraudem ex vicinitate actuum videlicet, quando aliquis donauit alicui, & ille ſtatim donat filijs ſpurijs, & num. ſeq. uſque ad nu. 8.
4 Ea quæ in continenti fiunt, videtur eſſe actum.
5 Fraus præſumitur ex celeritate actuum.
6 Pater non poteſt donare filiæ ſpuriæ per interpoſitam perſonam, & nu. 12.
7 Donatio videtur facta per patrem filijs ſpurijs, quando donauit certæ perſonæ, qui ſtatim donat filijs ſpurijs, quia ille cenſetur nudus miniſter electus ad illud. Et ſic in fraudem facta.
8 L. 1. C. de natu. liber. an hodie ſit correcta per Auth. quibus modis natu. effi. ſui. §. fin. Et ſi eſt correcta an in omnibus ſit correcta, vel in quibus caſibus, & nu. ſeq. & 19.
9 Matrimonium poteſt eſſe inter perſonas ſpecificatas in l. 1. C. de natur. liber. & illi, qui naſcuntur ſunt legitimi.
10 Deciſio legis poteſt allegari, quando ratio non eſt correcta.
11 L. 1. C. de natur. lib. habet locum in quolibet ſpurio ſecundum communem opinionem.
12 Relictum habetur per non ſcriptum, quando quis eſt penitus non capax, & tale relictum remanet apud hæredes, & nu. 15.
13 Relictum vadit ad fiſcum, quando quis non eſt capax ex ſuo delicto & ratio. nu. 16.
14 Relictum vadit aduenientes ab inteſtato, quando quis inſtituit aliquem, quem putabant filium, & de ratione, num. 17.
20 Fiſcus reuocare poteſt donationẽ factam filio ſpurio, ſi conſanguinei non reuocant infra tempus à lege definitum, & nu. ſeq. & 23.
21 Lex ſuppletur per aliam.
24 Delator, qui detulit fiſco donationem factam in fraudem, & filiæ ſpuriæ debent habere tertiam partem omnium bonorum, an ſtatim vel quando.
25 Fiſcus, qui reuocauit donationem factam filiæ ſpuriæ, an teneatur eam dotare, & alere vſq; ad fin. & quãdo num. fin.
26 Onus alimentandi tranſit ad hæredes.
27 Spurij de æquitate canonica ſunt alendi. Quid de rigore iuris ciuilis, & de ratione cum numeris ſeq.
28 Filius de æquitate naturali, & ali & paſci debet à Patre.
29 Ius naturale non facit differentiam inter filium ſpuriũ & legitimum.
30 Alimenta debentur filio ſpurio æquitate ſanguinis, nõ iuris rigore.
31 Ratio ſanguinis eſt ita in filio naturali & ſpurio, ſicut in legitimo.
32 Dos eſt loco alimentorum.
33 Pater tenetur dotare filiam ſpuriam, & etiam alere ſupra dicto num. Dotare tamen debet æque ſecundũ arbitrium boni viri.
34 Fiſcus inuadens, bona alicuius habetur loco hæredis.
35 Deferri poteſt ciuitati, quæ recognoſcit ſuperiorem, & habet merum & mixtum imperium ex principis cõceſſione, & iura regalia, & Fiſcalia.
36 Princeps, Ciuitas, vel Fiſcus, antequam deueniat ad confiſcationem & incorporationem bonorum, quæ facere & obſeruare debeat.

EXtrenuus miles Dominus Ioannes Agut, habẽs filias ſpurias nuptas ex illicito coitu, volens eis donare quam plura eius bona, & cognoſcens hoc à iure minime permitti donauit cuidam ſer Donato Petri de Bononia pure ſimpliciter inter viuos quam plura bona & res dicti Domini Ioannis. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio. Indictione prima die xxij. menſis Iulij, vt patet manu ſer Simonis Auguſtini de Caſtellione Aretino publici Notarij. Demum eodem anno, mẽſe, & die manu eiuſdem Notarij præfatus ſer Donatus ex certa ſcientia pure ſimpliciter, & inter viuos donauit omnia & ſingula bona & res ſibi per dictũ Dominum Ioannem donata dictis filiabus ſpuriis dicti Domini Ioannis. Nunc dicitur, quod dicta donatio facta per dictum Dominum Ioannem dicto ſer Donato fuit facta in fraudẽ. Et videtur facta dictis filiabus. Et ſic conſanguinei dicti Domini Ioannis, poſſunt eam reuocare, & ſi non reuocarũt infra tempus à lege ordinatum, poteſt Fiſcus, vel habenti iura fiſcalia. Et hoc quæritur primo, ſecundo poſito, quòd fiſcus poſſit dicta bona petere an teneatur dotare congrue dictas filias de dictis bonis.

N nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti. Amen. In
quæſtione iſta ſuper primo
1 puncto, † quia iſta quæſtio
a an donatio [a] facta filio ſpu-
rio valeat, eſt ſatis examina-
ta, & gloſ. clariſsime determinat, quod nō in
auth. quibus modis natu. effici. ſui. §. fin. col-
2 la. 7. non inſiſtam in hoc. † Sed dubium ſtat
qui admittatur ad reuocādum, & hoc per tex.
3 l. 1. C. de natu. lib. † Videamus primo an dicta
donatio videatur facta dicto ſer Donato in
fraudem, & in hoc non inſiſtendo videtur ſi-
ne dubio ex vicinitate actuum ſcilicet ex do-
natione facta per d. ſer Donatum ſtatim eadē
die dictis filiabus ſpuriis. Dicendum quod vi
detur facta in fraudem iuxta theoricam, gloſ.
not. ff. de priuil. creditor. l. ſi ventri. §. cum. &
quod ibi not. Bartol. & in l. poſt cōtractum.
ff. de donat. per eūdem. C. de bonis proſcrip.
4 l. ſiquis poſthac, & ibi per Cin. † Ea enim,
b quæ in continēti fiunt videntur ineſſe actuū.
ff. ſi cert. pet. l. lecta. §. dicebam, pro hoc opti-
me, quod not. in l. ſicut. §. ſupetuaçuū. ff. qui-
bus mod. pig. vel hypoth. ſol. per Bart. facit
5 optime. l. 3. §. fin. ff. de dona. inter uir. & vxo. †
Ex celeritate enim actuum hoc præſumitur,
pro hoc. ff. ad macedoni. l. ſed & in princ. cap.
6 11. de renunciat. lib. 6. † Non enim per in-
b terpellatam perſonam poteſt donare pater [b]
filiæ ſpuriæ. tex. eſt in l. 1. C. de natur. lib. pro
hoc optime. l. ſi is qui bonis. ff. de acquir. hæ-
redi. & ibi per Bar. l. pen. C. quod metus cau-
ſa, & l. 2. C. de repudi. hæredi. & ibi per Bal. l.
uni. C. de contrari. iudi. & l. pupil. §. fin. ff. de
autho. tuto. per Bar. Et hoc tenet clare Bar. ff.
de vulga. & pupilla. l. ſi is qui bonis in vltima
quæſtione, & in l. qui teſtium. ff. de probat.
7 quicquid ibi ſenſerit gloſ. & male. † Et ſic cō
cludamus, quòd d. ſer Donatus donauit om-
nia bona ſibi donata per d. Dominum Ioan-
nem, eadem die manu eiuſdem Notarij di-
ctis filiabus ſpurijs, quod ipſe fuerit nudus
miniſter electus & videatur donatio facta
per d. dominum Ioannem. argu. l. Sulpitius al
le. etiam l. mulier quæ. ff. de donat. inter vir. &
uxor. Et ſic color fuerit quæſitus, vt d. l. ſed
Iulia. ff. ad Macedoni. & ꝑ hoc. ff. ad Velleia.
l. qdā. Et ſic dicta donatio nō valet d. l. 1. C. de
natu. lib. Hoc ꝓſuppoſito, quod dicta donatio
non valeat tanquā videatur facta de directo ꝑ
dictū Ioan. dictis filiabus ſequitur videre, qs
8 reuocet eam. † At hic aduertamus, quia. l. 1.
C. de natur. liber. quæ videtur decidere hunc
caſum ſecundum Bar. videtur hodie correcta,
per tex. in auth. quibus mod. natur. effi. ſui. §.
fin. ergo non habet locum. Attendamus hic,
quia fateor quod hodie d. l. eſt correcta in
9 hoc † quia inter illas perſonas, ibi ſpecificatas
hodie poteſt eſſe matrimonium, & ſic illi,
10 qui naſcerentur eſſent legitimi. † Sed ratio,
illius legis non eſt correcta, & ſic illa deciſio
c pōt allegari [c] iuxta not. in l. fi. ff. ad legē Corn.
falci. Or modo veniamus ad q̄ſita, & Bar. in l.
fin. ff. de iis, qui vt indig. tenet quod illa lex 1.
nō habet locū niſi in illis ſpuriis de q̄bus illa
lex loquitur. Et licet nō poſſemus dicere, qđ
conſiderata dignitate d. D. Ioā. poſſet dici, qđ
ēt dictus D. Ioan. prædictus fuerit de illis per-
11 ſonis, de quibus illa lex loquitur. † Tamē hoc
ommiſſo non decedendo ab opinione cōi il-
la lex habet locum in quolibet ſpurio ſecun-
dum opinionem cōem, glo. vt Azzo. in ſum.
de natu. libe. Et Cin. hoc tenet in l. . . .
. . & etiā hoc Barto. fatetur licet ſibi hoc
non placeat, & dicat hoc venire ad venientes
ab inteſtato. Et ratio eſt, quia ſi eis auferretur
eſſet pęna capitis illis, qui in nihilum delique
runt, ita dicit ipſe ibi in d. l. fin. ff. de iis qui-
12 bus vtindi. † Attende hic. Nam aliquando
quis eſt penitus non capax ab aliquo, & tunc
tale relictum eſt pro non ſcripto, & remanet
apud hæredes, licet venientes ab inteſtato,
13 vt l. 2. ff. de his qui pro non ſcrip. haben. † Ali
quando quidem non capax attētis perſonis,
ex ſuo delicto, & tunc vadit ad Fiſcum, vt in
l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſta-
14 men. † Eſt alius caſus, vbi quis eſt non capax
ſine aliquo delicto, quia qui inſtituit, quem
ſibi putabat ſibi filium in nihilum deliquit,
nec etiam is, cui relinquitur, ſed probata ve-
ritate præſumitur voluntas teſtatoris abeſſe,
vadit ad venientes ab inteſtato ſimpliciter. l.
ſi pater. C. de hæredi. inſtit. & l. aufertur de
iure fiſc. in princ. Et in vtroque iſtorum eſt
15 videre clarā rōnem. † In primo. n. cum ſit pe-
nitus nō capax, numq̄ fuit locus indigno, &
ſic non pōt dici, qđ auferatur indigno, quia
16 numq̄ habuit. † In ſecundo ſic, quia ipſe eſt
indignus ſuo facto Fiſcus aufert ab eo bona,
ſed ipſe remanet hęres. l. ex facto. §. Iulius. ff.
de vulg. & pupillar. & quòd not. in l. 1. C. de
17 hæred. inſtitu. per Bal. † Vbi vero inſtitutio
ex defectu erroris non poteſt dici quod ſit in-
dignitatis defectus, & ſic numquā illi inſtitu
to cōpetit ius, ſed in alio caſu, vbi quis ſcit,
& cognoſcit quē inſtituit, ſiue cui reliquit, ſi-
ue cui donat ſcit, qđ ipſe eſt īcapax ab eo ſine

defectu inſtituti legatarij, vel donatarij, eligi-
tur quædam media via. Videlicet quod qui
delictum facit à principio in donante, licet te
ſtante, ſcilicet quia concepit, procreauit ex
coitu illicito, quod eius voluntas non ſerue-
tur. Et conſanguinei ipſius non deliquerũt,
vt ipſi non puniantur. Et ſic præter eius volũ
18 tatem, qui donauit licet reliquit, † primo vo-
centur illi venientes ab inteſtato, qui enume-
rantur in d. l. 1. C. de natur. lib. Et ipſis non
venientibus in tempus, veniat Fiſcus, vt ibi
19 not. † Et quod illa lex habeat locum in quo-
libet ſpurio tenet Bald. C. de hæredi. inſtitu.
l. 1. Vnde, vt dixi, etiamſi diceres venire vlte-
riores ſecundum not. in l. ſi quis in teſti. C. de
20 inceſt. nupt. † Tamen cum ipſi non reuoca-
uerint dicta bona infra tempus ſtatutum in d.
l. 1. C. de natur. libe. Dico quod venit Fi-
21 ſcus, † quia non eſt nouum vnam legem ſup-
pleri per aliam. l. non eſt nouum. ff. de legi.
Vnde etiam ſecundum Bar. hic debet admit-
ti Fiſcus, quia loquitur ipſe vbi ille, qui acce-
pit ab illo: ergo non poteſt accipi palã, quia
tunc non venit Fiſcus, vt ipſe loquitur. At in
caſu noſtro iſte ſer Donatus non fuit rogatus
palam vt reſtitueret filiabus iſtis. Ergo Fiſcus
debet venire ſecundum eum. l. ita fidei. l. non
intelligitur. §. tacita. ff. de iure fiſci. Non enim
apparet hic quod fuerit rogatus nec ex inſtru
mento donationis, nec ex aliquo, ſed ſolum
22 iuris præſumptione, † quia nõ põt donari ta-
li ſpurio, nec per ſe, nec per interpoſitã per-
ſonam, ita ſentit Bar. in d. l. fin. in ſecũda quæ-
ſtione ibi iſte modus non eſt tutus, quia ſi iſte
23 reſtitueret, &c. † Et ſic concluditur, quod ſe-
cundum gloſ. Azo. Cin. Bald. Locus eſt hic, vt
d Fiſcus talia donata [d] dictis filiabus ſpuriis in-
uadat, cum ſint elapſa tempora duorum men
ſium à tempore donationis, vt not. in d. l. 1. C.
de natur. libe. & etiam ſecundum Bart. Cum
iſte ſer Donatus non fuerit rogatus palam de
dando dictis filiabus. Et etiam quia d. ſer Do-
natus non detulit Fiſco, nec ſe prodit. vt not.
24 in d. l. 1. ff. de iure Fiſ. † Adeo quod ille, qui
hic defert & prodit Fiſco, debet habere tertiã
partem dictorum bonorum à Fiſco ſi eſt ex-
traneus, ſcilicet quia non eſt donatarius, qui
fuit rogatus de donando filiabus, nec etiã de
illis filiabus ſpuriis; quibus repetitio facta
fuit per viam donationis à d. ſer Donato, vt
not. ff. de iure fiſ. l. edicto. §. extat. l. ſenatus. §.
ſi quis delatorem, & ibi glo. eod. tit. & not. C.
25 de his qui ſe defer. l. vnica, in glo. lib. 10. † Vi-
deamus modo an dictus Fiſcus debeat dotare
26 dictas filias, & in hoc eſt dicendum, † cum
c onus alimentandi trãſeat etiam ad hæredes, [c]
vbi alimenta debentur, vt in auth. quib. mod.
natu. effi. ſui. §. ſi quis. Ergo defunctus ibi Pa-
27 ſci autem, &c. coll. 7. † Et de æquitate cano-
f nica ſpurij [f] ſunt alendi, extra de eo qui du-
xit in matri. quam pol. per adul. cap. cum ha-
g beret, licet de iuris ciuilis rigore tales paſci [g]
non deberent, vt not. in d. auth. quib. mod. na
tu. effici. ſui. §. vltimo, & not. C. de inceſt. nup.
28 auth. ex complexu. † Et hoc ex æquitate iuris
naturalis, quo iure filius à patre & paſci & ali
29 debet can. ius naturale diſtin. 1. † Et ſecundũ
ius naturale non erat talis differentia, vt in
30 auth. quib. mod. natu. effi. legi. in prin. col. 6. †
Debent enim talia alimenta ſanguinis æqui-
tate non iuris rigore. ff. de lib. agnoſcen. l. ſi
quis à liberis. §. utrum, & ibi hoc tenet Bart.
31 Quæ † ratio ſanguinis eſt ita cum filio natu-
rali & ſpurio, quemadmodum in legitimo,
32 ergo pariter alimenta debentur vtriq; filio. †
h Cum autem dos ſit loco alimentorum, [h] &
i ita debet pater dotare [i] filiam ſpuriam, ſic te-
netur eam alere ſecundum Bart. in l. fin. ff. de
his qui. vt in d. 2. q. In idem dote. & ff. de leg.
2. l. meuius. §. duobus in 3. quæſtione, ibi. Ex
illud eſt bonum, & in d. auth. complexu. C. de
33 inceſt. nup. † Notando tamen æque ſecundũ
arbitrium boni viri, vt dicit Bar. in d. l. fi. ff. de
34 his qui vt. † Cum ergo in caſu noſtro Fiſcus
k inuadens d. bona ſit loco hæredis. [k] ff. de iure
fiſ. l. 3. §. cum ex cauſa. ff. ad Sillani. l. cũ fiſco.
C. ad l. Iuli. de vi. l. tutoris. not. in l. inter eos. §.
fin. ff. de fideiuſ. & l. quotiens. ff. de nouat. &
ff. de pact. dotali. l. inter ſecta. §. fin. ff. de iure
fiſ. l. Statius Florus. §. Cornelio. Patet, quod fi
ſcus tenetur dare dotem congruã dictis filia-
bus, quia talia poſſunt eis relinqui, vt ſupra
eſt probatum. Concludo, quod facta declara-
tione dictorum bonorum, Fiſcus ſiue ciuitas
quæ non recognoſcit ſuperiorẽ, & ſic eſt po-
35 pulus liber ſiue ciuitas, † quæ licet recogno-
ſcat ſuperiorem, habeat tamen merum & mi-
xtum Imperium ex Principis conceſſione, &
iura regalia & fiſcalia, & ſic poteſt ei deferri,
36 vt not. l. 2. ff. de iure fiſci. † Talis ciuitas mit-
tat officiales ſuos ad videndum illa bona &
ad diſtribuendum iuxta formam l. ſi quis in-
tra. C. de bonis proſcript. & accipiat, poſſeſ-
ſionem bonorum nomine Fiſci dato termi-
no cuicunque adhærenti, ſi defendere & alle
gare aliquid, quare d. bona non ſint capien
da pro tali ciuitate habente iura fiſcalia, vt
puta eſſe magnifica & excelſa ciuitas Floren
tina

tina iuxta not. in l.fin. C.de bonis uacati.lib. 10. & in l. 1. eod. titu. perſcribentes ibi. Et tunc eo elapſo ea bona incorporanda in cameram d.ciuitatis habenti iura fiſcalia, iux.not,
37 in l.prohibitum. C.de iure fiſ. lib. 10.† Et tũc debet dare tertiam partem d.delatori, vt not.
38 in d.l.Senatus, de iure Fiſc.per Bar.† Et etiã dare dotes prædictas ſummarie iuxta not. in l. ſi quis poſthac. C.de bonis proſcrip.& not. ff.de iure Fiſ.l.res quę. §. 1.per Bar.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo ego Andreas de Alferiis, &c.

ANNOTATIONES.

a *Donatio.* Latiſsime de materia huius conſilij, uide Didac. Couar. in Epit. de ſponſal. in cap. 8. & in 2. par. §. 5. num. 8. & ſequentibus. Duen. l. 1. reg. utr. iur. regu. 366. Filius ſpurius. Paris. cõſ. 11. nume. 60. lib. 2. Alex. conſ. 310. lib. 1. & 217. lib. 3. & 74. 150. lib. 2. Corn. conſ. 236. lib. 2. Boer. deciſ. 227. Afflit. deciſ. 96.

b *Pater.* Quonã pacto Pater poſsit proprias res tute filio ſpurio relinquere, uide Coua. ubi ſupra, nu. 11. cum ſeq. Bar. & Iaſ. in l. ſi is qui, ff. de vulga. & pupill. Corta. in memo. in uer. Spurius.

c *Allegari.* Bald. in l. 1. §. fin. uer. item not. C. de lati. liber. col. Bellõ, lib. 4. ſupput. iur. cap. 20. nu. 7. Deci. in cap. 1. col. 4. extra de conſtitu. Alcia. de uerb. ſigni. lib. 1. col. 7.

d *Donata.* De quo fiſco intelligitur, an de ſeculari, vel de eccleſiaſtico, conſiderandum eſt hæredis præſtantis fidem perſonam cum is delinquẽs, & ab eo aufertur propter delictum hæreditas, nam ſi Laicus Laicus: ſi uero Clericus eccleſiaſticus. Io. Lup. in rub. de donat. §. 39. Bald. in l. ſi quis presbyter. col. 1. C. de Epiſc. & Cler. ubi Caſtren. Caſſa. in conſuetu. Burgun. rub. 8. §. 5. nu. 4. Fely. in cap. quia colũ. 2. de iudi. & ſegura. l. 3. §. fin. nu. 145. ff. de liber. & poſthu. tamen in contrariũ urget tex. in cap. 1. de ſuccel. ab inteſt.

e *Hæredes.* Mattheſi. not. 134. Abb. conſ. 115. lib. 2. Socci. conſ. 161. lib. 2.

f *Spurij.* Lamber. in tract. iuris patro. in 3. q. prin. lib. 3. primo arti. uſque ad fin. Due. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 367. Filius ſpurius. Couar. in epit. de ſpõſali. §. 6. cap. 8. in 2. par. per totum.

g *Paſci.* Deci. conſ. 611. Grauet. conſ. 138. 16. 148. 119. & 120. Rui. conſ. 124. lib. 1. Afflit. deci. 130. 203. 196. Marſ. ſingul. 358. Couar. & Duen. ubi ſupra Guid. Pap. qõ. 280. Franc. Marcus quæſt. delfinali 12.

h *Alimentorum.* Socci. conſ. 25. 273. colum. 6. uerſ. tertio habetur.

i *Dotare.* Mattheſi. col. 174. aut. inni. conſ. 37. col. fin. Couar. d. §. ſexto, nu. 11. Duen. ubi ſupra, reg. 367. in 3. ampliatione.

k *Hæredis.* Cur. ſen. conſ. 14. col. 1. Ludo. Bologni. conſ. 25. col. 1. Petrus Beninten. deci. Bono. deciſ. 91. per totam.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias Antiferna dicitur & vulgariter condota.*

2 *Donatio propter nuptias debet eſſe æqualis doti & in pactis lucrandis, & in conſtitutione ipſius tantum, quantum vir lucretur ex dote, tantum lucretur mulier ex donatione.*

3 *Donatio propter nuptias hodie de conſuetudine nõ ſeruatur, quod fiat paris quantitatis ad dotem.*

Pacta de lucranda dote, & de lucranda donatione debent eſſe æqualia d.uum.

4 *Pactum de lucrando maiorem quantitatem de dote, quæ eſſet pactum, quod mulier lucraretur de donatione, reducitur ad illud minus.*

5 *Amplia etiamſi eſſet de lucranda dote, & de donatione nihil eſſet dictum, quia reducitur ad tantum. Videlicet quantum mulier lucraretur de donatione.*

6 *Contractus legem accipiunt ex conuentione intellige vt ibi.*

7 *Caſus ommiſſus à partibus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

Factum ſic ſe habet. Quidam Ioannes Chriſtophori Riſtorij accepit in vxorem Dominam Matthæam Dom. Andreæ, & confeſſus eſt ſe habuiſſe in dote, & pro dote d. Dominæ Matthęæ florenos trecentorum quinquaginta auri, quam dotem promiſit reddere & reſtituere in omnem caſum reſtituendæ dotis, &c. Cum pacto donationis propter nuptias xxv. floren. auri lucrãdorum per ſuperuiuentem filijs ex dictis iugalibus non extantibus, &c. Contingit quod ſolutum eſt dictum matrimonium morte d. Ioannis ſuperſtite dicta Domina Matthæa & ſuperſtite vna filia naturali ex dictis iugalibus. Modò quæritur, an dicta Dom. Matthæa debeat lucrari dictis xxv. florenis.

IN

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti. Amen. In
quæſtione iſta eſt præmittẽ-
1 dum ſine longo ſermone.†
Quod iſta donatio propter
nuptias, quæ Antiſerna dici-
tur, & vulgariter dicitur condota, vt C. de do
2 nat. ante nupt. l. cum multo. §. ſancimus, † de-
bet eſſe ęqualis dote, in conſtitutione ipſius,
& etiam in pactis lucrandis tantum quãtum
vir lucratur ex dote, lucretur mulier ex dona
tione. Nam ſi mulier habet in dotem centũ,
ita vir debet cõſtituere donationem propter
nuptias in centum. Et ſi vir apponit pactum
lucrandi ex dote tertiam, ita mulier debet lu-
a crari tertiam ex donatione, [a] vt not. in d. l. cũ
multo, & in auth. de æquali. dot. in prin. coll.
3 7. poſita. C. de pactis conuẽ. auth. æqualitas.†
Et poſito, quòd hodie de conſuetudine non
ſeruetur, quòd fiat donatio paris quantitatis
b ad dotem, tamen pacta [b] debent eſſe æqualia,
vt not. in d. auth. æqualitas, & l. ex morte, eo.
titu. & C. de donat. ante nuptias auth. dos da-
4 ta.† Et adeo eſt hoc verum, quod ſi eſt in vno
appoſitum maius pactum, & in altero minus,
maius pactum reducitur ad minus, hoc eſt di-
cere, quod pactum de lucrando maiorem
quantitatem de dote, quam eſſet pactũ, quòd
mulier lucraretur de donatione reducitur ad
illud minus. Hoc eſt, quòd vir lucretur tantũ
in quantitate de dote, quantum lucraretur
5 mulier de donatione. vt ibi not.† Et etiamſi
eſt appoſitum de lucranda dote, & de dona-
tione lucranda nihil eſſet dictum, illud redu-
citur ad aliquid, videlicet, vt illud lucretur
mulier de donatione, licet nullum pactũ fue
c rit appoſitum, quàm lucraretur vir de dote [c]
ita tenet gl. & Cin. in d. l. cum multæ, & auth.
dos data ſecundum Ia. de Aretio, & idem in
d. l. ex morte, & C. de ſecun. nupt. l. hac ædi-
ctali. Et hoc not. tenet Bald. C. ad Velleia.
auth. ſiue à me. & C. de donat. ante nupt. l. cũ
multę, & ibi per Cin. Hoc ſic præmiſſo ve-
niamus ad quæſitum. Et cum in d. inſtrumen
to apparet expreſſe, quod in dote fuit appoſi-
tum pactum de lucranda dote per d. Ioannem
ſi dicta Domina Matthæa præmoriretur ſu-
perſtitibus filijs, vel vno vel pluribus, quod
d. dos in totum ſit, & remaneat penes Ioan-
nem pro filiis ſuperſtitibus vno vel pluribus
tempore mortis d. Dominæ Matthęæ: ſed in
donatione propter nuptias in caſu, in quo
matrimonium ſolueretur morte d. Ioannis
ſuperſtitibus filijs, nullum pactum fuit ap-
poſitum, ſed ſolum in caſu in quo ſolueretur
matrimonium nullis filiis exiſtentibus. Er-
go ſecundum doctrinam præcedentem, iſte
caſus, vbi eſt ſolutum matrimonium morte
Ioannis ſuperſtitibus filiis, in quo nullum pa
ctum eſt appoſitum debet reduci ad aliquod
pactum, videlicet ad caſum, vbi morte d. Mat
thęę ſolueretur matrimonium ſuperſtitibus
filiis d. Ioannis lucraretur totam dotem: ita
iſta in iſto caſu lucretur totam dotem dona-
tus pro dictis filiis. Et ita tenet Cin. in d. l. cũ
multę in 4. oppoſi. & Bar. & Bald. vbi ſupra,
& hoc voluit tex. expreſſius in d. auth. de ęqua
litate dotis, vt ſit in effectu, quod pacta ſint
6 æqualia.† Et non obſtant argumenta in con-
trarium, quod contractus vim accipiunt ex
conuentione, quia verum eſt, vbi conuentio
eſt facta: ſed in caſu noſtro non fuit facta con
uentio de donatione propter nuptias per ſu-
peruenientem, niſi in caſu non exiſtentium
liberorum. In caſu vero exiſtentium libero-
rum per partes fuit omiſſum in donatione
7 propter nuptias † recurrimus in caſu ommiſ
d ſo [d] ad leges, ſiue ad ius cõmune, & lex vult,
quòd illud pactum quod eſt de dote lucranda
per maritum in caſu ſoluti matrimonij, mor
te mulieris ſuperſtitibus filijs. Sic & intelliga
tur appoſitum in donatione propter nuptias
lucranda per mulierem. Et hoc eſt liquidum
de iure.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſu-
lo ego Andreas Alſerius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Donatione.* Socci. in tract. fallen. reg. 106. Veronẽſ. caut. 110. debes ſcire, & conſ. 26. per Cumanum.

b *Pacta.* Deci. conſil. 644. viſo & perlecto. Carol. Cot. in memorali. in uer. Donatio propter nuptias.

c *De dote.* Rolandus à Valle in trac. ſuper ſtatuto de lucro dotis. quæſt. 10. num. 4. & 8. Quamuis ubi ſupra, conſ. 26.

d *Omiſſo.* L. ſi extraneus. ff. de condi. cauſa data. Nic. Bello. lib. 4. ſupput. iur. cap. 19. nu. 10. & cõſ. 13. nume. 6. & conſ. 27. num. 8, & conſ. 29. nume. 5. Areti. §. ius autem, nume. 22. Inſti. de iure natur. gen. & ciuil.

LVD. ALF.

CONSILIVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Contractus omnis eſt licitus inter coniuges, dummodo non ſit donatio.*
2 *Mulier poteſt habere plura patrimonia, ſiue res diuerſi generis, ſcilicet dotalia.*
3 *Fructus percepti de bonis vxoris pertinent ad virum.*
4 *Et etiam paraſrenalia, & quæ non ſunt paraſrenalia, nec dotalia.*
5 *Maritus ſi accipit aliquid de bonis mulieris non datis in dotem, ipſe obligatur mulieri, & nu. 18.*
6 *Inſtrumento in dubio ſemper ſtatur, ſi non probetur contrarium.*
7 *Confeſſio mariti facta in fauorem vxoris de aliquo credito, an noceat creditoribus, & an mulier vigore illius confeſſionis poſſit contenta in inſtrumento petere, cum ſeq. & nu. 16. & 24.*
8 *Confeſſio debiti emanata inter aliquos, quorum vnus ab alio non poteſt capere de dictis bonis, illa confeſſio præſumitur in fraudem donationis facta, & num. 11. & 24.*
9 *Donatio inter coniuges, quare non eſt permiſſa.*
10 *Donatio inter virum & vxorem, quoad dominium nõ confirmatur, niſi tempore mortis, & non trahitur retro.*
11 *Fructus præſumuntur in confeſſione mariti, & nume. 27.*
12 *Confeſſioni mariti non ſtatur niſi numeratio probetur.*
13 *Creditores futuri poſſunt fraudari maxime ĩ cõtractu cum coniuncta perſona, an ſit verum. nu. 23.*
14 *Vxor eſt coniuncta perſona viri.*
15 *Quaſi dictio, eſt nota improprietatis.*
16 *Scriptura priuata mariti probat ipſum recepiſſe, quæ ibi ſcripſit.*
17 *Scripturę ſtatur, in qua continetur confeſſio ſiue promiſſio, vel cautio ex aliqua cauſa emanata.*
19 *Marito non prohibetur cognoſcere bonam fidem.*
20 *Confeſſio mariti facta in teſtamento, vbi aſſerit ſe debere vxori ex aliqua cauſa non valet, quando extant filij primi matrimonij, quia eſt timor ne eos fraudet.*
21 *Cin. in l. 1. in fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. in quo caſu loquitur.*
22 *L. ſi quis teſtamentum . . . loquitur in non capacibus etiam per viam contractus obligati.*
25 *Coniunctio ſola ſiue proximitas donatarij non facit præſumi fraudem, niſi alia indicia interueniant.*
26 *Allegans ſimulationem illam probare debet.*
28 *Gloſ. in l. ſi quis poſthac. C. de bonis proſcrip. quando non habeat locum.*
29 *Obligatio creditorum ſi in continenti ſequitur, non præſumitur fraus inter coniuges.*
30 *Contractus ſimulatus ad hoc vt fiat, eſt neceſſe, quòd conſtet aliqua cauſa, tempore contractus, quo d. contractus ſimulatus fiat.*
31 *In continenti fieri, quę dicantur, dic quòd arbitrio iudicis relinquitur.*
32 *De propinquo dicitur fieri illud, quando non diſtat niſi per ſex menſes.*
33 *Maritus & vxor, qui per viam promiſsionis fraudãt creditores, peccant, & faciunt contra eorum ſalutẽ.*
34 *Præſumendum non eſt, vt quis actu faciat animo peccandi, & contra ſalutem ſuam.*
35 *Probare tenetur, qui vult dicere contrarium, quod cõtinetur in inſtrumento.*
36 *Statuta laicorum, quæ non vertuntur contra libertatẽ Eccleſię, & ſunt honeſta, & non contra bonos mores debent ſeruari in foro etiam Eccleſiaſtico, maxime quando ambę partes ſunt ſeculares, vſque in fin.*
37 *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validum.*
38 *Iudex ſemper debet ſequi, & ſeruare conſuetudinem litigantium.*

IN Christi nomine Amen. Factum ſic proponitur. Statuto ciuitatis Piſtorij cauetur quod contra inſtrumen-
a tum quarentigiatum nulla exceptio [a]
b ſimulationis, [b] aut ſolutionis poſsit opponi, niſi productum inſtrumentum manu publici Notarij ſcriptum. Et quòd ipſa inſtrumenta executioni mã dentur ad voluntatem recipere debetis. Alio ſtatuto cauetur, quod volens proponere de ſimulatione . . . conſilium populi, & eidem ſuam petitionem exhibeat. Rebus ſic ſtantibus, & eiſdem ſtatutis vigentibus accidit, quod quidam Glottus, ſiue Ioannes vocatus Glotto, de Piſtorio ſub anno à natiuitate Domini 1377. die 15. & 16. menſis Iunij ex publico inſtrumento ſcripto & publicato manu ſer Lippi de Piſtorio publici Notarij ad petitionẽ, & inſtantiam Margaritæ eius vxoris dixit, & recognoſcit. Sede hæreditate & bonis d. Franciſci olim patris d. Dominæ Margaritæ heredis d. Franciſci habuiſſe de bonis ad dictam Dominam Margaritam ſpectantibus floren. 300. auri, quos in vtilitatem d. Ioannis cõuertit, & promiſit ipſos reſtituere, pro ut apparet præſente inſtrumento manu d. ſer Lippi. Et poſtea d. Glottus de anno 1391. de menſe Martij deceſsit ſuo condito teſtamento manu ſer Fra-
ciſci

ciſci Notarij, in quo ſibi hæredem inſtituit d. Dominam Margaritam, quæ Domina Margarita cum beneficio legis, & inuentarij dictam hæreditatem apprehendit, & inuentarium fecit. Et uidetur, quòd dictus Glottus fecerit cautionem de vſuris reſtituendis, & reperitur, quod d. Glottus à duodecim annis citra cępit pecuniam ſub vſuris numerare, vt apparet per libros . . . Modo creditores laici, qui ſoluerunt vſuras, agunt in curia Epiſcopali, & petunt ſibi reſtitui, quod vſurarum nomine per d. Glottum extortum fuit. Et citata dicta Domina Margarita reſpondendo poſitionibus contra eam factis, allegat bona, & iura d. Glotti non ſuffi cere ad ſatisfactionem . . prio-ra ac potiora iura eiſdem hypothecæ expreſſe habere ipſam ꝓ dotibus ſuis. Et ipſo inſtrumento recognitionis, & alterius debiti, ad quod tenentur hæredes Nicolai Vertucij replicatur per ipſos creditores, quòd ipſum inſtrumẽtum recognitionis eſt fictitium, & ſimulatum, & in fraudem, & fictum factum. Duplicatur per dictam Dominam Margaritam, quòd talis exceptio ſibi non obſtat, nec poteſt opponi in curia Epiſcopali, ſtantibus dictis ſtatutis. Item quod talis recognitio fuit facta per annos antequam ipſi eſſent creditores, & antequam ipſe inciperet fœnerari. Triplicatur, quòd ſtatutum cõmunis Piſtorij ſeruatur in curia Epiſcopali vigore conſtitutionis Synodalis. Quęritur non viſis d. ſtatutis forma iuris, & ſacrorum canonum. Quid iuris circa inſtrumentum recognitionis, & vtrum mereatur executionem ſaltem reſpectu donationis morte cõfirmatæ.

IN Nomine Patris & Filij &
1 Spiritus ſancti. Amen. † Ad
euidentiam dicendorũ. Pręmitto, quod inter coniuges
omnis cõtractus eſt licitus,
dũmodo non ſit donatio. l. ſi
ſponſus. §. circa. §. quid aũt. ſ. ſi maritus ibi pro
pter pignora. ff. de donat. inter vir. & vxor. l.
multũ. C. de don. ante nup. l. ſi quis alteri, vel
ſibi. & probatur in l. 2. ſ. creditum. ff. ſi cer. pe-
2 ta. † Secũdo præmitto, quod mulier poteſt ha
c bere plura patrimonia [c], ſiue res diuerſi gene
ris. l. in rebus. §. dotalia. C. de iure doti. l. doce
ancillam. C. de rei vend. l. Lucius. ſ. idem. ff. ad
3 municip. † Et fructus ex eis percepti pertinẽt
ad virum. l. pro oneribus. C. de iure doti. & l.
dotis à patre. ff. eod. tit. ſecundum not. in l. di-
4 uortio. ff. ſol. matri. † Et paraſernalia. l. fin. C.
de pact. conuen. & illa quę non ſunt paraſer-
nalia nec dotalia. l. maritus. vbi Bar. C. de pro-
curat. & l. ſi ego. ſ. dotis cauſa. ff. de iure dot.
5 † Tertio præmitto, quòd ſi maritus aliquid re-
cepit de bonis mulieris non datis in dotem,
ipſe obligatur mulieri. l. fin. C. de pact. con-
uent. & not. in l. pen. ff. ad l. Falcid. Quarto
6 præmitto, † quòd ſemper in dubio ſtatur in-
d ſtrumento, ſi non probetur contrarium [d].
C. de probat. l. cum precibus. C. ſi quis alteri,
vel ſibi. l. quamdis. & l. cum te. facit extra de
præſcriptio. cap. ad audientiam. extra de præ-
ſumptio. cap. illud. de fide inſtrumen. cap. cũ
Ioannes. de priuile. cap. porro. ff. de pact. l. iu-
ris gentium. ſ. quod fere. in auth. de inſtrum.
caut. & fi. §. oportet autem. & §. ſeq. colla. 6. &
quod not. Speculat. in titu. de inſtrum. editi. §.
reſtat. verſi. quod ſi producitur. facit l. optima.
C. de cõtrahen. & commiten. ſtipul. His pręmiſſis pro clariori intelligẽtia venio ad quę-
7 ſitum. † Et arguo primo quod d. confeſſio ma
e riti non nocet creditoribus [e] & quod ex ea
mulier non poſſit, nec contenta in inſtrumẽ-
8 to petere. † Nam cõfeſſio alicuius debiti ema
nata inter aliquos, quorum vnus ab alio non
poteſt capere de dictis bonis illa cõfeſſio prę-
f ſumitur [f] in fraudẽ donationis facta. l. exem-
plo. de probat. facit quod not. glo. in l. gene-
raliter. C. de non numera. pecun. in pen. gloſ.
9 † Et iſta eſt ratio, quòd inter coniuges dona-
tio non ſit permiſſa toto tit. ff. & C. de donat.
inter vir. & vxo. ergo hic non debet præſumi
donatio, ſi eſt donatio, licet dicatur confirma
10 ta morte. † Tamen quoad Dominicum non
fuit confirmata niſi tempore mortis, & non
trahitur retro, iuxta not. in l. placet. ff. de don.

inter

inter uir. & uxor. & l. donatione, coniuncta l. 2. C. de inoffi. dona. & l. talis. ff. de leg. 1. contrarium, not. in l. requiritis quæſtio. ff. de leg. 3. & l. ſub conditione. ff. de ſoluti. & male, ut ibi not. per Bart. Sed non eſt dubium, quod
11 iſti creditores habeant . . . ergo, &c. † Præterea quod in iſtis confeſſionibus præſumatur fraus, probatur in l. ſi quis poſthac. C.
12 de bonis proſcrip. † Ubi patet expreſſe, quod illi confeſſioni mariti non ſtatur, niſi probe-
13 tur numerationem, ſic dicamus & hic. † Præterea non eſt dubium, quod etiam creditores futuri poſſunt fraudari. C. de donat. ante nu e pti. auth. ſed iam neceſſe. Et probatur in l. ait prætor. §. ita demum. ff. quæ in fraud. creditorum, per Barto. cap. 2. de renunciat. in 6. & de electio. cap. ſi electio. eod. titu. in ultima glo. maxime cum coniuncta perſona. l. nihil. ff. de bonis libert. & notatur in l. poſt contractum.
14 ubi Bar. ff. de donat. † Sed uxor eſt coniuncta per nota. in l. fin. §. cum autem in confinio. ff. de ſer. &. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. ſi id quod. §. ſi quos. ergo & in caſu noſtro præſumitur fraus, ſcilicet, ut illa confeſſio emanauerit in fraudem donationis. Et ſic pot cõſequẽs creditores experire. Tamen in cõtrarium quod illi inſtrumẽto credatur prædictis non obſtantibus, probatur primo per tex. in l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure doti. nec dicat quis ibi inſtrumentum teſtificabatur in facto ſcilicet illationes, ut eſſe factum in donati. quia dico, quod ibi erat Chirographum, & poterat eſſe priuatum. Sed hoc non curo, quia ibi
g in dictione. Quaſi g † quæ eſt nota impro-
15 prietatis. l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matri. Sed in hoc ut dixi, non eſt uis: nam ibi eſt
16 lex, † hic ſcriptura priuata mariti, probat ipſum recepiſſe, quæ ibi ſcripſit, quanto magis publica hic debet probare ipſum recepiſſe ea, quæ confeſſus eſt, ita quod ibi non eſt ca-
17 ſus quæſtionis noſtræ. Secundo ego dico, † quod confeſſio promiſſio ſiue cautio emanata ex aliqua cauſa, ſtatur illę ſcripturæ. l. generaliter. C. de non numera. pecu. & ibi eſt opti
18 me probatum, ut hic † in caſu noſtro iſte fuit monitus & cõfeſſus ſe habuiſſe de bonis mulieris extra dotem, &c. Et ſic cauſa, ex qua cõfitetur, eſt ſufficiens ad quem obligandum, probatur in d. l. fin. C. de pact. conuent. & dixi ſupra in tertio euidentiali, ergo iſta obliga
19 tio fuit ab initio valida. † Non enim prohibetur maritus cognoſcere bonam fidem. l. quoties. §. ſint autem. ff. de adminiſtr. tuto. & not. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati.

20 Tertio probatur ſic per locum à ſpeciali. † Quando maritus confitetur in teſtamento ſe debere ex aliqua cauſa uxoris, tunc demum non valet, quando extaret filij primi matrimonij, quia eſt timor, ne eos fraudet. gloſ. l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. & not. Bar. in l. Aurelius. §. fin. ff. de liber. legat. ergo ſi non extant d. filij, d. confeſſio tenet in cauſa confeſſionis inter uiuos, ſi pars eſt præſens. l. cum quis. §. codicillis. ff. de leg. item facit qđ not. per Pet. & Cyn. in præallegata l. generaliter. Ergo & in caſu noſtro cum iſta cõfeſſio emanauit inter pręſentes inter uiuos, & nulli filij præſupponũtur ſtare ex primo matrimonio, qui potuiſſent fraudari, d. confeſſioni debet
21 ſtari. † Non obſtat quod not. Cin. in l. 1. in fi. C. de ſacroſan. Eccleſ. quia ibi loquitur, ſi bene inſpiciuntur eius verba, quando confeſſio emanauit ſine ulla cauſa, nimirum ſi præſumitur donatio. l. 2. §. circa. ff. de dol. excep. per Bar. in l. cum patronus. ff. de operis liber. Sed in caſu noſtro fuit expreſſa cauſa d. obligatio-
22 nis principaliter. † Non obſtat l. qui teſtamẽtum. quia ibi loquitur de non capacibus, etiã per viam contractus obligati. l. 1. C. de natur. lib. ut not. in d. l. generaliter. C. de non numera. pecu. Bar. in d. l. qui teſtamentum. & uxor non eſt capax obligationis, ut not. per ſupra præmiſſa, & l. 1. C. de donatio. inter uirum &
23 uxor. † Non obſtat, quod ſupra dixi, quod poſſunt fraudari creditores futuri, quia reſpõdeo, prout Bart. not. in d. l. ita demum. §. ait prætor. fateor ſi probabitur aliqua alia iudicia. iuxta not. in d. l. ſed ſi maritus. in fin. ff. qui & à quibus, & in d. cap. 2. de renuncia. At hic nihil allegatur ad probandum dictam fraudem, niſi quod ſic confeſſus fuit, & promiſit. Ergo illa determinatio facit pro me, ut nõ pręſumatur factum in fraudem, ſi alia indicia
24 non probantur. † Non obſtat quod dixit, ꝙ pręſumitur fraus, eo quia fuit facta uxori, per
25 not. in d. l. poſt contractum de donat. † Quia reſpondeo, quòd ſola coniunctio ſiue proximitas donatarij non facit pręſumi fraudem, niſi alia indicia probentur, ut per Bar. in d. l. poſt contractum. Preterea de hoc eſt caſus in l. 1. C. de iure Fiſ. lib. 10. & facit C. de donat. inter vir. & uxor. l. ſi non verum. At in caſu noſtro nullum aliud indicium allegatur, niſi quod fuerit factum in fraudẽ, ergo patet, qđ hoc ſolum non ſufficit, ut per Bart. in d. l. poſt contractum, ſtamus ergo inſtrumento l. ſi filij. C. de donat. inter vir. & uxor. & l. cum te, & l. quamuis. C. ſi quis alteri vel ſibi

alia

alia probari ſimulatio vel fraus, vt dictis iuribus probatur, & plene in l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pigno. vel hyp. ſolui. per
26 Bart. † Debet enim, qui dicit ſimulationem illam probare, vt dictis iuribus, & l. acta. C. plus
27 valet quod agitur. † Nec obſtat, quod dixi, quòd ſola confeſſio præſumitur facta in fraudem, vt not. in l. ſi quis poſt hac Cod. de bon. proſcriptorum, quia reſpondeo, vt not. per Barto. in l. aſſiduis. C. qui potiorem in pigno. habea. ſcilicet, quod illud eſt verum ſi poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, &c. vel tempora non ſint diuerſa, vel ſit renuncia
28 tum. † Tunc illa gloſ. non eſt vera, vt ibi not. ſed in caſu noſtro non eſt renunciatum, vt patet in d. inſtrumento, ergo bene patet, quòd
29 illud non obſtat. † Præterea ad præſumptionem fraudis ratione futurorum creditorũ eſt neceſſe, quod incontinenti ſequatur obligatio creditorum, argum. notatorum in l. poſt contractum & in l. ſi ventri. §. fin. ff. de priuil. credit. per Barto. & in d. l. ſi quis poſt hac per Cin. At hic ſunt elapſi duo anni, & plures, & diuerſi actus interuenerunt. Secundo nõ poteſt dici incontinẽti fuiſſe quæſitos dictos creditores poſt dictam conſtitutionẽ, vt not. per Cin. in d. l. poſt hac, per Bar. in l. fin. C. de iud. & in l. continuus, in prin. ff. de uerb. oblig. facit l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertulli. cum ibi no
30 tatis. † Eſt enim neceſſe, vt conſtet aliqua cauſa tempore contractus, ad hoc, vt d. contractus ſimulatus fiat, aliqua cauſa dico de præſenti, quę reſpiciant in futurum, argumẽ. l. mortis cauſa donare cum tribus leg. ſeq. ff. de donat. cau. mort. l. ſimiliter. ff. rerum amo ta. & l. ſed ſi maritus in fin. ff. qui & à quib. & hoc tenet Barto. in conſ. 63. incipiente factum tale eſt Petrus Nicol. eſt in lib. 1. eod.
31 num. 65. † Præterea ita dicamus ſtare in arbitrio iudicis declaratio iſtius temporis, quod debeat dici in continenti. Nullus iudex de
h betet arbitrari in continenti [h] fieri, quod fit poſt biennium, ſi alia cauſa non ſubeſt, vt no. in l. ſi cum fideicommiſſum. §. ariſto. ff. qui & quib. cum ſimil. Maxime attendendo uerba
32 Cin. in d. l. ſi quis poſt hac. † Illud enim dicitur fieri de propinquo, quando non diſtat niſi per ſex menſes. l. nõ debet. in prin. ff. de excuſa. tuto. & C. de iudi. l. properandum. §. & ſi quidem. pro hoc optime facit d. l. ſi quis poſt hac, uer. ſed in his, & melius, d. l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10. & no. d. l. ait prætor. §. ita demum per Bart. Pro hoc induco vnam rationem ni
33 uam. † Si iſta mulier, & ille maritus habuiſſet tunc animum fraudandi creditores. Et per hanc viam promiſſionis eos fraudare, peccaſ
34 ſet, & feciſſet contra eorum ſalutem † quod non eſt præſumendum l. fi. C. ad ter. Vt ergo euiremus dictam præſumptionem ſtemus. d. Inſtrumento, quouſque non probetur cõtra
35 rium. † Et qui vult dicere cõtrarium probet. argu. dd. iuribus, & l. quotiens. §. qui dolo. & l. ei qui. ff. de probatio. Super ſecũdo dubio nõ eſt ſiſtendum in prolixis verbis & allegatio
36 nibus. † Ego facio unam concluſionẽ, quod ſtatuta laicorum, quæ non vertuntur contra
i libertatem eccleſiaſticam [i] ſtante hoc dico per auth. caſſa. C. de ſacroſanct. Eccleſ. nec ea quæ clericis ſunt indulta per priuilegiũ. Nec obſtat not. per Inno. in cap. nouerit, extra de ſenten. excom. & l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum acti. &c. Et quę ſpecifice nõ ſunt prolata ſuper bonis, vel rebus Eccleſiaſticis hoc dico non obſtat cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, extra de conſtitu. & cap. quę in Eccleſiarum, eod. titu. Sed ſunt ſimpliciter prolata ſi ſunt honeſta, & nõ contra bonos mores de
k bent in foro eccleſiaſtico ſeruari, [k] vt de eo quod mitiut in poſſeſſ. cauſa rei ſer. cap. cum veniſſet, mihi placet quod ideo ibi non ſerua tur conſuetudo laicorum, quia non erat honeſta, ergo à contrario ſenſu ſi fuiſſet honeſta ſeruaretur. idem de reſtituti. in integ. cap.
37 conſtitutus. † Quod argumentum à contra
l rio ſenſu [l] in iure noſtro eſt validũ. ff. de officius. l. 1. §. huiuſmodi, ergo patet in dictis iuribus, quod ſtatuta honeſta laicorum debent in foro eccleſiaſtico ſeruari pro hoc optime. l. ex ea. ff. de poſtulan. vbi gloſ. Sed non eſt dubium, quod d. ſtatutum generaliter & ſimpliciter prolatum eſt honeſtum, & non redun
m dat contra libertatem eccleſię [m] & contra priuilegium clericorum, ergo debet in foro eccleſiaſtico ſeruari, maxime cum ambæ partes ſint ſeculares, prout expreſſe tenet Bart. in l. cunctos populos. in 2. queſtione. C. de ſumma trinit. & fide cath. † Pro hoc optime, quia iudex ſemper debet ſequi & ſeruare conſuetudinem litigãtium, vt extra de conſuet. per Compoſtella. & Innoc. facit in Auth. de appell. in princi. col. 4. Sed iſti litigantes habẽt ſtatutum, ſiue conſuetudinem, quę loquitur de inſtrumentis quarantigiatis, ergo illa debent ſeruari, quidquid ſenſerit Hoſtien. in ſum. de conſuetud. & notat Bart. in q. 5. Et ſic concludẽdum puto, vt ſuperius dixi d. inſtrumẽto debere ſtari, ſi aliter contrariũ nõ probatur de fraude vel ſimulatione. Et exceptio

nes

nes quæ opponuntur contra eum, poſſunt & debent opponi ſecundum formam d. ſtatuti. Quę autem exceptiones poſſunt opponi ſecundum fraudem d. ſtatutorũ ad præſens hoc non quæritur principaliter, ideo nil dico.

Et ita allegando dico ego Andreas de Alferiis de Cortona, &c.

ANNOTATIONES.

a *Exceptio.* Marſi.ſing.7.vbi limit.

b *Simulationis.* Non obſtante tali ſtatuto talis exceptio poteſt opponi. Late Tiraq.lib.de retrac.§.1.gloſ.2.nu.12. & ſeq.

c *Patrimonia.* Et dos dicitur ſuum patrimonium. l.3.§. ſed vtrum. in fin. ff. de min. & l. ubi adhuc. ibi. Sed fructibus. C.de iure dot. Ang.de Caſtr. in lib.1. conſi.matri.diuerſo. docto. collectorum per Excell. I. V. D. Dominum Ioan. Baptiſtam. Relictum Venetum mihi maiorem honot.conſi. 31. nume.7. Alex.conſ.78.lib.1.quod eſt repetitum in libro 6. conſilio 26. Soccin. conſilio 64. lib. 4.

d *Contrarium.* Quia præſumitur pro eo. Bal.in l.1. C.de ſenten. qui pro eo. Socci. conſ. 171.lib.2. confirmo. Grauet.conſ. 156. Deci.conſ.168.Alcia.late in tract.de pręſumpt. reg.3.præſumpt.13. num.7. Bello.conſ. 24.num.1. infra conſ. ſequẽ. num.4.

e *Creditoribus.* Bulg. Senon.in l.1.ff.ſolut.matrim. nu. 28. vbi doct.ita maxime Socci. & in tracta. fallen.reg. dotis.Iaſ.in §.Fuerat in Inſti.de actio. Tiraq. in tract.de retract.in 2. par. §.1.gloſſ.28. Rota Neap. deciſ.402. Areti. conſi.36.Gozzad. conſ.28. & 42. Bello. conſ.4.nu.6.Gouar.lib.r. reſol. uariar. cap.7. nn.6. uerſ.de creditoribus. Ruin.conſ.58.105. lib.2.

f *Pręſumitur.* Marſi. ſing.610.Alcia.de præſumpt. reg.1.præſumpt.16.nu.3.

g *Quaſi.* De hac dictione, vide Iaſ. in l.1.num.17. vbi Apoſtill. in litera d.& num. 28. ff.de acquir. poſſ. Bello, lib.4.ſupp.iuris.cap.18.num.6. Coraſ.lib.4.miſcel.cap.22.nu.6.Tiraq.poſt legibus connubi.gloſ.7. nu. 187.

h *Incontinenti.* De hac dictione, vide Barto. in l.1. num.33.ff. ſi cer.peta. Ioan. Bap. Ferretus conſ. 31.Zaſi.conſi.2.l.2.Rip.in l.ſi conſtante, nu.8. ff.ſol.matri.

i *Eccleſiaſticam.* Et quæ ſtatuta dicantur contra libertatem Eccleſiæ, uide Deci. in cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ. nume. 1. cum ſeq. extra de conſtitu. Tiraquel.de retract.libro 1.§. 30. gloſs.1. verſ. Sexto.

k *Seruari.* Et in foro conſcientiæ nos obligat. Tiraquel. in præfatio. primę part. tract. de retract. num. 73.

l *Senſu.* Alex.conſ.129. lib. 2.Rom. conſ.139. Corſet. ſingu.4. Deci. in l.vt vim. ff. de iuſt.& iure. Bello. lib.4.ſup.iur. cap.20.num. 2.Coraſ.lib.5. miſcel.cap.9.nu.8.

m *Eccleſię.* Et etiam conſuetudo quæ eſt contra libertatem Eccleſiæ eſt reprobanda.Paris.conſ.27.lib. 1.per totum. Ruin. conſ.41.nume.45.lib.1.Petr. Duen. lib.1. regu. utr.iur.regu. 143. conſuetudo quæ.

LVD. ALT.

CONSILIVM XL.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos, quæ fit à matre filio ita & taliter, quod non acquiratur patri valet cum ſeq nu.4. & 20.*

2 *Argumentum de contractibus ad vltimas volũtates valet.*

3 *In legato facto filię poteſt apponi conditio per matrẽ ne patri aliquid acquirat.*

4 *Donatio inter viuos, quæ fit à matre filio certa conditione adiecta, ne aliquid proueniat ad maritum, an mortua donataria talis donatio redeat ad donatariã, vel ad hæredes donatariæ vſque ad num.18. & ferè per totum.*

5 *Actus agentium operatur ſecundum eius intentionẽ; & non vltra.*

6 *Intentio eſt donantis inter viuos, vt res donata nullo caſu redeat ad donantem.*

7 *Filia poteſt dare in dotem rem ſibi donatam à matre. &*

8 *Pactum valet, quod mortua vxore in matrimonio vir lucretur dotem. dicto num.*

9 *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validum.*

10 *Cautionibus ſuperfluis vti non debemus.*

11 *Filiusfamilias paganus de iure digeſtorum non habebat hæredem, ſed iure peculij omnia occupabat.*

12 *Vxori quo remedio ſubuenitur, quando filius mercatur de bonis matris, conſentiente ea, ſi decedit in poteſtate patris.*

13 *Filij hodie habent hæredes.*

14 *Contractus ſumit legem ex pacto.*

15 *Coniecturis locus eſt in incertis non certis.*

16 *Donatio non inſinuata non valet, à quinquaginta florenis ſupra.*

17 *Limita non habere locum in donatione ob cauſam ſiue ob remuneratiónem, quia inſinuationem non requirit.*

18 *Merita præceſſiſſe probari debẽt in donatione ob remunerationem ad hoc vt donatio valeat.*

19 *Limita non habere locum, quando donatio fit ab eo, qui poteſt donare nullis pręcedentibus meritis, quia eo caſu verba probant merita pręceſſiſſe, nec requiritur alia probatio.*

20 *Mater poteſt donare filio ſine aliquo merito præcedẽti, & ſimpliciter donandi donatio valet.*
21 *Donatio dicitur ſimulata, & in fraudem facta, quando donans ſemper manſit in poſſeſsione rerum donatarum poſt donationem, vt primum ſtabat, an ſit verũ. nu.24. & ſeq. & nu.38.*
22 *Amplia, ut nu. dicto.*
23 *Fraudis ſuſpitio non ceſſat inter coniunctos.*
25 *Allegare turpitudinem ſuam, & delictum non licet.*
26 *Limita non habere locum, quando eſſet periculum animę.*
27 *Fraus non præſumitur ſolum per donationem factam filio.*
28 *Fraudis ſuſpicio tollitur per rationem conſanguinitatis.*
29 *Simulationum ſpecies quot ſint, cum ſequentibus numeris.*
30 *Simulatio quadam eſt de perſona ad perſonam.*
31 *Contractus ſimulatus dicitur, quando habet modicum durare, vt quia cito debet recedere. Et natura illius ſimulationis eſt, vt debeat expreſſe per pactum agi.*
32 *Contractus ſimulatus dicitur, quando contractus apparenter fit, ex parte vero contrahentium agitur, vt nihil ſit.*
33 *Contractus ſimulatus dicitur, quando agitur, vt in rei veritate fiat vnus contractus, & fiat alius, vt puta contrahere pignus, & fiat contractus emptionis, vel ſit donatio, & fit contractus emptionis, & talis contractus valet ſemper vt agitur.*
34 *Actor recte debet ponere intentionem ſuam.*
35 *Reus apte debet excipere & ſpecifice.*
36 *Exceptionem ſimulationis opponens, ſi non ſpecificat, qua ſpecie ſimulationis contractus ſit ſimulatus non poteſt obtinere cum num. ſeq.*
37 *Exceptiones plures habens debet ſpecificare, qua vti velit.*
38 *Contractus ſimulatus an præſumatur ex ſola poſſeſſione retenta per donantem, vel vendentem, vſque in fin.*
39 *Donatarius vel emptor dicitur poſſidere, quando venditor in contractu conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere.*
40 *Præſumptio ſimulationis tollitur per clauſulam appoſitam in contractu, ſe nomine donatarij poſſidere niſi non ſit alia cauſa ſuſpicionis fraudis, quàm retentio poſſeſſionis. Amplia vt ibi.*
41 *Poſſeſſione alterius vtens, ſi eſt coniunctus illi, cuius eſt poſſeſſio præſumitur vti ratione familiaritatis, non cauſa quęrendæ poſſeſſionis.*
42 *Contractus ſtandum eſt.*
43 *Vnus ex contrahentibus, quando ſimulat, alter vero credit verum contractum celebrare, eſt in poteſtate illius, qui nihil cogitabat de ſimulatione dicere; an cõtractus valeat nec ne.*

CAuetur ſtatuto ciuitatis Aretij de ſucceſsionibus ab inteſtato in hac forma, Videlicet, quod mater, uel aliquis deſcendens per lineam maternam ad ſucceſſionem filij vel filiæ, vel deſcendentiũ ex eis ab inteſtato, non admittuntur exiſtente fratre vel ſorore defuncti vel defunctæ, vel filijs ipſorum, vel fratribus patruelis; vel fratre patruele defuncti. Modo cõtingit, quod Domina M. vxor Petri Fazoli de Chiaſſa donauit inter viuos Iacobæ eius filiæ legitimæ & naturali, nec non filiæ d. N. certa cõditione adiecta, ne aliquid perueniret ad dictum N. ex dictis bonis, quorum bonorum habuit poſſeſſionem, & eam tenuit & poſſedit quatuor annos vel circa. Demum mortua eſt d. Domina I. ſuperſtite M. & d. N. & Fabio Petri fratre vtrinque coniuncto dictæ Iacobæ. Modo dicta M. dicit bona ad ſe ptinere, & d. vigore d. ſtatuti dicit pertinere ad ſe tanquam hęredem dicti Iacobi, & non ad eum. Quæritur quid iuris.

1 IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. † Primũ & ante omnia videamus, an dicta donatio valeat & dicendum eſt ſine dubio; ꝙ ſic [a] argu. l. ſi liqueat. C. de inoffi. dona. & in l. uelle necne. C. de reuocã. donat. nec dicat quis, quod hoc impediat, quod per ipſam Iacobam quæritur Patri ipſius & marito d. Dominæ M. talis donatio eſt prohibita. l. 3. §. qui in eiuſdem. verſ. Secundum hæc. ff. de donat. inter virum & uxorẽ. Quia reſpondetur, quod ſi donatio fit à matre filio ita & taliter, quòd non acquiratur patri tunc talis donatio valet l. mulier quę ad communem filium. ff. eodem titu. Probatur ratione viua. Quãdocunq; mater donat filio taliter, quod patri nihil quæratur donatio valet. l. fi. C. de donat. quæ ſub modo, ſi iſta donauit ergo, vt nil patri q̃ratur donatio valeat. †
2

Præterea

Præterea bene argumentatur de cõtractibus
b ad vltimas voluntates.[b] l. ſin. C. de legib. &
3 probatur in d. l. fin. C. quæ ſub modo. † Sed
ita eſt, quod tale mandatum poteſt in legato
apponi, ergo & in qualibet donatione. C. de
bonis quæ lib. auth. excipitur, & in corpore
vnde ſumitur. Clarius probatur, facit quod
not. in l. ſi vſus fructus. §. 1. ff. quando dies le-
gati cedat. Et hoc eſt clariſſimum, quod talis
4 donatio ualet. † Reſtat nunc videre, an per
mortem talis donatarię talis donatio redeat
ad donatricem, an vero ad hæredes donatarię
ueniat. Et in hoc non intendo ſtare in longo
ſermone. Ego puto, quòd talis donatio tran
ſeat cum aliis bonis ad hæredes donatariæ.
5 Probo per rationem viuam. † Nam actus agẽ
tium operatur ſecundum eorum intentio-
c nem, & non vltra[c] l. non omnis, in princ. ff.
6 ſi cert. peta. † Sed intentio donantis inter vi-
uos eſt, vt nullo caſu redeat res donata ad do-
nantem. l. 1. in princ. ff. de donat. Intelligo tã-
quam donantem, non autem ſi aliquo titulo
ſuccederet, puta vt hęres, ergo ſi iſta donatrix
donauit inter viuos fuit talis pręſuppoſiti: er
go ad ipſam rem donatam redire non debet.
Secũdo quando abſurdum eſt rem quam in-
quis pure non poſſidet ad aliquem aliquo titu
lo transferre. l. fin. §. ſed quia. C. communia
7 de lega. † Sed ego video Filia rem ſibi dona-
tam à matre, dat in dotẽ viro ſuo, & apponit
pactum, quod mortua ea in matrimonio vir
lucretur dotem, & valet pactũ. l. ſi ſocrus. C.
de iure dot. Ergo patet, quod non mereat ali-
qua conditio, quòd rediret ad matrem, quia ſi
de iure debuiſſet redire ad eam, tale pactum
non valuiſſet, vt d. §. ſed quia, ſed conſequens
8 eſt falſum, vt d. l. ſi ſocrus: ergo & antecedẽs. †
Quod argumentum à conſequenti deſtructo
eſt validum in iure. l. nam ſi hoc verum, ff. de
in rem, verſ. Præterea ſi ſemper poſt mortem
donatarij res rediret ad donantem, fruſtra pa-
ctum interponeretur. Vt lex dicit, quod non
eſt redit per mortem donatarij, quando pa-
ctum eſt appoſitum. l. 2. C. de donat. qui ſub
modo. Ergo à contrario ſenſu, vbi pactũ non
9 eſt, non redit, † quod argumentum in iure eſt
d validum.[d] ff. de offi. eius. & in l. 1. §. huius autẽ
rei. C. de furt. l. apud antiquos. Fruſtra enim
tale pactum apponeretur, quod non eſt eredẽ
10 dum. † Quia non debemus vti ſuperfluis cau-
tionibus. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt legata
nom. caueant, & l. non cogendum. §. fin. ff. de
procurat. de hoc videtur caſus in l. ſi prædia.
§. filius rebus. ff. de donat. inter virum & vxo-
11 rem. † Veritas eſt, quod de iure ſforum, filius
familias paganus non habebat hæredem, ſed
iure peculij omnia occupabat, l. 2. C. de ca-
ſtren. pecul. cum ſimi. & not. in l. poſt dotem.
ff. ſol. matrim. per Bar. . . . . Et d. §.
12 filius, † quod cum conſentiente vxore filius
mercabatur de bonis matris, decedit filius in
poteſtate patris, quæritur de remedio vxoris,
quia pater omnia iure peculij occupat, dicit
iure contractus, quod aut mater volebat ſibi
obligare filium, & tũc capit &c. omnium de
peculio. Aut nolebat obligare, ſed donare,
& tunc dicit tex. agit cõtra patrem quatenus
eſt locupletior: Ergo ſi donaſſet ita & taliter,
quod valuiſſet, ſed quod patri nil quæreretur
ipſa nihil poſſet petere, ſed tranſeunt ad hę-
12 redes filij. † Quia hodie habent hæredem, vt
in auth. de hęredit. quæ ab inteſt. defer. §. igi-
tur, ita quod ſibi ſi bene ponderetur eſt caſus,
quod Donatio per mortem donatarij non re
14 dit ad donantem. † Pręterea quidquid ultra
contractus ſumit legem ex pacto. l. 1. §. ſi con
uenit. ff. de poſiti. Sed ita eſt, quod in contra-
ctu prædicto apparet quod d. Domina I. ſti-
15 pulatur, & pro ſe recepit, & hęredibus ſuis. †
Ergo in incertis non certis locus eſt cõiectu-
e ris[e] l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. oblig.
ſed hoc eſt certum, vt patet ex forma contra-
ctus, ergo &c. Reſtat nunc videre quis eſt hę
res d. Dominę I. Et ſine dubio non obſtat ſta
tutum, cum extat frater filius illius I. iſta ma
16 ter eſt excluſa à ſucceſſione ipſius filiæ. † Nec
obſtat ſi dicatur, quod hæc donatio non fuit
f inſinuata, ergo nõ valet à 400. florenis[f] ſupra
17 l. ſancimus l. iuncta l. pen. C. de donat. † Quia
reſpondeo, quod donatio ob cauſam, ſiue ob
remunerationem non requirit inſinuatio-
g nem, l. aquilius, vbi Bar. ff. de donat. l. ſi dona-
18 tione. C. de collat. & ibi per Bald. † Nec ob-
ſtat ſi dicatur, quod eſt neceſſe, quod proben-
h tur merita[h] p̃ceſſiſſe. d. l. ſi donatione. † Quia
reſpondetur, quod donatio fit ab eo, qui põt
donare nullis præcedentibus meritis, & tunc
talia uerba probant merita pręceſſiſſe, nec re-
quiritur alia probatio. ita dicit Bart. in l. ſi ſor-
te. ff. de Caſtrẽ. pecul. & Bal. in d. l. ſi donatio-
20 ne, & §. † Mater põt donare filio ſine aliquo
merito pręcedente, immo ſimpliciter donan
do valet donatio, vt ſupra probatũ eſt. Et hoc
tenet Bal. ĩ d. l. ſi donatione ibi. Sed circa hoc
21 ego dico ſic, &c. † Sed vltra prędicta dicĩt pro
parte d. Do. M. quod dicta donatio eſt in frau
dem facta, & fuit ſimulata. Et hoc probaĩ, quia
i ſemper poſt donationę ſtetit in poſſeſsionẽ[i]

dictarum rerum donatarum, vt primo ſtabat
ergo &c. l. ſicut. §. ſuperuacuũ. ff. quibus mod.
pig. vel hyp. ſol. ff. de acqui. hæred. l. ſi is qui
bonis. & not iu l. 2. C. de repudi. hæredi. C. de
22 natur. lib. l. 3. & quod de ſubeunda. † Et maxi
me quando eſt facta ſibi, argumẽ. l. nihil. §. ſed
23 nunquid, prætor. ff. de bonis liber. † Cum in-
ter coniunctos fraudis ſuſpicio non ceſſet. l.
donatio. C. de donat. & not. Bar. in l. poſt con
24 tractum. ff. de donat. Ad hoc reſpondeo. † Et
ſic primo, quia iſta Domina M. non poteſt di
cere, quod in fraudem fecerit, ut eſt tex. C. de
25 reuocan. donat. l. cum profitearis, † quia ſic
k allegaret turpitudinem & delictum, [k] l. ſi cre-
ditores. C. de ſer. pig. dat. man. & l. tranſactio-
ne finita: C. de tranſactio, maxime cum iſta
donataria nihil fraudis participauerit. l. iuſiu-
randum ex conuentione. ff. de iure iuran. in
26 fin. per Bar. † Et hoc niſi eſſet periculum ani
mæ, quia tunc poſſet allegare turpitudinem
ſuam & peccatum, vt in cap. tertio loco, ex-
tra de præſcrip. ſed hoc ceſſat, & ſic ſuper iſta
27 fraude audiri non debet. † Nec eſt verum qđ
ſolum ex hoc in donatione facta filio præſu-
matur fraus, caſus eſt in l. 1. C. de iure fiſ. lib.
10. C. de bonis proſcrip. l. ſi quis poſthac. §. ij.
28 & l. ſi pater filiæ. ff. quę in fraud. credi. † Quod
ratio conſanguinitatis tollit omnem ſuſpi-
cionem fraudis, nec Bartol. in l. poſt contra-
ctum dicit quod ex eo ſolo quod donatur fi-
lio præſumatur fraus, immo dicit contrariũ,
ſi rectè inſpiciatur, quia aliud requiritur, vt
interueniat, vt talis præſumptio ſumatur. Ad
29 illud de ſimulatione reſpondetur. † Et pro
clariori intelligentia omiſſis ſpeciebus ſi-
mulationis, quas ponit Bald. in l. 1. C. plus va
let quod agit, eſt ommiſſa materia. l. qui quar-
tam. ff. de leg. 1. & l. quotiens. §. ſed ſi. ff. de hæ-
redi. inſtitu. de qua plene in l. errorem. C. de
teſtam. Aſſumam illas ſpecies, quas puto fa-
30 cere ad propoſitum noſtrum. † Et dico quod
quędam eſt ſimulatio de perſona ad perſonã.
l. qui ſub imagine. C. de diſtractio. pigno. & l.
ſi per impreſſionem. C. quod metus cauſa cũ
ſimi. Et iſte eſt caſus in l. acta. C. plus valet qđ
31 agi. † Quandoque dicitur contractus ſimula
tus, quia habet modicum durare, vt quia for
l te debet cito recedere, [l] & natura iſtius ſimu-
lationis eſt, vt hic debeat expreſſe agi pro pę-
32 na. l. 3. §. ſi ab ignoto. ff. de manu. † Quandoq;
contractus dicitur ſimulatus, quando contra-
ctus apparenter fit, ex mente vero contrahẽ-
tium agitur vt nihil ſit, vt l. nuda. ff. de contra-
33 hen. emptio. & l. emptor. ff. de aqua pluu. †
Quandoq; dicitur contractus ſimulatus, quã-
do agitur, vt in rei veritate fiat vnus contra-
ctus, & fiat alius, vt puta agitur contrahere
pignus, & ſit cõtractus emptionis. l. emptio-
nes. C. plus valet quod agit, & vt ſit donatio
& ſit contractus emptionis. l. empti fidem. C.
de contrahen. emptio. & ſemper valet ut agi-
m tur, [m] vt dictis iuribus. Modo ad propoſi-
tum noſtrum. Et primo de perſona ad perſo-
nam, quod non poteſt dici habere locũ, quia
voluit marito nihil quæri. De ſecundo etiam
non, quia non apparet ex pacto. Nec de ter-
tio, quia voluit donare, & nihil aliud fuit actũ
34 inter dictos cõtrahentes. † Verum quia ſem
per actor recte debet ponere ſuam intentio-
nem. l. minor autem. §. denique. ff. de minor.
35 l. Põponius ſcribit. † Ita reus debet apte exci
36 pere. l. 1. in 3. q. per Bar. † Modo iſta non ſpe-
cificauit, qua ſpecie ſimulationis iſte contra-
ctus ſit ſimulatus: ergo iſta non poteſt obti-
nere, argum. l. cum actum. ff. de neg. geſt. l. nõ
ſolum. §. ſi ut probari. ff. de oper. nou. nuncia.
l. matrem. C. de proba. l. ſi poſt mortem. C. de
peti. hæredi. in gloſ. in uer. probet. expreſſius
37 extra de pręben. cap. in præſentia. † Ad hoc
quãdo quis habet plures exceptiones, debet
eas ſpecificare. l. ſcire autem oportet. §. ſit au-
tem. la 2. ff. de excuſa. tutorum. Inſt. eod. tit. §.
qui autem. Qui tex. bene probat, quod iſta
Domina M. infra terminum debeat ſpecifica
re qua ſpecie ſimulationis iſte cõtractus eſ-
ſet ſimulatus, facit quod not. Innocen. in cap.
teſtimonium, extra de teſti. in gloſ. quæ in-
cipit, quid dices ibi melius, &c. Cum ergo
ipſa non fecerit hoc, debet ſuccumbere, cum
lapſus ſit terminus probãdi exceptiones per
38 d. cap. in præſentiam, & per ſupradicta iura. †
Secundo eſt videndum, an quia dicta Domi-
na M. ſtetit ſemper in poſſeſſione dictarum
rerum donatarum poſt dictam donationem
præſumatur cõtractus ſimulatus. Et videtur,
quod ſic per l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus
modis pign. vel hyp. ſol. per Bar. Veritas eſt
n in contrarium, [n] quia numquam ex hoc ſo-
lo præſumitur ſimulatio, niſi alia cauſa ſub-
ſiſtat. hoc tenuit Bartol. conſil. 43. incipien-
te. Martinus Franconis de Eugubio (81.
l. 1.) Non obſtat. l. ſicut, §. ſuperuacuum. l.
ſi is qui. bonis. ff. de acquirend. hæredit. cum
ſimili. ſupra allegatis. Quia ſuberat cauſa
pręſumendæ ſimulationis, ſcilicet faudan-
di creditores. Et hic non ſubeſt. Prętereà
ut dixi, id hoc allegabat creditor, in cuius
fraudem erat factum non faciens, vel eius
hęres.

39 hæres. † Præterea iſta donatrix conſtituit ſe
nomine d. I. poſſidere, vt in inſtrumento, er-
o go iſta donataria poſſedit, non donatrix ° l.
quod meo in prin. ff. de acqui. poſ. l. quædam.
ff. de rei vendi. l. pignori. & l. ſeq. ff. de acquir.
40 poſſ. Et † talis conſtitutio habet tollere pre-
ſumptionem ſimulationis, ſi alia cauſa preſu
mendi non ſubeſſet, vt per Bar. in præalleg.
conſilio, & conſ. 92. incipiente. Factũ tale Pe
trus Nicolę (eſt 65. l. 1.) præcipue quando ta
lis ſimulatio allegatur per partem contrahẽ-
tem, non per illum, in cuius fraudem eſt fa-
ctum. vt per Bal. in l. emptione. C. plus valet
41 quod agit. † Pro hoc optime quòd vtitur poſ-
ſeſſione alterius, & eſt coniunctus vel notus
illi cuius eſt poſſeſſio, quia prǽſumitur vti ra
tione familiaritatis, non cauſa quęrendæ poſ
ſeſſionis. vt. ff. de acquir. poſſ. l. qui iure. & ibi
in exemplis per Bar. pro hoc quod not. Inno.
in cap. Cum Eccleſia ex. de cauſa poſſeſ. &
propriet. in gloſ. in ver. partes reſtitui. &c. Ex
quibus omnibus concluditur dictum contra-
42 ctum non præſumi fictitium. † Et ideo tan-
p quam vero debet ei ſtari. ᵖ l. cum precibus. C.
de probat. & C. de donat. inter vir. & uxor. l.
ſi filii. Pręterea poſito quod iſta Domina M.
ſtipularet donare, & contractum ſimulatum
faceret. Et illa I. credebat contractum dona-
43 tionis facere. † Modo ſic quando vnus con-
trahentium tantum ſimulat alter vero credit
verum contractum celebrare, eſt in poteſta-
te illius, qui nihil cogitat de ſimulatione,
vtrum contractus valeat, vel non, vt per gloſ.
in l. eleganter, in princi. ff. de donat. Ergo iſta
donatrix nihil poteſt de ſimulatione dicere,
ita tenet Bald. in l. 1. C. plus valet quod agit,
in 2. quæſtione.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Al-
feriis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Sic.* Petrus Duenas, lib. 1. regu. utr. iur. reg. 223. in 6. limitatione. Quid in Patre donante filio. Socci. in tracta. fallen. regu. 103. Bertran. conſ. 252. lib. 1. Duen. ubi ſupra in princ. reg.

b *Voluntates.* Quando eſt eadem ratio. Deci. in l. in teſtamentis, nu. 7. ff. de reg. iur. in l. quæ de legato in princi. in l. ſi mihi & tibi, nu. 4. §. 1. ff. de leg. 1. in l. in tempus in fin. ff. de reg. iur.

c *Vltra.* Nicol. Bello. lib. 2. ſupra iur. cap. 17. nume. 4. Coraſ. lib. 3. miſcel. cap. 15. nume. 6. Couaru. lib. 1. reſolut. cap. 2. nu. 3. verſ. eodem modo. Alf. ſupra conſ. 13. nu. 64.

d *Validum.* Sil. nupti. l. 1. in uer. à contrario, nu. 112. ſupra conſ. 39. nu. 37.

e *Coniecturis.* Franc. Rip. in l. 1. nu. 91. ff. ſol. matr. Bello, conſ. 13. nu. 14. ſupra conſ. 13. nu. 39.

f *Florenis.* Duen. l. 1. reg. utr. iur. reg. 224. donatio excedens Bello, conſ. 4. nu. 3. & ſeq. & nu. 13. & 14. Roland. à Val. in tracta. ſuper ſtatu. de lucro dot. q. 53. nu. 7. & ſeq.

g *Inſinuationem.* Bald. in l. illud. num. 8. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſ. in l. ſi non ſortem in §. libertus, nu. 8. ff. de condit. indebi. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. latę de hac materia. Tiraq. in l. ſi unquam, in gloſ. in uer. donatione largitas, nume. 1. C. de reuoc. donat. late. Arius Pinel. in 3. par. repeti. l. 1. nu. 58. 59. 60. & ſeq. C. de bonis mater.

h *Merita.* Coraſ. in l. frater à fratre. §. quæſitum, nume. 55. ff. de condit. indebiti. ubi de communi Doct. ſupra citati.

i *Poſſeſſionem.* Afflit. deciſ. 40. & 65. Deci. conſ. 36. num. 9. Socci. conſ. 264. l. 2. & conſ. 94. colum. 3. lib 1.

k *Delictum.* Bar. & Iaſ. in l. iuris. iurãdi. §. procuratori. nu. 20. & ſeq. ff. de iur. iuran. Tiraq. in tractã. de vtroque retrac. in prima par. §. 1. gloſſ. 2. num. 15.

l *Retendere* Dic quando adeſt vna cum pacto modicitas pretij. Guid. Pap. q. 516. Afflit. deciſ. 339. fuit & 40. & 45. Alex. cõſ. 46. l. 3. Cora. l. 3. miſc. cap. 2. num. 9. & ſeq. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 1. gloſ. 2. nu. 64. Couar. l. 1. reſolut. cap. 9. num. 9. & per totum. Cagno. in l. 2. C. de pact. inter empto. & uendi. nu. 50. Franc. Marcus q. delfinali. 484. per totum. Deci. conſ. 172.

m *Agitur.* Paul. de Caſtro in l. ſi falſum. C. plus ualet. quod agitur. Alex. conſ. 22. lib. 1. Socci. conſ. 65. & 264. Alex. conſ. 220. lib. 4.

n *In contrarium.* Et eſt communis opinio de qua per Cur. iun. conſ. 108. nu. 11. Imol. conſ. 55. Panorm. cap. cum dilectus. & l. 1. extra de præben. Tiraq. in tract. conſtitu. in tertia par. limit. 9. nu. 2. per totum.

o *Donatrix.* Vigore d. clauſulę conſtituti. Curt. iun. conſ. 120. Affli. deciſ. 335. latiſſime per Cagno. in l. contractus, nu. 34. ff. de regu. iur. infra conſ. ſeq. nu. 5.

p *Stari.* Quia pro inſtrumento pręſumitur Soccin. conſ. 171. l. 2. verſ. Confirmo. Alci. de præſumpt. reg. 3. præſumpti. 13. nu. 7. Bello, conſ. 24. nume. infra conſ. 39. nu. 6.

CONSILIVM XLI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio olim perficiebatur, vel per traditionem, vel per ſtipulationem.*
2 *Donatio facta abſenti, an & quãdo valeat, & per totũ.*
3 *Donatio hodie vales facta per pactum nudum, intellige vt nu. 4. & 8.*
4 *Donatio, quæ non fuit perfecta per traditionem, vel per aliquid, quod pro traditione habeatur non dicitur perfecta, cum num. ſeq. 15.*
5 *Donari poteſt abſenti.*
6 *Intellige eſſe uerũ, ſi ille cui donatur accipiat rẽ donatã.*

8 *Donatio facta pacto nudo, valet, quando donatarius eſt præſens, vel mediante nuntio vel epiſtola.*
9 *Donatio facta pacto nudo non valet, quando pars non eſt preſens, etiamſi tertius audiſſet verba, & retuliſſet Donatario, & donatarius recepiſſet.*
10 *Mater dicitur poſſidere, & ire ad poſſeſſionem filiorũ iure familiaritatis, quam ipſa habet cum filio.*

IN Nomine Patris & Filij &
1 Spiritus ſancti. Amen. † Viſa ſcripta priuata cuiuſdã donationis factę per Ioachinum Ioannis de Aretio Dominæ Margaritæ eius matri,
2 quorundam ſtariorum terrę. † Præmitto qđ donatio olim perficiebatur altero de duobus modis, ſcilicet, uel per traditionẽ, vel per ſtipulationem l. ariſto. cum ſimil. ff. de donati. l. nec ambigi oportet. C. eod. cum ſimil. & qđ
3 dixi per ſtipulationem. † Idem eſt hodie per
a pactum [a] nudum. C. de donati. l. ſi quis argentum. ſ. fin. & not. in l. cum pater. §. mecum. ff. de leg. 2. & in d. l. nec ambigi. Modo ad propoſitum redeundo, non inſiſtendo in longo ſermone dicendum videtur, quod d. donatio,
4 non valuerit. † Et hoc eã ratione, quia nõ fuit perfecta aliquo modo de duobus, ſcilicet, ꝙ non interuenerit traditio, nec aliquid, quod
5 pro traditione habeatur. † Nam licet abſenti
b poſſit donari, [b] vt l. abſenti. & l. etiam. ff. de do
6 nati. † Hoc eſt verum ſi ille, cui donatur accipiat rem donatam. At in caſu noſtro non apparet, quod illa Domina Margarita acceperit, hoc eſt, quod ſibi tradita fuerint dicta ſtariora terræ, ſeu dicta petia terrę: ergo d. donatio non tenuit, quia vt dixi non interuenit vera traditio, vt d. abſenti, nec aliquid, quod pro traditione habeatur, iuxta not. ff. de acquirẽ. poſſ. l. quod meo, & l. interdum, ſcilicet quod d. donator cõſtituerit ſe nomine illius domi-
c næ Margaritæ poſſidere. [c] † Nec fuit facta di-
7 cta donatio per d. Ioachinum exiſtentem in d. petia terræ donatæ, vt l. prædia. ff. de acquir. poſſ. & l. quędam mulier. ff. de rei vendi. Ergo d. donatio non valuit. vt not. in d. l. abſenti. & l. qui mihi donatum, eod. tit. per Bar. Igi-
8 tur dico, quòd non valet. Quia † licet hodie valeat donatio facto pacto nudo, debet intelligi, quando donatarius eſt præſens, vel me-
d diante nuntio vel epiſtolæ, [d] vt not. dicit in l. 1. C. de donati. cauſa mor. & pro hoc, quod not. in l. abſenti per Bar. & eſt gloſ. in l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi tenet Guliel. de Cuneo. Cin. Bart. Bal. & omnes vna cum Ioan. Andr. in Speculat. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua verſ. 67. qui incipit. Sed an pauperes in fin. addi. ibi poſito. Cum ergo d.
e Domina Margarita non fuerit præſens [e] tempore dictorum verborum prolatorum, nec alius pro eo tunc temporis d. verba acceptauerit, d. donatio non valuit. Nam ſi non va-
f let vt dixi ad pias cauſas, [f] quæ eſt priuilegiata multo minus, quando fit perſonæ non priui-
9 legiatæ, vt eſt in caſu noſtro. † Adeo ꝙ etiãſi quidam tertius tunc audiſſet. d. uerba prolata per d. Ioachinum, & ea retuliſſet d. Dominæ Margaritæ, & ipſa acceptaſſet hoc non ſufficeret, vt talis donatio valeret ſecundum glo. in d. l. non ambigi, & ibi per Cin. C. de donatio. pro hoc quod not. Bart. in l. qui mihi donatũ. ff. eod. tit. præſumitur, quòd dicta verba donationis, cum non ſit ſolemnitas opportuna ſeruata, dicta ſint in fraudẽ, ꝑ hoc in ratione ſui. l. Iatam. C. de donat. Nec obſtat ſi dicatur iſta Dom. Margarita iuit pluries ad dicta pe-
10 tia terræ, & eam tenuit & poſſedit. † Quia dico quod ipſa præſumitur iuiſſe & tenuiſſe iure familiaritatis, quam mater habet cum filio, vt ff. de acquiren. poſſ. l. qui iure, extra de cauſa poſſ. & propri. cap. cum Eccleſia, per In noc. in gloſ. quæ incipit per reſtitutionem, & de præſcri. cap. ſi diligenti. Ex quibus omnibus concludo d. donationem non valere.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo ego Andreas de Alferiis, &c.

ANNOTATIONES.

a *Pactum.* Deci. in rub. C. de pact. nu. 4. ubi Cagno. nume. 16. & ſeq. Rip. in rub. ff. de verbor. oblig. nu. 24. Quid in pacto preſumpto. Tiraq. de legibus connubiali, gloſ. 5. nume. 58. cum multis ſeq. & in l. ſi unquam in gloſ. in verb. donatione largitus. num. 52. & 152. Coraſ. lib. 3. Miſcel. cap. 15. num. 14. Et ex tali pacto donationis oritur actio. Socci. conſ. 53. col. 3. l. 4. Duen. l. 2. reg. utr. iur. regu. 19. Actio oritur.

b *Donari.* Franc. Rip. reſponſ. 2. titu. de donatione. & grati. per fili. & reſpon. 3. titu. de conſtitut. & ſtatu.

c *Poſſidere.* Multas concordantias vide per Dec. in l. contractus, nu. 12. Vbi Cagno. nu. 34. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. 1. num. 105. ff. de acqui. poſ. vbi Rip. nu. 17. Alex. conſ. 28. nu. 7. l. 2. Tiraq. in trac. de conſtitu. per totum. Bello l. 4. ſup. cap. 17. nu. 13. Rui. conſ. 144. nu. 3. l. 1. & conſ. 66. num. 7. lib. 4. Guid. Pap. q. 268. Afflic. deciſ. 335. Decius dicit non habere locum, quando pro quo conſtituitur erat abſens, in conſ. 66.

d *Epiſtola.* Nicol. Bello, conſ. 27. nume. 7. Rip. reſponſ.

ſpo nſ. 2. titi: de donat. & grat. per fili. & reuoca. ſupra cum præceden. nu. 40.

e *Præſens.* Quid ſi fuiſſet præſens, & tacuiſſet. Dic quod illa taciturnitas conſenſum inducit ad donationis validitatẽ, & eſt communis, de qua per Hiero. Cagno. in l. ſemper qui non prohibet, nume. 5. ff. de reg. iur.

f *Cauſas.* Socci. in trac. fallen. reg. 107. donatio.

LVD. ALF.

CONSILIVM XLII.

SVMMARIVM.

1 *Dubitatio nullam eſſe debet, vbi eſt caſus legis.*
2 *Contractus innominatus eſt, quando commodo tibi meum Bouem, vt tu commodes mihi tuum. & ſeq.*
3 *Caſus fortuitus nec periculum veniunt in contractu innominato, ſed tantum dolus lata culpa & leuis.*
4 *Socius non tenetur reſtituere animal, ſi fuerit ſibi per vim ſublatum, & vbi culpa non ſit, niſi per ſpeciale pactum ſe obligauerit num. fin.*
5 *Cuſtodia nulla aduerſus vim proficit.*
6 *Commodatarius non tenetur ad reſtitutionem rei cõmodatæ, ſi ei ablata per vim fuit, & adhibuit eam diligentiam, quam adhibuit in rebus propriis.*
7 *Commodatarius non tenetur reſtituere, quando culpa nõ interuenit, niſi per ſpeciale pactum ſe obligauerit ad periculum.*

FRanciſcus Guidi & Angelus habentes vnuſquiſque eorũ vnum bouem, vnus alteri cõmodabat ſuum, & ita viciſſim arabant. Et cum d. Angelus haberet bouem d. Franciſci fuit rupta tregua per vnam caualcatam, & fuit ſibi ablatus ille bos. Et ſimiliter quibuſdã vicinis ſuis, & etiam fuit captus d. Angelus cum quibuſdam ſuis rebus. Quæritur vtrum teneatur d. Franciſco ad reſtitutionem d. Bouis.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. Non eſt ſiſtendum in longo ſer-
1 mone. † Quia vbi eſt caſus legis, ibi nulla dubitatio. l.
2 ancillæ. C. de fur. † Et verius eſt, quòd iſte contractus fuit gratia vtriuſque, & fuit contractus innominatus facio vt facias, ſcilicet commodo tibi meum Bouem,
3 vt tu commodes mihi tuum. In† quo non venit caſus fortuitus, & periculum, ſed ſolum lata culpa & leuis. l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ff. commodati. Tamen de quæſtione noſtra eſt caſus ad literam, ff. de præſcript. uer. l. ſi rem tibi. §. ſi cum vnum Bouem haberem, &
4 vicinus vnũ. Et inſti. locati. §. prætetea. † Vbi clare patet, ꝙ præfatus Angelus penes quem Bos d. Frãciſci periit, ſcilicet cui fuit ablatus, non tenetur niſi culpa d. Angeli poſſet imputari, quod nõ videtur. ff. pro ſocio, l. cum duo-
5 bus §. damna. † Nulla enim cuſtodia aduerſus vim proficit. l. ſi ea res in princ. ff. de acti.
6 empti. l. ad eos. ff. commod. † Cum enim iſte Angelus fecerit de Boue d. Frãciſci, prout de ſuo proprio patet, quod ipſe non tenetur. l. in rebus. ff. comod, l. ſi vt certo. §. quod nõ ſenectute. ff. eod. tit. pro hoc l. 1. ff. depoſiti. tali enim violentiæ reſiſti non poteſt, & egit de Boue d. Franciſci, vt de ſuo. ergo non tenetur. l. 1. C. de locati. & l. dominus horreũ, ff. eod. titu. Cum enim iſte Angelus, vt aſſeritur, fecerit, vt & ſui vicini, & vt ipſe erat conſuetus nihil eſt ei imputandum. Inſtit. pro ſocio. §. fi. & ff. fami. hercis. l. hæredes. §. non tantum, pro hoc l. ſi negocia abſentis. ff. de neg. geſt. in gl. & per Cin. in l. nemo. C. de epiſco. audi. in vltima quæſtione in Addi. Cum ergo omnes vicini de contrada irent ad laborandum confidentes de d. tregua, patet, quod iſte in nulla culpa fuit, quod patet, quia ipſe & eius vicini
7 capti fuerunt & derobbati. † Ex quibus omnibus optime cõcluditur, quòd cum iſte Angelus nulla culpa poſſit imputari, quod ipſe non tenetur, cum per ſpeciale pactum periculum in ſe non ſuſceperit. l. 1. ff. commod. & l. fortuitis, & l. ſi nulla. l. pignus in fin. C. de pigno. actio. cum ſimili. Et ita concludo.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſulo ego Andreas Alſerius de Cortona.

CONSILIVM XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Petitio fit verbo, quando proceditur ſummarie, & vbi non poteſt haberi copia peritorum, debet tamen redigi per notarium in actis.*
2 *Contractus ſocietatis dicitur, quando aliquis accepit animal in ſocidam, niſi aliud appareat.*
3 *Confeſſio abſente parte facta probat ſemiplene, præſente vero parte plene. & num. 4.*
5 *Ex ſemiplenis probationibus, fit vna plena probatio.*

Bona

6 *Bona fides debet attendi in contractu ſocietatis.*
7 *An, & quando, & in quibus caſibus recipiens in ſoccidam pecus extimatum, teneatur reſtituere pretium, ſi pecus moreretur. & nu. ſeq.*
9 *Iudex quomodo debeat condemnare, quando non opponitur de morte animalis, an ad reſtitutionem, vel ad ſolutionem extimationis.*
10 *Actore non probante Reus abſoluitur.*
11 *Statutum loquens de præſcriptione eſt ſtricti iuris.*
12 *Statutum, quod eſt ſtricti iuris, non trahitur ad caſum ibi non expreſſum.*
13 *Actio pro ſocio oritur ex contractu ſocietatis, & talis actio viuit xxx. an.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In quæſtione iſta attendendo ad veritatem dico primo, q̃d licet in petitione dicti Actoris non ſint omnia apte narrata, quia forte ibi non eſt copia peritorum.† Attento quod proceditur ſummarie; & ſine figura iudicij. Vnde ſolummodo uerbo ſit Petitio, quæ in actis per Notarium redigi-
a tur, [a] iuxta not. in Clem. ſæpe. de uerb. ſignif. idem per Bar. in extrauag. ad reprimen. ſuper vet. figura, pro hoc gloſ. not. in l. in ſacris. l. 3. §. hoc ſi prolatum. C. de proxi. ſacr. ſcrin. lib. 12. Dico, quod d. Petitio probat, licet ibi nõ dicat ſe hæredem Berterij, quia cum petatur rem ex contractu inito per d. Berterium eſt neceſſe, quod dicat eos heredes, quia citra ius & nomen hæredis iux. plene not. in l. pro herede. & l. gerit. ff. de acquir. hæredi. pro hoc l. duo fratres. ff. de acquir. heredi. cum ſimil. Videamus modo, an ſit probata intentio d.
2 agentis ſine ſuperfluis allegationibus. † Et quia dicitur iſtum Leonardum habuiſſe duos Boues in ſoccidam, Vtrum hic ſit contractus ſocietatis. Et ſine dubio dicendum eſt, quod ſic, ſi aliud nõ apparet. ff. pro ſocio. l. cũ duobus. §. ſi in coeunda, unde eſt glo. vtens, hoc uocabulũ ſoccida. Videamus, ſi eſt probatum et quantum eſt, ſecundum veritatem eſt probatum, videlicet per dominum Mathęũ vnum ex teſtibus, qui dicit ſe hoc audiuiſſe à d. Leonardo. Et licet non fuerit præſens pars
3 ad uniuerſa † eſt ſemiplena probatio talis cõ-
b feſſio [b] abſente parte, extra de ſucceſſ. ab inteſt. c. cum dilectus. ff. de adult. l. capite quinto, & tenet Bar. in l. admonendi, ibi. Itẽ quæro, quod ſi inſtrumentum &c. ff. de iureiurã. Quæ confeſſio probatur etiam per ſer Torellum alterum teſtem. Immo ſi bene conſideretur dictum præfati ſer Torelli fuit facta talis confeſſio in pręſentia partis, ibi interrogatus, pro quanto pretio &c. Et dixit, quod Antonius dixit, quod habebat in ſoccidã pro 24. florenis. Et Leonardus reſpondit, quod immo pro 18. Et ſic poteſt iudex bene cautus comprehendere, quod illa verba fuerunt in partis pręſentiam. Et ſic eſt probata dicta ſoccida. Primo probatur per confeſſionem d. Leonardi factam die primo Aprilis, ubi cõfitetur teſtificata per dictos teſtes. Et ſic ex tali confeſſione apte patet eſſe probatam d.
4 ſoccidam. † Si talis confeſſio fuit facta parte
c præſente; [c] Aliter non eſſet plena probatio, vt l. certum. §. ſi quis abſentem. ff. de confeſſ. Sed licet in actis non dicatur quod pars fuit pręſens, tamen ex actis ibi per Poteſtatem ſa
5 tis poteſt pręſumi partes fuiſſe præſentes. † Vnde ex iſtis ſemiplenis probationibus ſit vna plena probatio, & ſic concluditur eſſe probatam ſoccidam d. Bouis. Reſtat ergo q̃d cum ſit probata d. ſoccida, quod ſecundũ bo-
6 nam fidem, † quæ debet attendi in contractu ſocietatis. C. pro ſocio. l. cum in ſocietatis cõ-
7 tractibus † reiectis cauillationibus iſte Leonardus debet reſtituere d. Bouem cum non allegetur per d. Leonardum d. Bouem naturaliter periiſſe. Licet enim teſtes d. Antonij. Videlicet Franciſcus & Melchior dicant tãtum Bouem mortuum fuiſſe ex defectu, nec declarant defectum, videlicet utrum uenerit naturaliter, an caſu uel culpa, Stephanus nihil probat, quia dicit de auditu; ſtat ergo, ut licet non viderim conſtitutum eximij ll. Doctoris, & ſtrenui militis Domini Philippi de Corſiniis, quod allegatur, quod nõ probetur culpa d. Leonardi &c. eſſet verum, ſi dictus Bos naturali morte mortuus fuiſſet, non dico caſu fortuito, vt d. l. cum duobus. §. damna. (Fol. c. in addi. ad prac. Maran. de ordi. iudi. in
8 4. diſt. 4. par. nu. 20. in fi.) † Nam tres ſunt caſus: nam aliquando pecus datus in ſoccidam, extimatum moritur naturaliter, & in iſto caſu dicit Bal. illum recipientem non teneri ad aliquid. l. 1. C. pro ſocio, in 9. quęſtione. Aliquando prout caſu fortuito, tunc tenetur ad dimidium extimationis d. §. damna in fin. Si uero culpa ruſtici, tunc tenetur in totum, ita tenet Bald. C. de pact. l. ſi paſcenda, & in d. l. 1. C. pro ſocio, in 9. quæſtione. Cum ergo vedixi in caſu noſtro non ſit exceptum, nec probatum de morte d. Bouis. Pręcipit Poteſtas in condemnando in tota quantitate ſcilicet
9 in 18. florenis. † Sed debuit primo condemnare ad reſtitutionem Bouis, & in caſu, quo non reſtitueret, debebat cõdemnare ad ſolu-

tionem

tionem d. extimationis, cum vt dixi, non ſit
10 oppoſitum de morte. † Super facto uero fru
menti nihil eſt probatum, debuit d. Leonar-
d dus abſolui.[d] l. qui accuſare. C. de eden. Et
non obſtat ſi dicatur ipſe fuit confeſſus om-
nia quæ fuerunt teſtificata per teſtes, & unus
ex teſtib[e], ſcilicet ſer Taurellus depoſuit, qđ
ipſe fuerat confeſſus ergo, &c. quia reſpon-
deo d. teſtis dixit, quod ipſe dixit, quod red-
e diderat,[e] & ſi confitetur eſſe vera confitetur
& dicit ſe liberatum, ſuper vero illo, quòd di-
citur de præſcriptione ſtatutaria, ſub rub. de
11 præſcript. uerſ. &c. non vendicat ſibi locũ. †
f Nam eſt ſtricti iuris,[f] l. conſtitutionibus. ff. ad
12 municip. † Et ſic non trahitur ad caſum ibi
non expreſſum. l. ſi uero. ſ. de uiro. ff. ſol. matr.
13 l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. obligat. †
Nos ſumus in contractu ſocietatis. Vnde ori
tur actio pro ſocio quæ viuit 30. an. l. ſunt cũ
ſimil. C. de præſcri. 30. an. l. 1. C. de annali ex-
cep. cum ſimil. Non autem eſt in caſu noſtro
aliqua locatio, ſed merus contractus ſocieta-
tis. Cuius actio durat 30. an.

Et ita vt ſupraſcriptum eſt dico & conſulo ego Andreas de Alſeriis, &c.

ANNOTATIONES.

a *Redigitur.* Alex. conſ. 50. col. 3. l. 2. Corn. conſ. 62. colum. l. 1. Deci. in l. edita. nu. 5. C. de eden. Marant. in tracta. de ordi. iudi. in 4. par. princ, in 9. diſtinct. num. 12. & ſeq. Limita ut per Dominum meum dominum Anton. Grauati. in additio. ad prax. Octau. Veſtri, in lib. 5. cap. 2. num. 10. Marant. de ordi. iudi. in 9. diſt. 4. par. prin. per totũ, & num. 12.

b *Confeſsio.* Afflit. deciſ. 12. nu. 2. & 337. num. 6. Paris. conſ. 120. nu. 4. lib. 1. late Marſi. in rub. de probat. nu. 89. & ſingu. 329. Grauet. in tract. de anti qui. tem. in par. 1. ſecti. incipiente de uerbo, num. 245. Marant. de ordi. iudi. in 6. par. prin. in ſ. arti. in uer. Confeſſio, nu. 2. & 12. Fanum, num. 13. dicit quod ſi probetur per unum teſtem, quod non probat ſemiplene. ita allegat conſ. Alex. in lib. 5. 132. col. pen. uerſ. Non obſtat etiam. Petr. Duenas lib. 1. regu. vtr. iur. reg. 120. Confeſſio extra iudicium factum parte abſente.

c *Præſentes.* Socci. conſ. 228. col. 5. lib. 2. & in trac. fal. reg. 63. Cõfeſſio. Petrus Duenas. d. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 119. Confeſſio extraiudicialis.

d *Abſolui.* Catel. Cot. in memo. in uer. actore. Copar. l. 1. uari. reſolut. cap. 1. num. 8. lib. 1. ſupra cõſil. 1. num. 7.

e *Reddiderat.* Bar. in l. 1. nu. 4. ubi Rip. nu. 23. ff. de uulg. & pupil. Aret. ſ. his igitur. nu. 6. Inſtitu. de iuſti. & iur. Silua Nupt. lib. 3. nu. 54.

f *Iuris.* Et ſtrictiſſime eſt interpretandum vt minus lędat ius commune quàm ſit poſſibile. Rip. in rubri. ſ. ff. ſolut. matr. nu. 61. Rui. conſil. 28. num. 5. l. 3. Paris. conſ. 84. nu. 10. lib. 2. dixi in meo conſilio 2. num. 4.

LVD. ALF.

CONSILIVM XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Coloni & conductores bonorum Eccleſiarum, qui conducunt ad tempus. An teneantur de fructibus dictorum bonorum ſoluere gabellam per communem Ciuitatis impoſitam, & per totum.*

2 *Immunitas non ſoluendi gabellas conceſſa eſt Eccleſiis & Clericis.*

3 *Priuilegium, quod habet Eccleſia & Clerici tranſit ad familiares, Ruſticos, & Colonos Eccleſiæ.*

4 *L. ij. C. de Epiſc. & Cler. can. iudicatum. 88. diſtin. & cap. 1. 12. q. 1.*

Loquitur in familiaribus Ruſticis & Colonis perpetuis Eccleſiæ, vel Clericorum, non in eis, qui conducunt ad tempus.

5 *Gabella ad portam Ciuitatis debet ſolui per conductorem bonorum Eccleſiarum quando transferunt fructus ad Ciuitatem.*

DVbitatur nunquid coloni & conductores bonorum Eccleſiæ, qui conducunt ad tẽpus teneantur de fructibus dictorum bonorum ſoluere gabellam per cõmune Volaterrarum impoſitam.

IN Nomine Patris & Filij &
1 Spiritus ſancti, Amen. †
Ego dico, quod dubium ſtat
in hoc, quia conceſſa eſt im
munitas Eccleſiis & Cleri-
a cis[a] per tex. in auth. itẽ nulla
communitas. C. de epiſc. & cleri. & extra de
immunit. Eccleſ. cap aduerſus, & cap. nõ mi-
2 nus, & cap. 1. & 2. eod. titu. lib. 6. † Et hoc pri-
uilegium tranſit ad familiares, ruſticos, & co-
b lonos Eccleſię,[b] vt l. 1. & 2. C. de epiſc. & cle
ri. & 88. diſtinct. can. iudicatum, & cap. 2. 12.
3 q. 1. tamen hic attende, † quia non inſiſtendo
in longo ſermone ego dico, quod dicti colo-
ni, ſiue laboratores debeant ſoluere gabellas
uigore legis municipalis, quæ potuit eos li-
gare, nec poſſunt ſe defendere priuilegio Eccleſiæ,
4 cleſiæ, † quia dico, quod illa iura, & illa cap.
loquun-

loquuntur in familiaribus ruſticis & colonis
perpetuis Eccleſiæ, vel clericorum, vt per Ar
chid. in d. cap. 2. At hic iſti ſunt conductores
ad tempus, ergo ad illos non extenditur d. pri
uilegium. Et tenetur ſoluere gabellam de fru
ctibus ad portam, ſicut ſoluerēt de eorū pro-
priis bonis, vt not. in c. pen. de cenſibus lib.
6. Et hoc tenet expreſſe Fridericus de Senis
in conſilio 111. incipiente. Quæſtio talis eſt.
An Dioceſanus, &c. col. 5. in fin. ibi. Itē quæ-
ritur. An ruſtici laborantes terras Eccleſiarū
teneantur ſoluere gabellas, vt ibi. Immo ſi
Clericus affictat Eccleſiá vel vēdit fruct⁹ nō
5 gaudet priuilegio Eccleſię. Modo ſi trāsfert
fructus ad ciuitatē, vel aliò, ſoluit gabellā ad
portam ciuitatis, ſicut de propriis bonis, &c.
hæc ſunt verba ſua, pro hoc optime not. de
immuni. Eccleſ. extra in fin. Nec obſtat, qđ
dicit Bart. in l. licitatio. §. fin. ff. de publi. Quia
poſſum dicere, quod tale munus ſit ordina-
rium, cum ſit inductum per legem Municipa
lem, nec variet nunc vno modo, nunc alio.
Non obſtant leges, quas ipſe allegat, quia in
illis eſt ita expreſſum, vt coloni gaudeāt tali
immunitate: hic autem non eſt expreſſum,
& ſic non obſtat. Concludendum eſt ergo di
ctos colonos debere ſoluere gabellam de di-
ctis fructibus.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Al-
feriis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Clericis.* Bar. in l. 1. §. fin. ff. de muner. & honor. & conſ. 180. l. 1. Guid. Pap. q. 372. Grammat. deciſ. 29. nu. 14. & in conſ. 1. poſt deciſiones. nume. 32. & 33. Paris. conſ. 25. l. 1. Petr. Duen. lib. 1. reg. vtr. iur. reg. 100. Clerici.

b *Eccleſia.* Bal. in l. 1. C. de epiſc. & cler. & in l. bipē-nes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. Felin. in cap. 2. nu. 2. de foro competen. & in cap. inſinuante de offi. deleg. vbi ampliat etiam ad familiares clericorū. Duen. vbi ſupra in 2. ampliat. & in regu. 305. famuli. Marant. de ordi. iudi. in 11. diſtin. 4. par. prin. num. 4.

LVD. ALP.

CONSILIVM XLV.

SVMMARIVM.

Forenſis non habitans in Ciuitate vel Territorio, qui tamen habet ibi poſſeſſiones, an teneatur ſoluere gabellā pro fructibus ibi recollectis, vigore ſtatuti impoſitam, per totum.

1 *Diuiſio facit rem dilucide intelligi.*

2 *Verbum determinat quodlibet determinabile per ſe, quando ſunt plura determinabilia, quæ reſpiciunt vnum verbum.*

3 *Relatiuum refert qualitatem ſuam, id eſt quod ei adijcitur omnibus eius antecedentibus.*

4 *Caſus plures quando in lege ponuntur cum vno ſolo verbo principali, tunc quilibet ex dictis caſibus ſingulariter pro ſe illo verbo conſtruuntur.*

5 *Clauſula generalis in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, ſi poteſt ſalua ratione recti ſermonis, vel non eſt à iure contrarium diſpoſitum.*

6 *Defectus in Grammatica in legibus vel ſtatutis eſſe non debet.*

7 *Onus reale ſiue perſonale, ſolui debet illi ciuitati, in cuius territorio res eſt.*

8 *Munus reale ſiue perſonale eſt, quādo ſoluitur aliquid ex corpore proueniens, & aliud reſpectu rei. Et ab iſto munere nullus excuſatur.*

9 *Qualibet ciuitas vſurpauit priuilegium poſſendi grauare forenſem pro poſſeſſione in cuius territorio ſita eſt.*

STatuto & ordinato, che ciaſcheduna perſona della terra di Volterra Borghi & ſobborghi, Pendici & altri lochi, iquali non ſono taſſati, & qualūque altra perſona, che nelli detti lochi habitarà, ò qualche altra perſona foraſtiera, che haueſſe terreno in quello di Volterra paghi per ciaſcuno moggio di grano, cicerchi, faui, ſegola, & mochi, che ci raccoglieſſe, &c. Modo quæritur an forenſis non habitans in ciuitate vel territorio Volaterræ, qui habet ibi poſſeſſiones ſoluere teneatur.

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritusſancti. Amen. Non
inſiſtendo in ſermone. De-
ciſio dicti dubij pēdet ex in-
1 tellectu d. ſtatuti. † Et quia
diuiſio facit rem dilucide in-
a telligi. [a] l. 2. ff. de doli excep. & not. in proœ.
Inſti. §. igitur poſt libros in gloſ. In diuiden-
do dico, quod ſtatutum loquatur in tribus ge
neribus perſonarum. Et diuidit ſic. Quia po-
nit primo tria genera perſonarum. Secundo
ponit diſpoſitionem, & verbum principale.
Secunda ibi. Chi haueſſe. Modo vult dictum
ſtatutum, quod quilibet ciuis Volaterranus,
vel

vel de locis nõ taxatis, &c. ita quod loquitur
primo quando perſona eſt de dictis locis nõ
taxatis. Secũdo loquitur de perſona, quę nõ
eſt de dictis locis nõ taxatis: ſecũda ibi habi-
taſſe: tertio loquitur, quando perſona eſt alie
nigena, nec habitat in dictis locis. Et ſemper
loquitur quando aliqua ex dictis perſonis ha-
beret poſſeſſiones in territorio Volaterra-
no. Nam iſtud verbum, Chi haueſſe &c. re-
fertur ad ſingulos caſus præcedentes, quod
2 probatur. † Quia quando ſunt plura determi
nabilia, quæ reſpiciunt vnum verbum. Illud
verbũ determinat quodlibet determinabile
per ſe. l. auus. §. ſi quis. . . . ff. vi bon rapt.
per Bart. & quod not. ff. de his, qui not. infam.
l. 1. per Bar. Sed ita eſt hic, quod illud verbũ,
Chi haueſſe, eſt verbum quod debet determi
nare dicta determinabilia præcedentia. Ergo
quilibet de per ſe determinatur, & ſic quæli-
bet perſona de aliquo ex tribus generibus ha
bens poſſeſſiones in territorio Volaterrano
ſoluat, &c. pro hoc induco l. noua quod. §. fin.
3 ff. de pen. leg. † Qui relatiuum refert quali-
tatem ſuam, hoc eſt, quod ei adiicitur omni-
b bus eius antecedentibus. [b] Et hoc tenet Bart.
4 in l. à filio. §. à titia. ff. de alien. & ciba. legatis. †
Præterea quando in lege ponuntur plures
caſus cum vno ſolo uerbo principali, tunc
quilibet ex dictis caſibus ſingulariter per ſe
cum illo verbo conſtruuntur. vt not. in d. l. 1.
ff. de his qui not. infam. pro hoc qđ not. Bar.
in l. in repetendis. ff. de leg. 3. Sed quãdo ora-
tio eſt imperfecta, ante refertur cũ omni ſua
5 perfectione. † Pro hoc illa generalis clauſula
c in fine poſita refertur ad omnia præcedẽtia, [c]
ſi poteſt ſalua ratione recti ſermonis, vel non
eſt contrarium à iure diſpoſitum, vt not. in
l. ſi idem cum eodem. in fin. ff. de iuriſdictio.
omn. iudi. Ergo illud verbũ Chi haueſſe &c.
6 debet referri ad omnia pręcedentia. † Et ſi ſic
non fieret nec eſſet defectus in grammatica
contra l. Plautius. ff. de aur. & argen. legato.
Nam reperiretur aliquis ex dictis nominibus
ſine uerbo principali. Eſt ergo clarum, quod
forenſis habens ibi poſſeſſiones, tenetur ſol-
7 uere † nec mirũ quia ad onus reale ſiue perſo
nale tenetur illi ciuitati, in cuius territorio
d res eſt. [d] d. l. munerum. §. pen. ff. de muner. &
honor. & ff. de cenſi. l. forma. §. ſi uerò quis
agrum. & not. in l. libertus. §. ſola. ff. ad muni-
8 cip. † Eſt enim onus reale ſeu perſonale, quã-
do ſoluitur aliquid ex reſpectu perſonæ, vel
aliud reſpectu rei. vt not. in rub. C. de annot.
& textu. l. 10. & ab iſto nullus excuſatur. l. 2.
9 C. de muner. patri. l. 10. † Maxime cum hodie
quilibet ciuitas vſurpauerit ibi hoc priuile-
gium poſſendi grauare forenſem pro poſſeſ-
ſione in eius territorio ſita. ut not. in d. l. li-
bertus. §. ſola. per Bart. Et ſic concludo d. fo-
renſem teneri ad ſolutionem d. gabellæ. Et
quod tale munus. Videlicet quòd ſoluat tan-
tam pecuniam prò quolibet modio frumen-
ti, vel ſit munus patrimoniale vel reale, ita
conſuluit recolendæ memoriæ Ioan. de Li-
gnago in conſilio ſuo, quod incipit. Quidam
ciuis Lucanus.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Al-
ſeriis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Intelligi.* Abb. conſ. 96. col. 1. ad fin. lib. 1. Iaſ. cõſ. 24. col. 2. lib. 1. Grauet. in tract. de antiq. tem. in præfatione operis in prin.

b *Antecedentibus.* Corne. conſ. 195. colum. 2. lib. 1. & conſ. 125. col. 2. l. 3. Latè Couar. l. 2. variar. reſol. cap. 5. num. 5.

c *Præcedentia.* Par. in d. l. ſi idem. §. fin. nu. 2. ff. de iuriſdict. omni. iudi. Iaſ. in l. 1. nu. 4. C. de lib. prętor. Bello. de communi conſ. 7. nume. 7. Et qualificat omnia præcedentia. Bello. conſ. 18. nume. 2. dixi infra in conſilio meo 5. in ſubſcripti. fin. nu. 16.

d *Eſt.* Deci. conſ. 335. Alexã. conſ. 52. & alia vt per Deci. conſ. 334. & conſ. 649. Bello. conſ. 12. nume. 12. & 14.

LVD. ALP.

CONSILIVM XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de celebratione contractus cum minore eſt illud ſeruandum.*
2 *Poteſtas arbitri dependet à compromiſſo.*
3 *Compromiſſum factum à pupillo non tenet.*
4 *Tutor debet dari pupillo non curator.*
5 *Curator ſi pupillo datur, adminiſtrare poteſt & facere ea quæ ſolemnitatem iuris non deſiderat facere tamen non poteſt ea qua pupillus obligatur & ſic compromittere.*
6 *Sententia lata in fauorem pupillorum valet licet curator non habuerit mandatum, limita non habere locum, quando pars aduerſa non conſenſiſſet litigare, & proteſtauit de nullitate, dicto nu.*
7 *Laudum latum à non habentibus poteſtatem laudãdi eſt nullum.*
8 *Arbitratores poſſunt eligere viam arbitrorum.*
9 *Arbitramentum habet vim tranſactionis.*

Tranſigi

10 *Tranſigi non poteſt, nec compromitti ſuper dependentibus ex teſtamento non cognitis verbis teſtamẽti.*
11 *Laudum eſt nullum, quando laudatum fuit vltra vel contra ea, quæ fuerunt commiſſa.*
12 *Arbitri poſſunt auferri vni & dare alteri, quando in compromiſſo dicitur, ſecus contra.*
13 *Laudum dicitur iniquũ, quando læſio eſt in magna quãtitate.*
14 *Laudum reduci debet quando pars eſt læſa in ſexta parte eius, quod ſibi debetur, & petit reductionem.*
15 *Iura ſua non producens in termino ſibi dato, qua pena ſit puniendus. Et quando dicta pœna non habeat locum.*

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti. Amen. In
quæſtione iſta præmitto, qđ
eſt aduertendum, q̃ hic non
tangitur aliquid de ſolemni
tate habenda circa contra-
ctus, qui celebratur cum minore 25. annis
de iure municipali Montis Poliriani, quia
hic nihil proponitur, quòd ibi aliquod ſtatu-
1 tũ ibi vigeat diſponens de prędictis, † ſi enim
aliquod ſtatutum ibi eſſet, illud debet ſerua-
a ri. [a] ff. de euicti. l. ſi fundus. ff. de extraordina.
crimina. l. ſaccularij. ſ. ſunt quædam. l. 1. C. de
ſumma Trinit. & fid. cathol. Vnde quæ infra
2 dicam ſolum de iure communi procedunt. †
Vnde ad terminationem infraſcriptorum eſt
præmittẽdum illud generale, & notiſſimum
de iure, quod Poteſtas arbitri dependet à cõ-
b promiſſo. [b] ff. de arbitris. l. nõ diſtinguemus.
ſ. de officio. l. ſi cum dies. §. plenum. & extra
eod. cap. cum dilectus. Et in Specula. de arbi-
tris. §. differt. uerſ. Item in eo, facit l. diligẽ-
ter. ff. mandati. extra de reſcrip. cap. dilecta.
Videamus ergo primo an compromiſſum va
3 leat. Et hic eſt attendendum. † Compromiſ-
ſum factum à pupillo non tenet. l. ſi pupillus.
ff. de arbitris. Sed hic eſt aliud, quia compro-
miſſum fuit factum a curatore, ſcilicet Iaco-
bo curatore Iacobi & Dominici fratrum, &
filiorum Menchi Gabrielis, qui Iacobus &
Dominicus aſſerunt eſſe pupilli, & ita dici-
tur in laudo prædicto, licet in compromiſſo
dicantur adulti. Vnde attenta veritate, quòd
ſint pupilli talis curator non habet poteſtatẽ
4 compromittendi. † Quia regulariter pupillo
debet dari tutor, non curator, vt not. in l. ſo-
let. ff. tute. & l. 1. C. de in litem tuto. dan. l. cu-
rator. & l. curatorem. ff. de tuto. & curato. ab
5 his. † Si tamen dator poteſt adminiſtrare. l.
curatorem. ff. de admi. tuto. Et facere ea, quæ
ſolemnitatem iuris non deſiderant. Vnde ſe-
cundum hæc, quæ exponit Bar. nõ poteſt talis
curator facere, per quæ pupillus obligatur.
arg. l. cũ in vna. ſ. tutor. ff. de appella. ita not.
dicit ipſe. ff. de tuto. & curato. l. curatorem.
Cum ergo ex tali compromiſſo pupilli obli-
garentur. Ergo patet, quod talis curator non
6 potuit compromittere. † Nec obſtat prędi-
ctum, ſi diceretur, quod poſtquam ſententia
eſt lata in fauorem pupillorum, licet d. cura-
tor non habuerit mandatũ, quod valeat. arg.
not. C. de procurat. l. non eo minus. Et in l. ſi
tutor. C. in quibus cauſ. in integ. reſti. non eſt
neceſ. Quia reſpondetur quòd illa lex nõ ha
bet locum in caſu noſtro, quia iſta domina
Iacoba ante ſententiam & ante latas proba-
tiones opponũt de nullitate d. compromiſſi.
vt patet in actis die 26. menſis Februarij.
Videlicet quando dicti Arbitri aſſignauerũt
terminum d. Dominæ Iacobæ ad producen-
dum iura ſua, quæ Domina Iacoba fuit tunc
proteſtata dictis arbitris, quòd non laudarẽt,
quia compromiſſum prędictum erat nullum.
Et ſic non poteſt dici, quòd ipſa conſenſerit
litigare cum iſta curatore. Ergo ſententia po
ſtea lata non tenet ſecundum Cin. Bartol. &
Bald. in d. l. nõ eo minus. Ex quibus omnibus
7 clare patet dictum compromiſſum nullum. †
Ergo & dictum laudum fuit & eſt nullum tã-
quam latũ à non habentibus poteſtatem lau-
dandi, & hoc clare tenent doctor. in d. l. non
eo minus. Secundo dico laudum prædictum
8 fore nullum alia ratione, & hic attẽdamus. †
Pręfati in d. arbitrio expreſſe dixerunt, ſe eli
gere viam arbitrorum, quod facere potuerũt
iuxta nót. in l. 1. ff. de fur. & ff. de iudi. l. 2. & in
9 l. non codicillum. C. de teſtam. per Bald. † Sed
ita eſt, quòd dictum arbitramentum habet
vim tranſactionis, in auth. vt diffi. iudi. §. ſi
uerò contigerit colum. 9. poſita. C. de iudici.
auth. ſi uerò contigerit, & plenè not. ff. pro ſo
cio. l. ſocietatem. §. arbitrorum per Bar. extra
10 de iure iuran. c. quintauallis. † Tunc ſic ſuper
dependentibus ex teſtamento non põt tran-
ſigi non cognitis verbis teſtamenti. ff. de tran
ſacti. l. de his. Ergo ſiue trãſactio non valeret
ſiue etiam d. laudum, ſiue arbitramentũ non
valet. Nec obſtat ſi diceretur, quòd ſecundũ
Bar. in d. l. de his. & ff. de uerb. oblig. l. qui Ro
mę. §. duo fratres ſufficit, quod partes habeãt
notitiam de contentis in teſtamẽto, licet nõ
dicatur quod ipſum teſtamentum viderint,
quia reſpondeo, quòd hic nec in cõpromiſſo
dicitur, quod partes compromittentes ſciue-
rint contenta in teſtamẽto d. Gabrielis. Nec
in laudo prędicto dicitur, quòd ipſi arbitrato-

res habuerunt notitiam de contẽtis in teſta-
mento. Ergo cum non aſſeratur partes com
promittentes, nec arbitrantes ſciuiſſe contẽ
ta in teſtamento, patet dictum arbitramentũ
11 non valere. † Tertio dico, dictum laudum eſ
ſe nullum pręcipuè in illa parte, vbi laudant
de eo, quod dicta Domina Iacoba debet habe
re occaſione dotium Dominę Paulę eius ma
tris &c. quia expreſſe faciunt vltra, immo ci-
tra ea, quæ fuerunt commiſſa. Ergo nihil va-
let. d. §. de officio & l. diligenter. C. ſi à non cõ
peten. iudi. l. 1. & l. 3. cum ſimi. Ex quibus om
nibus de iure clare concluditur. d. laudum
tum ratione perſonę compromittentis non
valentis compromittere, tum ratione rei, ſu-
per qua fit compromiſſum, ſcilicet ſuper de-
pendentibus ex teſtamento. tum quia vltra
quę fuerit compromiſſum, immo de iis, quæ
ſunt vetita. Et ſic non valet. Sed poſito, quòd
valeret, eſt euidenter iniquum & enormiter
lędet partem d. Dominę Iacobæ, quæ eſt hę-
res pro dimidia d. Gabrielis, & aufert ei ip-
ſam hæreditatem. Et ſic ſecundum capitulum
d. laudi eſt euidens iniquum, dum aufert d. hę
reditatem, & legatum factum d. Dominæ Ia-
12 cobæ, de quadam Petia terræ. † Cum ergo in
compromiſſo non fuerit dictum, quod poſ-
ſit auferre de iure vnius, & dare alteri iux.
not. in l. idem Põponius. §. recepiſſe. ff. de ar-
bitris. Et dicti Arbitratores tam enormiter
proceſſerint ad laudandum de iis, quę vide-
bant non fuiſſe eis commiſſa, ſcilicet de doti-
bus Dominę Paulę & auferenda d. hęredita-
tẽ, in qua d. Domina Iacoba fuit inſtituta ab
eius patre, & mediante d. petia terrę relictæ
d. Dominæ Iacobæ, patet, quòd malitioſe, im
13 mo doloſe proceſſerunt contra eam. † Et ſic
dictum laudum fuit & eſt iniquum, cum lęſio
ſit in magna quantitate, ſecundum Bart. in d.
14 §. Arbitrorum in 10. quęſtione. † Et ibi pa-
tet ſecundum eum, ſi pars quæ lædi dicitur
eſt lęſa ſolũ in ſexta partę eius, quod ſibi de-
c betur poteſt petere reductionem. [c] Sed hic
iſta Domina Iacoba eſt lęſa non ſolum in ſe-
15 xta parte, ſed etiam in tota eius parte. † Nec
obſtat ſi dicatur, iſta noluit oſtendere iura ſua
in termino ſibi dato. ut l. ſi idem Pomponius.
§. arbiter ex cõpromiſſo. ff. de arbitris. Quia
reſpondetur, quòd habuit iuſtam cauſam nõ
oſtendendi, quam ipſa allegauit, ſcilicet, quia
compromiſſum erat nullum, vnde nolebat
iura ſua coram non habente authoritatem
producere. Vnde honeſtius, & honorabilius
erat ipſis arbitris, vel ſe nõ intromittere, vel
pronuntiare eis de cauſa non liquere. iux. no
ta. in d. §. arbitrorum ex compromiſſo ſupra
allegato. Item apparet iniquitas in primo ca-
pitulo d. laudi, vbi patet.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Al-
feriis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Seruari.* Quia ſtatutum requirens ſolemnitatem in aliquo actu debet adimpleri ad unguem, nec ſufficit per æquipollens. Paris. conſ. 99. num. 25. & conſ. 98. nu. 77. lib. 1. Paul. de Caſtro, & Bar. in l. ſi curatorem. ff. de procurat. Franc. Rip. reſpõſ. 13. num. 14. & ſeq. titu. de iure nat. gent. vel ciui. Vant. de nullita. titu. de defectu proceſſ. num. 55. Deci. conſ. 10. nu. 2. & conſ. 532. Plot. in repet. l. ſi quando, nu. 167. C. unde ui. Socci. in tract. Fallen. reg. 261. minor. & 288. Statuta infra in conſ. 56. nu. 25. & conſ. 60. nu. 2. litera B.

b *Compromiſſo.* Alex. conſ. 124. l. 2. Paris. conſ. 45. nu. 23. lib. 1. Late Blancus in tract. de cõpromiſſ. 3. q. 6. quæſtionis princi. Petrus Duenas l. 1. reg. vtr. iur. reg. 57. in prima limitatione.

c *Reductionem.* Sed non appellare, quia à ſententia Arbitri etiam iniqua nõ appellatur. Coraſ. lib. 3. miſcel. cap. 2. nu. 12. in fin. Petrus Duen. lib. 1. reg utr. iur. reg. 57. Socci. in tract. fallen. reg. 17.

LVD. ALF.

CONSILIVM XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres poteſt vendicare rem à ſecundo poſſeſſore, & pretio quando ſuus anteceſſor primo emit.*
2 *Primus emptor, quando cecidit à poſſeſſione ſine ſua culpa non poteſt vendicare rem à ſecundo poſſeſſore, ſecus econtra.*
3 *Limita niſi ſecundus emptor preſcripſiſſet.*
4 *Præſcriptio non lędit illum, qui eſt in exilio.*
5 *Damnum eſt iuſta cauſa timoris, & excuſatur ad non comparendum.*
6 *Gratia facta per principem, vel per eum, qui loco principis habetur, ad patriam alicui bannito, non porrigitur ad alienata.*
7 *L. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. in quo caſu loquitur.*
8 *Sciens rem alienam vendere eſt in mala fide, & non poteſt pręſcribere.*
9 *Mala fides nocet ſucceſſori. d. num.*

9 *Mala fides impedit præſcriptionem.*
10 *Reſtitutio ſiue cancellatio Banni non habetur pro plena reſtitutione intellige, vt nu. ſequenti.*
11 *Prouiſio, quod banniti rebanniantur, habetur p'lo plena reſtitutione.*
12 *Primus emptor quo remedio ſubueniatur, quando ſecundus emptor ſe defendit per præſcriptionem, puta quod poſſedit bona fide cum titulo ſpatio longiſſimi temporis.*

QVidam Dinus Laurẽtij vocatus Ceruſca de terra Sughereti vendidit Franciſco Nicolai de Pilghinis vnum petiũ terræ poſitum in confinibus Sughereti pro certo pretio eidem ſoluto, & d. petij terræ poſſeſſionem tradidit præfatus Dinus d. Franciſco. Et ipſum petiũ terræ præfatus Franciſcus tenuit & poſſedit aliquibus annis. Demum dictus Franciſcus vnà cum quã pluribus fuit per vim expulſus de Caſtro Sughereti. Demum Antonius filius & hęres d. Dini videns d. Franciſcũ expulſum de facto intrauit poſſeſſionem d. petij terræ, & eum tenuit & poſſedit aliquibus annis. Et poſtea d. petiũ terræ vendidit cuidam Petro de Barbieri de Cãpiglio tempore, quo d. Franciſcus vna cum aliis erat expulſus de d. caſtro. Poſtea de gratia filij & hæredes, & omnes de agnatione d. Franciſci fuerunt remiſſi & reſtituti in d. caſtro Sughereti, & in eorum bonis. Nunc quidam Pighinus hæres d. Franciſci, qui fuit de illis expulſis, & eſt de illis reſtitutis vult petere dictum petium terræ, & quærit de remedio, quia ſi agit contra illum Petrum poſſeſſorem d. petij terræ ille opponet ſibi præſcriptionem completam longa poſſeſſione cum titulo. Sed iſte Pighinus dicit, quod illa præſcriptio ſibi non nocet, quia erat extra d. caſtrum expulſus & non poterat ſua iura perſequi. Item quæritur ſi aliud ſibi competit remedium.

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti, Amen. In
queſtione prædicta non inſi
1 ſtendo in longo ſermone. †
Nõ eſt dubium, quod hęres
d. Frãciſci, qui primo emit,
poteſt d. petium terræ vendicare à ſecundo
poſſeſſore, & eſt potior. l. ſi à Titio. ff. de rei
2 uendi. & l. ſi à Titio. ff. de excep. rei iudi. † Et
nõ obſtat ei, quod cecidit à poſſeſſione, quia
ſine eius culpa hoc accidit. iux. ff. de euictio. l.
3 ſi rem. §. 1. & l. euicta. eod. tit. † Et hoc verum,
niſi ille ſecundus emptor præſcripſiſſet, forte
poſſedit titulo, & bona fide, ſed licet dicta
præſcriptio eſſet, durãte dicta abſentia decurſa
& completa, tamen quia d. Franciſcus cũ
eius prole & ſecta ſiue partialitate fuit expulſus:
& ſic non potuiſſet relinquere procuratorem,
& ſi reliquiſſet, non fuiſſet auſus iura
d. Franciſci tueri vel defendere licet fuerit
abſens d. Franciſcus ex cauſa neceſſaria, tamẽ
iuſta cauſa eſt reſtituendus ipſe & eius hære-
4 des. † Vt ex præſcripitione decurſa durante
d. Exilio non lędatur iux. not. in l. Papinianus.
§. meminiſſe. ff. de minor. ff. ex quibus
cauſ. maior. l. ſed ſi per prætorem. §. aduerſus.
& l. ſi qua militis. §. quod eo tempore cod. tit.
ubi videtur tex. pro hoc quod not. Bar. in l.
fin. ff. de in integrum reſtitutione. titulo gene-
5 rali. † Erit enim iuſta cauſa timoris, ibi ſcilicet
Sughereti non comparere, l. Fulcinus. §.
quod ſit autem latitare. ff. ex quibus cau. in
poſſ. & ibi tex. & per Bartol. Pro hoc optime
extra de re iud. in clemen. Paſtoralis. Vnde
ad propoſitum ſi præſcriptio non eſt comple-
ta poteſt iſte Pighinus hæres dicti Franciſci
petere dictum petium terrę à quolibet poſ-
ſeſſore rei vendicatione, & etiam Publiciana,
vt dixi etiam contra ipſum hæredem Di-
6 ni ſi poſſideret. † Nec obſtat ſi diceretur,
quòd reſtitutio facta per dictum Iacobum,
qui, vt puto, in illa Patria habebatur loco
Principis, non porrigitur ad alienata. Ergo
iſte non poterit vendicare à dicto Petro, cui
a fuit alienatum,[a] iuxt. nota. in l. Gallus. §. &
quod ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. & l.
7 fin. ff. de ſenten. paſ. † Quia reſpondeo, quod
ibi loquitur quando alienatio fuit facta à Fiſco,
vel ab habente iura fiſcalia. Hic vero
non fuit facta alienatio à quodam priuato, &
8 forte ſciente rem alienam eſſe. † Et ſic eius
mala fides noceret etiam tali Petro ementi.
C. de præſcrip. triginta vel quadraginta annorum.
9 authen. malæ fidei, cum ſimili. † Et
ſic

b ſic non præſcripſiſſent, [b] ut cap. poſſeſſor ma
10 læ fidei. de reg. iur. lib. 6. † Nec obſtat ſi di-
ceretur, quòd talis reſtitutio ſiue cancellatio
Banni non habetur pro plena reſtitutione,
vt not. Cin. in d. l. fin. C. de ſenten. paſ. Quia
reſpondeo primo qnòd hic non ponitur iſtos
ſic expulſos fuiſſe Bannitos. Vnde poſito, q;
11 fuiſſent Banniti, † tamẽ prouiſio facta, quòd
Banniti rebanniantur, habetur pro plena re-
ſtitutione ſecundum Bartol. in d. l. fin. C. de
ſen. paſ. Or hic eſt clarum, quòd expreſſe
dicitur, quòd Dominus Iacobus reſtituit ad
omnia bona. Vnde concludamus ſic. Quòd
aut hęres iſtius Dini vendentis poſſidet ipſe,
& ſine dubio poteſt d. Pighinus ab eo vendi-
care d. petium terrę per d. l. ſi à titio. ff. de rei
vendic. cum ſimil. Et non poteſt tueri præ-
ſcriptione, quia ſciebat rem alienam, vel ſci-
re debebat, quia ſucceſſit venditori. Et ſic ta-
12 lis mala fides non ſiniuit eum præſcribere. †
Aut poſſidet ibi tertius ſcilicet Petrus ſecun-
dus emptor. Et tunc iſte Pighinus agit con-
tra eum, & ſic ſe defendit per pręſcriptionẽ.
puta quod poſſedit bona fide, cum titulo ſpa
tio longiſsimo, tunc iſte Pighinus habet re-
medium contra iſtum venditorem, quia in
ſubſidium re ſua pręſcripta poteſt habere ra-
tam d. venditionem factam per d. Antonium
d. Petro. Et petere ab eo pretium. l. ſi cum ſer
uum. ff. ſi certum petatur, & ibi per Bartol. C.
de rei uendi. l. mater. pro hoc l. fin. ff. de nego.
geſtis. l. ſi me & titium. ff. ſi cert. peta.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Al-
feriis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Alienatum.* Ioan. Baptiſta de Plotis in repet. l. ſi quando, nu. 9. C. unde ui. Cur. ſen. conſ. 71. Car. Moli. in conſuetu. Pariſi. §. 1. titu. 22. num. 36. Couar. l. 1. reſol. uariar. cap. 3. nume. 15. Franc. Ma. q. delfin. 21. num. 3. Cagno. in l. ea ſola. nu. 9. & in l. in condemnatione. §. cum verbum. vbi Deci. ff. de reg. iur. Iaſ. conſ. fin. lib. 1. Quibus in locis late tractatur materia reſtitutionis Banniti.

b *Præſcripſiſſet.* Recurre ad Couar. in relecti. d. cap. Poſſeſſor malę fidei dixi late infra meo conſil. 2. nume. 25.

Lvd. Alf.

CONSILIVM XLVIII.

SVMMARIVM.

Hoſpitalarius an poſſit promittere, & an ſucceſſor teneatur illud ſeruare per totum.

1 *Arbitramenta habentur ad inſtar tranſactionum.*

2 *Validitas laudi & arbitramenti pendet ex compromiſſo.*

3 *Hoſpitalarius an poſſit tranſigere, & compromittere, & nu. 7. & 13. per totum.*

4 *Hoſpitalarius æquiparatur tutori, & poteſt compromittere de re litigioſa, & nu. 9.*

5 *Tutor non poteſt donare, nec remittere iura pupilli.*

6 *Verba in tranſactione poſita, quòd occaſione litis præſumuntur in fraudem dicta.*

8 *L. Orphanotrophos, habet locum in hoſpitalibus, vbi inſtitutio & deſtitutio pertinet ad Epiſcopum.*

10 *Hoſpitalarij non ſunt nudi miniſtri, ſed ſunt vſurarij, & aluntur de bonis dicti hoſpitalis,*

11 *Legitimus adminiſtrator poteſt tranſigere ſuper re dubia.*

12 *Hoſpitale, quod non eſt fundatum authoritate diœceſani, non reputatur Eccleſiaſticum, nec eius Rector & bona habent priuilegia attributa Eccleſiaſticis perſonis & bonis Eccleſiarum.*

13 *Hoſpitalario permittitur à iure bonam fidem agnoſcere.*

14 *Arbiter debet imponere finem liti, non autem committere in alium.*

15 *Dictio, ſecundum, non facit ſemper conditionem, ſed limitat, & declarat, & in quacunque parte diſpoſitionis ponatur, facit ſimplicem demonſtrationem.*

16 *Verba de pręterito, vel præteriti temporis, non faciũt conditionem: ſed ſimplicem condemnationem, poſita in ſententia.*

17 *Verba ſaluis, & reſeruatis iuribus, poſita in laudo vel ſententia, quomodo intelligantur, an ſint de præterito, num. præced. & ſeq.*

18 *Ablatiui abſoluti prolati ab eis, qui poſſunt diſponere, diſpoſitionem inducunt.*

19 *Laudum & arbitramẽtum emologatum à partibus in re contractus tenet, & illud, quod continetur in illo partes ſeruare tenetur.*

Partes emologantes ſententiam, quod in ea deuenit ſeruare tenentur, dicto num.

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti, Amen. Vi-
ſo cōpromiſſo facto per Pau
lum Angeli de Aretio Ho-
ſpitalariū hoſpitalis ſanctæ
Mariæ de Cortine Ciuitatis
Aretij vice & nomine d. hoſpitalis & ſucceſ-
ſorum ex vna parte: & Lottum & ſer Anto-
nium filios Ioannis Ghelfi de Florentia pro-
curatores d. Ioannis ex altera mihi cōmiſſa.
Et viſo laudo, & arbitramento, & uiſa ratifi-
catione facta per dictas partes, duo principa-
liter reuocantur in dubium. Primo vtrum di-
ctum compromiſſum potuerit fieri per dictū
Paulum. Et ſic vtrum d. compromiſſum, &
laudū valeat, adeo q̃ ſucceſſor & nouus hoſpi
talarius teneatur ſtare d. laudo. Secundo, an
d. laudum valeat, adeo quòd per ipſum pone-
tur finis, ita quòd d. hoſpitalarius non poſſit
petere podere poſitum in Cortinis Aretij in
contrada Sancti Lazati, de quo in d. laudo
1 fit mentio. † Et in hoc præmitto illud, quod
communiter dicitur, quòd arbitramentum
habeatur ad inſtar tranſactionum, vt in auth.
de differen. iudi. §. ſi uerò contigerit, colū. 9.
not. per Innoc. in cap. quintaualllis. extra de
iure iuran. & ff. pro ſocio. l. ſocietatem. §. arbi
trorum, per Barto. Hoc ſic præmiſſo videtur
clare de iure dicendum, d. arbitramentū, vel
2 laudum non valere. † Hoc probatur ex deſe-
ctu poteſtatis compromittentis. Nam validi-
tas laudi & arbitramenti pendet à compro-
a miſſo.[a] vt. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. de
3 officio. & l. ſi pupillus, in prin. eod. titu. † Sed
d. Paulus hoſpitalarius non potuit tranſige-
re, nec tale compromiſſum facere. arg. C. de
4 pact. l. pactum curatoris cum ſimil. † Nam iſte
Paulus hoſpitalarius æquiparatur tutori. l. or
5 phanotrophos. C. de epi. & cle. † Sed tutor nō
b poteſt donare[b] nec remittere iura pupilli: l.
qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empto. cum ſimi
li. Ergo nec iſte Paulus potuit tale compro-
miſſum facere, pro hoc optime extra de trā-
ſact. cap. ſtatuimus. Vnde præcipue hoc eſt
verum in caſu noſtro, vbi non apparet ali-
6 quid de lite aliqua. † Et ſic non obſtat ſi dice-
retur, quod occaſione litis hic poſſet, quia il-
la verba præſumuntur dicta in fraudem. arg.
eius quod not. in l. cum hij. §. ſed ſi cum lex. ff.
de tranſact. pro hoc optime, quòd not. Bart.
C. ſi aduer. tranſact. l. 1. Clem. quia contigit
de reb. litigioſis domi. In contrarium puto
eſſe veritatem. Et dico, d. compromiſſum &
laudum tenere, & ſucceſſorē debere ſeruare
7 & hoc probo primo. † Quia dico, quòd ho-
ſpitalarius prædictus potuit compromittere.
8 tex. eſt ex. de arbitris, cap. dilectæ fili Abbas. †
Nec obſtat p̄dictis. d. l. orphanophos, quia vt
ibi not. per Bart. in auth. hoc ius porrectum.
C. de ſacroſanct. Eccleſ. illa lex habet locum
in hoſpitalibus, ubi inſtitutio, vel deſtitutio
pertinet ad epiſcopum: hic autem eſt ſecus.
Quia epiſcopus nō inſtituit, nec deſtituit ho-
ſpitalarium, & præſidentes d. hoſpitalis poſ-
ſunt eſſe laici. Et ſic illa iura non habent lo-
cum in d. hoſpitali, vt not. in d. cap. Quia cō-
tingit, & in cap. per literas de præben. in cle-
9 menti. † Sed quid vltra, ego dico, q̃ etiamſi
æquipararetur tutori potuit compromittere, &
tranſigere, quia verè erat lis de podere in-
ter dictas partes ſcilicet hoſpitalarium & Ioā
nem; hoc apparet ex forma conſilij redditi
per dominum Gregorium conſultorem. Er-
go tale compromiſſum valuit, ut not. per Bar-
tol. & Bald. in dicta l. pactum curatoris, &
10 l. præſes. & ff. de pact. l. item magiſtri. † Præ-
cipue hoc eſt verum, quia tales hoſpitala-
rij non ſunt nudi miniſtri, ſed ſunt vſura-
rij, & aluntur de bonis dicti hoſpitalis, vt
11 not. dicit Bald. in dicta l. orphanotrophos. †
Cum ergo ſit legitimus adminiſtrator po-
teſt tranſigere ſuper re dubia. l. de re. ff. de
tranſactis, & ibi gloſ. not. & uide Bartol. in
d. l. præſes. Hoc expreſſe tenuit conſulen-
do in conſilio, quod incipit. Guicciarellus
quidam Iacobi Milanenſis, & etiam Bartol.
idem conſuluit, cum iura d. hoſpitalis, quæ
poterant habere in d. podere ſint obſcura, &
non de facili liquida, vt ipſe Bartol. in dicto
conſilio, quod incipit. Nunquid tutor tuto
rio nomine poſſit petere compromiſſum fie
ri, &c. (eſt in 1. lib. conſil. 47.) Et pro hoc
optime, quod not. dicit Speculat. in titu. de
inſtrument. edit. §. nunc uero aliqua. uerſ.
quid ſi hæres conuentus. excipit contra exe-
cutorem in fin. ibi eiſdem rationibus dicūt,
quod poſſunt compromittere, &c. Nec ob-
12 ſtant iura allegata in contrarium. Et primo †
quia iſtud hoſpitale cum non ſit fundatum
authoritate dioceſani. Rector hoſpitalis,
& dicto hoſpitale non reputatur Eccleſiaſti-
cum. Et ipſum & bona dicti hoſpitalis, non
habent priuilegia attributa eccleſiaſticis per-
ſonis & bonis eccleſiarum. Secundò, quia
dico, quod hic d. hoſpitale nihil alienat, quia
per dictum laudum apparet, quod dicunt in
dicto laudo quod laudant ſuper dicto podere,
quod dictæ partes habebant iura ſuper dicto
podere

podere ſecundum formam conſilij &c. Et in
d. conſilio non continetur alienatio aliqua,
pro hoc optime. l. ſi profundo. C. de tranſact.
ergo, &c. Et ſic non obſtat, quod dicit Bar. in
13 l. 1. C. ſi aduer. tranſact. † Non enim negatur
d. Hoſpitalario à iure, quòd non poſſit bonã
fidem agnoſcere, immo permittitur ſibi, vt
ff. de admin. tuto. l. quotiens. §. ſicut. Ex qui-
bus concluditur d. Paulum hoſpitalariũ præ-
dictum potuiſſe compromittere & d. compro
miſſum & laudum valere. Et quia apparet cõ
promiſſum fuiſſe factum nomine & uice ho-
ſpitalis, & ſucceſſorum quorumcunq. d. Pau-
lum & cęteros obligatos eſſe ad obſeruantiã
d. laudi ſecundum not. per Innocen. extra ne
14 pręlat. vices ſuas cap. querelam. † Super ſecũ
do dico ſine longo ſermone, quod iſtud du-
bium inſurget ex hoc, quia arbiter debet im-
ponere finem liti, vt. ff. de arbi. l. non diſtin-
guemus. §. quæſitum non autem committere
in aliũ. Et ibi not. ibi ſaluis, & reſeruatis, &c.
an videatur imponere finẽ liti, & ſine dubio
dicendum eſt, quod ſic, nam ſi bene ponderã
tur pręcedentia, volunt fieri per d. Ioannem
ſer Antonium & Lottum d. Paulo finem &
quietationem generalem, & ab hoc excepit
ſcilicet ab iſta liberatione, ſcilicet quod iura
d. Poderis non veniãt in dicta remiſſione, &
iura quę dictæ partes habent in d. podere ſe-
cundum formã conſilij redditi ſuper hoc per
ſapientem virum, &c. Et ſic ſi bene conſide-
ratur iſti arbitri laudant, vt in d. conſilio con-
15 tinetur. † Iſta enim dicto, ſecundum, non fa-
cit ſemper conditionem, ut C. de inſti. & ſub-
ſti. ſub condi. fact. l. ſi teſtamentum, & ibi per
Bar. & Bal. Nam limitat & declarat, vt not. C.
qui accuſ. non poſſ. l. de crimine per Bald. In
quacunque parte diſpoſitionis ponatur facit
ſimplicem demonſtrationem ſecundũ Bald.
in d. l. ſi teſtamentum. & eſt tex. in cap. Abba-
te ſancti Siluani, extra de uerb. ſignific. ſunt
enim illa verba de pręterito, ſcilicet reſerua-
tis iuribus dictis partibus, quæ d. partes habẽt
vel habere prætendunt ſecundum formã cõ-
ſilij redditi per ſapientem virum, &c. In po-
dere. d. S. Lazaro. Pro quo podere & occaſio-
ne d. poderis intra dictas partes lis agitata
16 fuit, &c. † Et ſicut cum iſta verba ſint de præ-
terito patet, quod non faciunt aliquam condi
tionem, ſed ſimplicem condemnationẽ ſiue
reſeruationem ſecundum not. per Barto. in l.
cum qui. §. Iulianus. ff. de conſti. pecu. & Cin.
17 de contrahen. & comit. ſtipul. † Eſt ergo ſen-
ſus, vt intelligatur in d. laudo reſeruatum ius
d. Ioanni deſinendi d. podere, & quod non te
neatur d. hoſpitali reſtituere, ita enim dicitur
in d. conſilio, & pro prædictis optime facit qđ
not. ff. de hær. inſti. l. ſi quis ita ſcripſerit, & l.
2. eod. titu. Et ſic non obſtat d. §. quæſitũ, quia
non dicit, quod reſeruat ius ſecundum conſi-
lium redditum, &c. Et ſic per uerba futuri tẽ
poris, ne alij committant d. cauſam cognoſcẽ
18 dam, ſed ipſi decidunt. † Sunt illi ablatiui ab-
ſoluti prolati ab eis qui poſſunt diſponere, &
c ſic diſpoſitionem [c] inducunt. iuxt. not. in l. à
teſtatore. ff. de condit. & demonſtra. & ff. de
leg. 3. l. fideicommiſſa. §. cum eſſet, per Bart.
Cum dicti arbitri & arbitratores haberent po
teſtatem hoc faciendi à dictis partibus. Vnde
19 laudauere vt arbitratores, non vt arbitri. †
Vnde partes illud laudum & arbitramentum
emologarunt, & ſic iure contractus tenet d.
ſententia, & illud, quod in ea deuenit partes
d ſic emologantes ſeruare tenentur, [d] ſecundũ
not. C. cõmu. utr. iudi. l. 2. & C. qui pro ſua iu-
ris. l. 1. per Bald. & Barto. Ex quibus omnibus
concludo d. compromiſſum & laudum, & ar-
bitramentum valere, & ſucceſſores d. Pauli
hoſpitalaris in d. hoſpitale obligatos eſſe ad
obſeruandum d. laudum, & d. Ioannem ſi vi-
ueret, nec eius hæredes poſſe cogi ad reſtituẽ
dum vel relaxandum dictum podere d. hoſpi
talario hoſpitalis Sanctæ Marię del Oriẽte.

Et ita allegando dico ego Andreas de Al-
ferüs de Cortona, &c.

ANNOTATIONES.

a *Compromiſſo*. Paris. conſ. 45. nu. 23. l. 1. Late Dominus & Præceptor meus Dominus Marcus Antonius Eugenius Peruſinus in ſua ſubſcriptione ad conſilium Dom. Marci Aſiuii ad ſecundum articulum incipiente. Quamuis circa tria dubia, & ſupra conſ. 48. nu. 2.

b *Donare*. Ob nobilitatem pupilli promiſſum eſt aliquid donare. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tuto. Alex. in l. pactum curatoris. num. 3. C. de pactis. Ecly. conſ. 16. nu. 18. Tiraq. in tract. de nobil. cap. 37. nu. 15. Arius Pinel. in 3. par. repet. l. 1. num. 57. C. de bonis mater.

c *Diſpoſitionem*. Franc. Rip. in rub. ff. ſol. matri. nume. 35. & in l. centurio, nu. 159. in fin. ff. de vulga. & pupil. & in l. 1. ver. tertio contra. nume. 7. C. de pact.

d *Tenetur*. Deciſ. conſ. 94. & 499. in fin. uerſ. Vltimo non obſtat Paris. conſ. 46. nu. 14. lib. 1. limita non habere locum in Eccleſia vel prælato. Marſ. ſing. 161. Emologatio.

Lvn. Alf.

CONSILIVM XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Ea quę ſunt iuris publici, & conſiſtunt in commercio pecuniarum poſſunt in contractu locationis & conductionis veuire & conduci.*

2 *Contractus locationis & conductionis proprie non dicitur, quando non interuenit merces in pecunia conſiſtens.*

3 *Contractus innominatus habet familiaritatem, & ſimilitudinem cum contractu locationis, & eadē æquitas ſeruatur in iſto quæ ſeruaretur in illo.*

4 *Remiſſio fit in contractu locationis, & conductionis propter ſimilitudinem, & nu. ſeq. per totum.*

5 *Sterilitas, quando dicatur contingere ad effectum remittendi penſionem, & d. nu. 4.*

6 *Iura loquentia de remiſsione fa iende propter ſterilitatem, intelliguntur, quando ſterilitas interuenit, cui reſiſti non poteſt.*

7 *Remiſsio mercedis eſt facienda propter violentiam illatam conductori, quando uis eſt tanta, quòd conductor reſiſti non poteſt, & nihil percipit, & iſte caſus eſt ſimilis ſterilitati proueniente è cœlo, ſecus quando damnum non eſt intolerabile, numero ſequenti.*

10 *Argumentum de re ad tempus validum eſt.*

11 *Argumentum de loco ad tempus bonum eſt.*

12 *Conductor non potens vti commode re locata, vel patitur incommoditatem, in vtendo aliqua parte rei locata, nulla remiſſio eſt ei fienda.*

13 *Compenſatio facienda eſt de vno anno ad alium de fructibus perceptis, antequam fiat remiſſio.*

14 *Conductor ſi tempore conductionis poterat prauidere de cauſa timoris, & vim ſibi illaturam, & non denūciauit locatori, antequam relinquat rem conductam, remiſſio ſibi non eſt facienda.*

ANtonius Magiſtri Cechi de monte Alcino habitator in Caſtro Foiano conduxit à cō muni quoddam Molendinum poſitū in comitatu d. Caſtri ſuper quodā flumine ſiue ſtagno aquæ mortuæ, quod Molendinum non conſueuit communiter macinare, niſi ſex menſibus anni, ꝓ duobus annis pro trecētis ſtariis frumenti ſoluendis in ſex pagis, ſeu ſex terminis. Contigit, quòd primo anno conductionis d. Antonius habuit Molendinum, pacifice, & quiete, & ex eo fructus habuit illis ſex mēſibus anni, in quibus d. Molendinū ſolet macinare. Alijs verò ſex mēſibus propter timorem Belli & latrunculorum d. Antonius non potuit conuerſari ad d. Molendinum. Nunc d. commune petit ſibi ſatisfieri de mercede cōductionis. d. conductor petit ſibi fieri remiſsionē pro d. ſemeſtri, quo non potuit propter timorem belli percipere fructus de dicto Molendino. Quæritur quid iuris.

a IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. [a] Ad euidentiam dicēdorum ego pręmitto, quòd hic non agitur principaliter de . . cōtractus.
1 † Ego dico, quòd ea, quæ ſunt iuris publici, & conſiſtunt in commercio pecuniario poſſunt in contractu locationis & conductionis obuenire, & conduci. per tex. in gloſ. in l. ſed celſus in prin. ff. de contrahen. empti. & patet in fin. titu. C. de vendit. rerum finali. l. 11. & de locati. pędiorum ciui. ſeu fiſca. in rubr. & nig. eod. lib. Et præſuppoſito, quod iſtud Molendinum fuit locatum per habentes auctoritatem, vt not. C. de admini. reip. eod. lib. in rub. Et facit, qđ habetur in l. 2. in princ. ff. ne quid in loc. pub. in gloſ. & per Bart. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane, vbi Bar. Hoc præmiſſo, quia non intendo ſtare in longo ſermone, ſed ve-
2 nire ad id, quod iuris puto. † Dico quòd licet iſte proprie non ſit contractus locationis, & conductionis, quia non interuenit merces conſiſtens in pecunia, vt l. 1. §. ſi quis ſeruum.
3 uerſ. Quod ſi ope. ff. de poſ. † Tamen eſt contractus innominatus, qui habet familiaritatē & ſimilitudinem in contractu locationis. & ibi not. in l. naturalis. §. ſi cum do. ff. de præſcrip. ver. eadem æquitas ſeruabitur in iſto, quæ ſeruatur in contractu locationis, vt not. in l. licet. & l. excepto. & l. ſi olei. C. locati. Si ergo iſte contractus debet iudicari ſecun-
4 dum contractum locationis, † fiet remiſſio aliquando, vt not. in l. ex conducto. §. ſi in tēpeſtatis. & l. ſi merces. §. uis maior. & l. ſi fundus, cum ſimili. ff. locati. facit l. 2. §. ſi locatione. C. de adminiſt. rei. ad ciuit. perti. extra lo-
5 cati. cap. propter ſterilitatem. † Videamus ſi in hoc cōtractu, & in iſto caſu debet fieri remiſsio. Et dico concluſiue, quòd tunc debet fieri

fieri remiſſio mercedis, quando de fructibus
rei locatæ propter ſterilitatem, ſeu propter
vim diuinam vel humanam violentiam, cui
reſiſti non poteſt per locatorem, vel per con
ductorem ſine culpa conductoris. Obuenien
b te nihil [b] percipitur deductis expenſis factis
pro fructibus percipiendis, vt not. plene in d.
§. uis maior per gloſ. & Bar. At hic in caſu no-
6 ſtro non dicitur, quod ſterilitas vlla fuerit. †
Ergo nulla remiſſio fieri debet, quia omnes
text. qui dicunt remiſſionem fieri debere, lo-
quuntur in ſterilitate, vt d. l. licet. & l. exce-
pto. Et ſi dicatur, quod per vim iſte locator
7 non potuit vti re locata toto tempore, &c. †
Attende bene hic, quia dico, quod ſi vis, cui
reſiſti non poteſt, eſt tanta, quod conductor
nihil percipit, quod iſte caſus eſt ſimilis ſteri-
litati è cęlo proueniente, vt ſic loquar, & tūc
debet fieri remiſſio, vt l. licet præallegata, &
probatur in d. l. ex conducto. §. ſi uis. & §. ſi
merces. §. uis maior. Sed ita eſt, quod in hoc ca
ſu proponitur, quod iſte percipit fructus pro
aliqua parte anni. Ergo non fuit ſterilitas. Er-
8 go ſibi nō debet fieri remiſſio. Poſito† enim,
quod exercitus, vel vis maior aliquod dam-
num, quod non ſit intolerabile inſerat con-
ductori, tamen ſibi nulla remiſſio fit. d. §. uis
maior. §. ſi vt reſiſti, ibi. Idemque eſt dicendū
ſi exercitus præteriret, &c. & not. in d. cap. p-
9 pter ſterilitatem. † Poſito enim, quod ex caſu
è cœlo proueniente, vel alia de cauſa condu-
ctor modicos fructus ſiue exiguos percipia-
tur, ſi tamen aliquid ſupereſt deductis expen
ſis ſibi non fit aliqua remiſſio, l. ſi uno. §. item
cum quidam. ff. locati. & not. in d. l. excepto.
C. eod. in gloſ. & expreſſe per Bar. in d. §. ſi vis
maior. ibi quandoq. colonus allegat fructuū
10 exiguitatem. † Præterea bonum eſt argumē-
c tum de re ad tempus. [c] l. miles ita. §. 1. ff. de te-
11 ſtam. milit. † Et de loco ad tempus. l. uinum.
12 ff. ſi cert. pet. in fin. cum ſimili. † Sed ita eſt,
quod conductor non potens vti re locata cō
mode, immo patitur incommoditatem in
vtendo aliqua parte rei locatæ nulla remiſſio
fit vt l. habitatorum. ff. locati. ibi, non tantam
eam partem cenaculi Dominus aperuiſſet,
in qua magnam partem vſus habitator habet
in fin. Et in caſu noſtro conductor non fuit
impeditus percipere fructus molendini in il-
la parte anni, in qua maiorem commoditatē
habet: ergo nulla remiſſio fieri debet. Secun-
do ibi impedimentum vſus illius partis, vbi
habitator minus vſus & commoditatis ſit, nō
dat remiſſionem. Sic & in caſu noſtro impe-
dimentum illius partis temporis, in quo cō-
ductor minus fructus percipit ſecundū con-
ſuetudinem, non debet dare remiſſionem,
facit optime. l. ſi merces. §. ſi vicinus. ff. locati.
Pro hoc, quia ſemper eſt cōſuetum ex d. mo
lendino percipi fructus ſolum quaſi ſex men
ſes ſemel in anno. Ergo illa locatio & condu-
ctio debet intelligi facta reſpectu illius tem-
poris, quo d. Molendinum ſolet macinare,
argu. d. l. excepto. & l. circa. C. locati. not. in
l. ſemper. ff. de reg. iur. & l. fin. ff. de fideiuſ. per
Bar. ff. locati. l. cum in plures in princ. ibi nō-
13 ta de hoc dubitabatur, &c. † Præterea poſſet
eſſe, quod ex ſequenti anno nullo caſu impe
diretur, & poſſet tot percipere fructus, quod
facta compēſatione vtriuſq. anni, poſſet ſibi
ſufficere. l. ſi uno in prin. ff. locat. & d. l. exce-
14 pto. & d. cap. propter ſterilitatem. † Et maxi-
me ſint iſta uera, ſi iſte conductor poterat ue
riſimiliter præuidere tempore conductionis
de cauſa timoris dictæ vis. ut per gloſ. in d. l.
habitatores. Et ipſe non denunciauit de ui ſi-
bi illata locatori unquam relinqueret d. mo-
lendinum. l. item quæritur. §. exercitum. ff. lo
cati. Ex quibus omnibus concludo, tum quia
ſupereſt alius annus locationis, tum quia ſte-
rilitas non allegatur, hoc eſt, quia non dicit,
quòd nulli fructus ſint percepti: Et ſic non ſu
mus in quæſtione. Bar. in l. cotem ferro. §. fin.
ff. de publi. & uectig. nec in eius quæſtione,
quā diſputauit, quæ incipit. Publicanus qui-
dam, &c. quia ibi vtrobique allegabatur ſte-
rilitas: tamen quia iſte conductor non fuit
impeditus illa parte anni, in qua maiorē fru-
ctum percepit, & qua conſuetum eſt vt pluri-
mum d. Molendinum plus macinare. Licet
aliquod incommodum ſit paſſus ſibi condu-
ctori non debere fieri aliquam remiſſionem
mercedis, licet fructus minores perceperit
per ſupra allegata, & l. ſi uno. §. vbicunque. ff.
locat. per Bar. & not. in d. §. ſi uicinus.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſu-
lo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Amen.* Alex. conſ. 3. l. 1. & 109. l. 3. nume. 13. & vt unum locum omnium allegem. Late uide Dida. Couaru. in tracta. practicarum quæſtionū. lib. 1. q. 30. per totam.

b *Nihil.* Areno. conſ. 52. col. 2. Paris. conſ. 38. colū. fin. lib. 1.

c *Ad tempus.* Bartol. in l. ſi conſtante. num. 16. vbi

Rip.

Rip. num.50.& ſequen.& præced.ff.ſolu.matri. Et procedit, quando termini ſunt pares, alias ſecus. Rip.l.1.nu.4.ff.de vulg.& pupill.

LVD. ALF.

CONSILIVM L.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans quantitatem pecunniæ, & ille, qui recepit mutuum confeſſus fuit in contractu recepiſſe, ſi ſtatim poſt contractum promiſit non petere d. quantitatem, niſi intra certum tempus, vigore d. pacti, non poteſt ante petere, & an obſtet ſocio Reo credendi, & quaſi per totum conſil.*

Pactum factum ab vno ex duobus ſociis Rei credendi, an noceat alteri d. num. & ſeq.

2 *Confitens pecuniam venire à duobus ſociis Rei credendi, ſi vnus tantum numerauit, quando mutuo dedit ſtatur tali confeſſioni.*

3 *Pacta in continenti appoſita, in contractu valent.*

4 *Inter pacta in continenti appoſita, & ex interuallo quantum ad exceptionem, quæ differentia ſit.*

5 *Filius in quærendis poteſt præiudicare patri.*

Limita non habere locum in ſeruo erga dominum. d. num.

6 *Vnus ex duobus reis credendi præiudicat alio in obligatione quærenda.*

7 *Duo rei credendi, quando dicuntur eſſe.*

Dictio quodlibet eſt diſtributiua d. num.

8 *Societas dicitur contracta inter fratres, quando communiter viuunt, & communicant inuicem lucra & damna.*

9 *Compromittens non impeditur agere, licet incidet in pœnam.*

10 *Clauſula rato manente pacto, poſita in contractu, operatur vt pœna poſſit peti.*

11 *Meorum appellatione, continentur etiam nomina debitorum.*

12 *Bonorum appellatione, ſimpliciter prolatum in obligatione debitum etiam continetur.*

IN iſta quęſtione dubium eſt iſtud. Quia iſte Marcus promiſit Antonio recipiẽte pro ſe & Nanne eius fratre reddere & reſtituere ipſis Antonio & Nanni & cuilibet inſolidum, vni tantum ſoluendo liberetur florenos 75. quos ipſe Marcus confeſſus fuit ab ipſis recepiſſe mutuo, &c. Demum d. Antonius nomine ſuo & d. Marci, pro quo de rato promiſit, ſtatim poſt dictam obligationem, antequam diuerteret ad alios actus, fecit pactum d. Marco non petendi d. quantitatem uſque ad certum tempus, & obligauit, &c. Nũc d. Nannes pendente dicto termino petit contra d. Marcum dictos florenos 75. Nunc quæritur an ſibi obſtet exceptio dicti pacti. Secundo, quæ defenſio competit d. Marco contra d. Nannem. Cum d. Antonius promiſerit de rato. Præſuppoſito, quòd dicti fratres ſimul ſtant & habitant & viuunt, ſimul mercando vterque inuicem lucra & damna communicando. Et etiam tunc ſtabant, quando dicti contractus facti fuerunt.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. Prætermittendum eſt quod in hoc caſu de ſocietate expreſſe nihil dicitur, pro tanto multę

1 materię dimittam. † Et uidetur, quòd hoc pactum nõ noceat, & quod eo non obſtante ille Nannis poſsit agere per regulam. l. ſi vnus, in prin. ff. de pact. & not. in l. ex duobns. ff. de duobus reis. Cum enim ſint iſti duo rei credendi ex cauſa honeſta, vide-

2 licet poſt cõtractum mutui patet. † Quia iſte cõfitetur pecuniam ab utroque proceſſiſſe, cui confeſſioni debet ſtari. l. cum precibus C. de probat. l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. pet. Ergo debitũ cuiuſque proprium, & vnus alteri præiudicare non poteſt, vt not. d. l. ex duobus in ſexta quæſtione per Bart. ibi ſupereſt, vt videamus. Sed certe vt non dilatemus materiã, quia gloſs. & Doctores multi variant, vt not. in d. l. ſi vnus. Puto dicendum eſſe contra. Quod d. Nãni obſtet exceptio pacti facti per d. Marcum de non petendo durante tempore dilationis, quia cum aſſeratur, quod dictum pactum fuit factum tempore contractus mutui prædicti, quia dictus contractus fuerunt contigui ſcilicet facti eò tempore ſucceſſiue antequam partes diuerterent ad alios actus. Dico quod natiuitate actionis ſpecialiter ex mutuo, ſiue ex certi conditione, ſiue ex ſtipulatu, non curo de quibus, remitto ad not. in l. certi conditio in princ. ff. ſi cer. peta. fuit in facto d. exceptio. Et vt clarius loquar. Dico quod

3 quod d. exceptio competat. † Quia non eſt du
bium quantumcunque factum eſſet dubium.
l. iuris gẽtium. ſ. igitur. C. de pactis. Sed quod
inſit d. actioni probatur in l. in bonæ fidei. &
l. petens. C. de pactis. & d. l. iuris gentium. §.
quinimmo. Vbi expreſſe dicit Bar. quòd non
a ſolum informat [a] actionem orientem ex con
tractu, ſed etiam ipſum contractum. ut not. in
l. lecta. ff. ſi cert. pet. & d. l. in bonæ fidei. C. de
pact. per Cin. Et quod hoc pactum fuerit fa-
ctum in continenti, patet in inſtrumento cõ
tinente eo die, loco, & temporibus, &c. Et
ſic fuit in continenti, vt not. in §. quinimmo,
& d. l. lecta per Bar. Nec obſtat, quòd poſt cõ-
tractum mutui fuerit interrogatus cum non
interuenerit actus contrarius, ſed conſenta-
neus obligationi. vt not. in l. duos. §. fin. ff. de
duobus reis. & l. cum antiquitas. C. de teſta.
& tenet Bald. expreſſe in terminis noſtris in
4 d. l. in bonæ fidei. † Et vt bene me intelligas,
ſi quæras quæ differentia ſit in pactis inconti-
nenti appoſitis, an ex interuallo. Quantum
ad exceptionem loquor. Dico, quod differẽ-
tia eſt ſolum de modo obiiciendi, quia quan-
tum ad actionem vtroque modo exceptio in
eſt. Sed quando incontinenti fuit factum pa
ctum, & parte opponente, Iudex non condẽ
nabit reum, niſi vt debet adueniente tempo-
re, ſecus eſt, quando eſt factum ex interuallo.
Quia cum Iudici hoc non liqueat eſt neceſ-
ſe, quod pars opponat. Ita Bar. in d. l. lecta. &
l. eum qui. §. qui ita. ff. de uerb. obli. & per Bar.
in d. l. in bonæ fidei de pact. Sed ſtatim quòd
liquet Iudici exceptionem eiuſdem . .
. . . Nunc ad propoſitum, cum iſtud pa
ctum fuerit appoſitum tempore contractus
mutui per d. Antonium, dico quòd D. Nan-
nes debet repelli de exceptione. † Sic enim
5 patri per filium præiudicare poteſt in quærẽ-
dis, vt not. in l. filius. C. de pact. Et non per ſer
uum. l. ſeruus. C. eod. & not. in l. ſeruis, & l.
ſeruus tuus. ff. de poſi. l. filius. ff. de ſolut. Sic
& iſte Nannis poteſt præiudicari per fratrem.
Et non obſtant contraria, quia aut obligatio
eſt quæſita, & tunc ex poſt facto vnus ex reis
credendi non poteſt alteri per pactum præiu
dicare. Aut tempore acquiſitionis, ideſt tem-
pore obligationis pactum opponitur tũc po-
teſt præiudicare, argum. quod ibi not. pro hoc
facit, qui dicit uti obligatione talis, qualis eſt
ſed ipſa fuit & eſt Eliſa dicta exceptione. Er-
go ſic ea vti debet, pro hoc optime, qđ not.
in l. cum dos. ff. de pact. dotal. in princ. Vbi
prædicta ſimilitudo probatur expreſſe, vt l.
quotiens. ff. ſolu. matrim. cum ſimili. Cum er
go iſtius Nannis actio ſibi fuit quæſita per d.
Antonium, quæ actio eſt eliſa per pactum fa-
ctum d. Marco patiatur dictam exceptionẽ,
cum non ſit ratio, quam magis obſtet uni quá
alteri l. fin. ff. de except. rei iudi. not. in l. ſtipu
lario. ſ. ſi prius. ff. de aqua plu. arc. per Barto. Et
maxime hoc eſt verum, cum pactum fuerit fa
ctum ab eo, à quo pecunia, id eſt, quia à dicto
Antonio, qui numerauit dictam pecuniã fuit
factum dictum pactum, vt expreſſe not. Bart.
in d. l. ex duobus in d. quæſtione, ibi Fateor
tamen, quòd ſi pecunia, &c. Et ita clare proce
dit ſine aliquo dubio, & ita ſumendo tenet
6 Bar. in caſu noſtro. † Videlicet quod in obli-
gatione quærenda vnus ex duobus reis alteri
præiudicat. l. ſi duo. ſi quis cautio. Et etiam,
quia d. Nannis agit ad vtilitatem ſuã & d. An
tonij. Ergo factũ d. Antonij ſibi præiudicat,
vt not. Iacob. de ara. & Bart. in l. 2. §. volunta-
te. ff. ſolut. matri. Cum illud pactum non ſit
ad perimendam actionem, ſed ad impedien-
dam, & elidenda ad tempus, vt patet per Bar.
in d. 6. quæſtione, ibi Secundo caſu diſtin-
7 gue, &c. † Quod autem iſti ſunt duo rei, pa-
tet, quia fuit vnus actus promittendi, per di-
ſtributiuam quodlibet, & ſic in ſolidum cui-
libet rem attribuit, vt in auth. de iudi. §. ne au-
tem labor. collat. 6. & ff. de excuſatio. tuto. l.
ſi duos. §. 1. uerſ. Maior. & ibi gloſ. & l. ſi neceſ
ſario. §. ſi annua. ff. de pigno. actio. & not. in l.
ſi in pluribus in princ. ff. de leg. 2. ff. de duob.
reis. in 1. quæſt. ibi aut eſt appoſitum notum,
diſtributiuum quilibet, &c. & 2. quæſt. ibi ſe-
cundo caſu, quando diſpoſitio cõfertur, &c.
Quod autem ſint ſocij patet, quia pecunia cõ
munis erat, vt d. Antonius aſſeruit vt patet in
8 inſtrumento. † Et etiam tunc temporis, iſti
fratres communiter viuebant, & uterque ip-
ſorum negotiabatur, & communicabant in-
uicem lucra & damna. Et ſic eſt contracta ſo-
cietas inter eos, ſaltem in illa obligatione, vt
not. in l. ſi duobus. §. idem reſpõdeo ſi fratres.
ff. pro ſocio. per Ricar. Malumbrem & Oldra
di. not. Barto. in l. titium & Meuium. ſ. altero.
ff. de adminiſt. tuto. & expreſſe tenet Bal. C.
communia vtri. iudi. l. ſi patronus in antepe.
quæſtione. Et cum promiſſio fuerit facta com
muniter, præſumitur contracta ſocietas in il-
la obligatione, vt not. Iacob. Butr. in l. 1. C. de
duob. reis. Ergo iſti ſunt duo rei credendi &
ſocij ſcilicet illius obligationis, ſaltem quod
ſufficit in materia noſtra, vt vnus præiudicat
alteri, vt patet in l. ex duobus in 6. queſtione

princ.

prin.& l.1.& l.ſi quis. ff. rem ratam habe. Cũ enim iſte ſit ſocius d. Antonij ſaltem in iſta obligatione, & ſic agit nomine ſuo, & d. Antonij ad vtilitatem vtriuſque factum d. Antonij, ſcilicet pactum de non petendo ſibi præiudicat. Et ſic agere non poteſt. l.2. §. item ſi voluntate, & ibi per la. de Curt. & Bartol. Et quod pactum præiudicauerit probatur in l. ſi duo. ff. de arbi. Vbi patet, quòd pœna committitur. Sed tu dices ibi eſt caſus contra, & pure alius agit actionem P. & ſic patet, quod nõ eſt ſublata. Sed reſpondeo, & attende, eo modo præiudicatur ſocio & correo, quo ſibimet cõ
9 promittenti. † Sed ipſe compromittens non impediretur agere, licet incideret in pęnam. l.1.C. de arbi. l. diem proferre. l. ſi rem. ff. eod. cum ſim. Sic & hic Correus, quia non aliter ipſemet ſibi præiudicaret pro hac ratione facit. l. non diſtinguemus. §. pen. ff. de arbi. uerſ. An & ſatis dare, pro ratione facit text. & eius ratio in l. fin. C. de duobus reis, quia cum iſta obligatio ex uno fonte procedat, nimirum ſi in ambobus debet eodem modo regulari. Et hoc maxime in gloſ. quę dicit ſocium ſocio præiudicare, vt l. error. ff. de uſur. Maxime cũ d. pactum fuerit factum ante litem conteſtatam cum d. Nanne, vt dicitur in l. ſi vſus in prin. ff. de pact. Ex quibus omnibus concluditur d. exceptionem obſtare d. Nanni. Et ſic cum iudici liqueat ſtatim per publicum inſtrumẽtum d. pacto dilatorie facto per d. Antonium ſtatim poſt obligationem contractũ d. Marco vel incontinenti poſt debet d. Marcus abſolui. Nec valet dici, immo debet condemnari ad dandum finita dilatione ſecundũ not. in d. l. lecta. per Bart. quia dico quod illud habet locum vbi pars non opponit, & Iudex videt exceptionem competere, & ipſi actioni ineſſe, tunc Iudex etiam parte non opponente reſeruat rei exceptionem, licet ſtatim condemnet. Sed ubi eſt, quando pars opponit exceptionem dilatoriam, tunc iudex abſoluit tanquam actor male egerit ante tẽpus, vt probatur in l. exceptione. ff. de fideiuſſ. & tenet Bar. in d. l. lecta. Ex quibus omnibus cõcludo exceptione tutum contra d. Nannem, & ſi dictus Marcus per d. Nannem inquiete-
10 tur, vel moleſtetur. † Sine dubio dicendum dictum Antonium in pęnam incidiſſe. d. l. ſi duo. ff. de arbi. & l. 1. & l. ſi quis. ff. rem ratam habe. Et vtrumque remedium d. Marco competere. l. qui fidem. ff. de tranſac. Cum in d. pacto facit appoſita pœna cum clauſula Rato manente pacto. l. cum proponas. C. de tranſa ctionibus. Pro qua pęna ſunt obligata d. Mar
11 co omnia bona d. Antonij. † Et ſic nomen d. debiti pro parte d. Antonij tãgente l. nomẽ. C. quæ res pig. obli. coniuncta. l. meorum, &
12 quod ibi notatur. ff. de uerb. ſigni. † Vbi patet quod appellatione bonorũ ſimpliciter prolatorum continentur nomina debitorum. Et ſic d. debitum ſibimet pro pęna obligatũ poteſt retinere d. Marcus, argumẽ. not. in l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperfici. & l. cui fundum. ff. de loca. per Bar.

Et ita allegando dico ego Andreas de Alferiis de Cortona, &c.

ANNOTATIONES.

a *Informare*. Quid eſt informare actionem, vide, Coraſ. lib. 3. miſcella. cap. 10. nu. 7. & ſeq.

b *Bonorum*. Iaſ. conſ. 184. & 65. lib. 1. Deci. conſil. 414. & 653. Tiraq. in l. ſi umquam nu. 7. ff. de re uoca. donati. Late Couar. epith. de teſtam. cap. relatum, il 2. nu. 1.

LVD. ALF.

CONSILIVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Locator an poſsit expellere conductorem finito tempore conductionis, & locare alijs, ſi ipſe penſionem, quam alius offert vult ſoluere, & nume. 3. & per totum.*

2 *Contractus claudicat inter conductorem & locatorẽ, quod conductor non cogitur rem conductam retinere, locator tenetur. & nu. 19.*

3 *Conductor finita conductione non cogitur rem retinere.*

4 *In arbitrio primi conductoris eſt, vel ſoluere, q̃ à ſecundo conductore volente offeratur, vel relinquere rem conductam.*

5 *L. fin. C. locatio. prædiorum ciui. vel fiſcali, lib. 11. in quibus caſibus loquatur, & nu. 9. & 18.*

6 *Argumentum de rubro ad nigrum eſt validum.*

7 *Dictio, ſeu, eſt alternatiua diſtinguens verba, ſenſum tamen coniungit, ſumitur etiam pro idem.*

10 *Res propria Imperatoris & templi æquiparantur.*

11 *Conductores primi ſunt interrogandi, an velint de nouo conducere, vel non, antequam alijs locetur.*

12 *Reſpublica, Fiſcus & Eccleſia æquiparantur.*

13 *Res propria Fiſci non poteſt auferri primo cõductori, ſi ipſe vult dare illud, quod alius offert.*

14 *Subhaſtatio non eſt neceſſaria in locatione rerum Eccleſiarum, ſicut in rebus publicis, maxime quando locatio facta eſt ad modicum tempus.*

15 *Hoſpitale quod non eſt fundatum authoritate ſuperiorum,*

rum, gaudet iiſmet priuilegijs, quibus gaudet Eccleſia, & ſic bona ſua, & nu. 17.

16 *Hoſpitale præſumitur conſecratum authoritate Epiſcopi, quando adeſt Eccleſia & campanile, & officia ibi celebrantur.*

17 *Res hoſpitalis habent eadem priuilegia, quemadmodũ habent res Eccleſiæ vel Imperatoris propria, & dicto num. 15.*

TItius conduxit à Rectore hoſpitalis quandam domum aptam ad tenẽdum pro duobus annis. Et finito illo tempore, reconduxit pro alio tempore. Et ſic plures locationes factæ ſunt d. Titio de dicta domo. Nunc in fine vltimæ conductionis dictus locator dicit Titio, vt exeat domum, quia locauit alteri pro maiori penſione. Titius offert penſionem, quam quilibet alius idoneus conductor daret. Quæritur quis præferatur, & quid iuris.

IN Nomine Patris & Filij &
1 Spiritus ſancti. Amen. † Pro
iſto conductore, & contra
iſtum Titium videtur textus
expreſſ. in l. ne cui. C. locati:
quia cum nullum pactũ fuerit factum inter Titium[1], & Rectorem Hoſpitalis, quod ipſe poſſit pro mercede, quam alius daret, domum retinere finito tempore conductionis. Patet quòd iſte Titius non poteſt contradicere iſti ſecundo conductori, vt ibi patet pro hoc cap. ex reſcripto. extra. locali. Nam ſi ibi eſt ſpeciale in ſecularibus. Ergo in contrarium eſt ius commune, ſcilicet, vt quilibet poſſit conducere rem, quæ alio interim eſt locata, & finita prima locatione, ſecũdus habeat. Pro hoc optime, quia contractus
2 iſte non debet claudicare. † Sed ita eſt quod
conductor non cogebatur finita conductione rem retinere. l. 3. §. cum quinquennium. ff. de iure Fiſ. & facit quod not. in l. cotem ferro. §. qui maximus. ff. de publica. Non enim debet iſte Titius conductor antiquus audiri in hoc, quia plus valet d. domus eſt locata, cũ eius contrarium non poſtulaſſet, ſcilicet ſi eſſet minoris valoris. l. cum pecunia. ff. de ſolut. Sed ſi iſta domus non poſſet locari pro futuro tempore, illa quantitas pecuniȩ, pro quã ta Titius conduxerat, in præteritum ipſe non
cogeretur in poſſeſſione remanere, vt not. in d. §. cum quinquennium. Ergo nec Rector Hoſpitalis. Et ſic Dominus cogitur in futurũ
3 ei locare. argu. dictorum iurium. † In contra-
rium probatur. Et ſic quòd iſte Titius debeat potius audiri in d. locatione, quam alius. Et ad hoc oſtendendum eſt videndum primo cũ d. res dicatur eſſe d. hoſpitalis eſt quodãmodo templum vt iuribus oſtendetur. Dico qđ iſte Titius debet primo audiri in d. locatione, quàm alius dando, vel augendo penſionem dictæ conductionis in futurum prout alius faceret. Et pro hoc primo induco caſum in l. fin. C. de locati. prædiorum ciui.
4 ſiue Fiſcali. l. 11. † Vbi patet quod eſt in
arbitrio primi conductoris, vel ſoluere, quod à ſecundo volente conducere offertur, vel relinquere rem conductam. & idem not. l. cogent. ff. eod. tit. quæ gloſſ. allegatur in l. nec ui:
5 C. locati. † Nec obſtat ſi dicatur, qđ illa lex 1.
loquatur de agris priuatis rei publicæ; vt ibi gloſ. in uer. Et ſic mutabitur. Quia reſpõdeo. Et hic attende, quia arguo ex Rubrica, quæ eas æquiparat. Et licet in Nigro nulla lex ex-
6 preſſe loquatur de re templi, † quod argumẽ-
tum eſt validum, vt not. in rub. C. de mune. excu. in gloſ. lib. 10. Et not. per Doct. in rub. C. de Nauicul. lib. 11. pro hoc optime, quia in
7 rubrica dicitur ſeu templorũ, &c. † Iſta dictio
a ſeu,[a] licet ſit alternatiua diſiungens verba,
ſenſum tamen coniungit. vt not. in l. ſi quis ita. ff. de aur. & argen. legato. & l. ad protegen
8 dum. C. de in litem dan. tuto. † Idem ſi ſumã-
b tur expoſitiue[b] pro ideſt, quȩ eſt propria eius
ſignificatio, vt not. in rub. C. de nauicul. lib.
9 11. † Eſt ergo idem dicere quomodocunque
ſumatur, vt leges illius tituli habeant locum in re cuilibet dictorum locorum. Pro hoc facit optime. l. 2. C. de locati. prædiorum fiſcal.
10 ciuil. uel Fiſcal. eod. lib. † Vbi æquiparatur
11 res propria Imperatoris, & res templi. † Et
pro tanto dicebat text. in l. licitatio. §. ad conducendum. ff. de publica. Quod primi conductores erant interrogandi: an ipſi vellent de nouo conducere, vt not. gloſ. in d. l. fin. C. de loca. prædiorum, &c. lib. 11. dicit, quod non cogitur inuitus, ſed ſi vult poteſt retinere, & eſt in eius arbitrio, vt ibi in tex. Et in caſu noſtro iſte filius non fuit requiſitus, ergo talis locatio non debuit fieri ſic. Cum ergo Titius velit dare, quod dat iſte ſecundus debet ipſe audiri & remanere in locatione & maxime, etiamſi daret plus, & quod admittatur talis licitatio tenet gloſ. expreſſe in l. 2. C. de uendi.

rerum

rerum fiſc. lib. 11. & Ang. in l. ſi tempora. C. de fide inſtrum. & tu. has fiſ. lib. 10. Cum iſta locatio fuerit temporaliter non perpetua, vt ibi ipſe not. in tertia lectu. ibi. Sed item inſtatur. Cum ergo vt ibi probatur, & in l. rem pu
12 blicam. C. de iure reipub. lib. 11. cum ſimil. † Reſpublica, Eccleſia, Fiſcus & ſimiles æqui-
13 parantur. † Et res propria fiſci non poteſt auferri primo conductori, ſi ipſe vult dare illud, quod alius offert. Ita debet dici in caſu iſtius hoſpitalis. Sed tu dicis immediate illa iura
c loquuntur, vbi fiebat ſubhaſtatio [c] ſecundũ quod leges requirebant. C. de ſacroſanct. Ec-
14 cleſ. auth. hoc ius. † Sed in caſu noſtro illa ſolemnitas non eſt neceſſaria, vt in auth. hoc ius. & extra de rebus Eccleſ. non alienã. cap. dudum. & etiam cap. hoc conſultiſſimo eod. titu. lib. 6. & Clement. Monaſteriorum, eod. titu. Reſpondeo, quod licet in locatione ad modicum tempus, vt eſt iſta, non ſit neceſſaria ſubhaſtatio, vt not. in d. l. C. de vendi. rei ciuil. lib. 11. & tamen debebat primus conductor ſecundo volenti præferri. Si primus volebat dare tantum, quantum ſecundus. Et ſi dicis iſtud eſt hoſpitale non autem eſt tem-
15 plum. † Reſpondeo, quod idem eſt in hoſpitali & eius rebus, quod eſt in rebus Eccleſiæ, quando eſt fundatum authoritate diœceſani, vt in auth. de non alienan. &c. §. ſancimus, colla. 2. Et tenet Bald. in d. auth. hoc ius, circa principium, habet enim tale hoſpitale talia priuilegia, quæ habet Eccleſia, vt not. Archidi. 17. q. 4. can. diffiniunt. Et ita tenet Bald. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſco. & cle-
16 ri. † Cum ergo ibi aſſeratur eſſe Eccleſiam in forma Eccleſiæ, Altare, Campanile, & ibi diuina officia celebrari, præſumuntur authoritate Epiſcopi conſecratum de conſecratio-
17 ne, diſtin. 1. can. nemo per Archid. † Ex quibus omnibus concluditur res dicti hoſpitalis habere priuilegia, quę habent res Eccleſię vel Imperatoris propriæ, quæ locatæ ad tempus non poſſunt auferri primo conductori ſi ipſe vult penſionem futuram, prout alius fa-
18 ceret, & præteritum ſoluat vt debet. † Nec obſtat d. l. nec cui: quia ibi loquitur de re priuati, vt ibi not. Et eſt ratio, quia poteſt eſſe vtilitas Eccleſiæ, quando ſic faciendo penſio
19 augebitur. † Non obſtat, quod dixi, quod cõtractus claudicat, quia poſito, quod Eccleſia non poſſit retinere cum inuitum, hoc eſt ex legis diſpoſitione, ſeu beneficio: nam & hoc aliter accidit. Modo quis vtitur ſuo priuilegio ſi vult & ſi nolit non cogitur iuxta not. in l. iudex. ff. de minor. Et ſic concludo ſi d. Titius primus conductor ſoluit pẽſionem præteritam, tanquam nouus conductor incipiat vti re conducta, & dicat ſe uelle ſoluere eandem penſionem in futurum, quam alius daret, quod ipſe poteſt & debet remanere in d.
20 reconducta. † Et male facit talis rector, qui primo ipſum non interrogauit an ipſe vellet. arg. d. l. licitatio. §. 1. ff. de publica.

Et ita allegando dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortona. Et ita fuit poſtea conſultum per alios Doctores Florentię.

ANNOTATIONES.

a *Seu.* De hac dictione, vide Bar. in rub. ff. de interd. nu. 3. Areti. in inſti. de excep. in princ. Deci. in l. petens. nu. 11. C. de pactis.

b *Expoſitiue.* L. fin. in fi. ff. de muner. & honor. Rip. reſponſ. 1. nu. 13. tit. de hæredi. inſti. & de lib. & poſthum. Contra per Couar. lib. 2. variar. reſol. cap. 5. num. 10. Iaſ. in §. ſupereſt, num. 31. Inſti. de actio.

c *Subbaſtatio.* Vide de ſolemnitate alienationis rerũ Eccleſiarum. Didac. Couar. lib. 2. reſol. cap. 2. nume. 1. Arius Pinel. in Rip. l. 1. in 3 par. nume. 31. & 32. C. de bonis maternis.

LVD. ALF.

CONSILIVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad exigendum non tenetur reſtituere rẽ, nec reddere rationem de non receptis.*

2 *Conſtituens procuratorem cum obligatione de nõ reuocando, an ſi velit poſtea reuocare poſſit.*

3 *Contrahens cum procuratore conſtituto cum obligatione de non reuocando, ſi poſtea reuocetur, & per reuocationem poſſet lędi dictus contractus, an ſibi noceat.*

FActum ſic ſe habet. Quidam Andreuccius conſtituit procuratorem cum larga, generali, libera, & plena adminiſtratione ad petendum, & exigendum certam quantitatem florenorum à fraternitate Beatæ Annunciatæ, & ad trãſigendum & liberãdum, &c. Et voluit dictum mandatum durare etiam poſt mortem

mortem dicti conſtituentis, & eſſe mandatum irreuocabile. Quod procurator non teneatur reddere rationem de acceptis, ſed ex nunc eum liberauit confitens ſe eſſe ſatisfactum, & iurauit non venire contra. Modo d. Andreuccius petit dictum debitum à dicta fraternitate. Et procurator prædictus producit dictam petitionem, vbi d. Andreuccius petebat ſibi ſolui, & omnes actus in iudicio ſunt facti nomine Andreucij. Quęrit núc ſer Bartholomęus procurator d. Andreuccij an poſſit cogi ad reddendum eidem rationem de receptis vigore d. mandati. Cum reuera d. Andreuccius non recepit dictam quantitatem florenorum contentorũ in d. mandato. Secundo ſi dictus Procurator nõ recepit idem Andreuccius poſſit abſoluere Hoſpitalarium Beatæ Annunciatæ, & ab eo ſolutionem recipere.

1 IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. † Super primo dubio ſi d. ſer Bartholomæus non recepiſſet dictam ſolutionem ſatis eſſet dicendum ipſum non teneri reſtituere, iuxta not. in l. ſi quis. ff. de liber. leg. & nota. in l. quidam decedens, & l. qui plures. ff. de admini. tuto. ff. de pactis. l. ſi verus. §. illud. Et in hoc non eſt inſiſtendum,
2 quia ipſe nõ recepit ſolutionem. † Super ſecundo dubio iudicandum ipſum Andreuccium non poſſe liberare. Quia obligauit ſe ad non reuocandum &c. Veritas eſt ſine longo ſermone, quòd in hoc non tollitur authoritas conſtituẽtis procuratorem, quia poſſit reuocare. iux. no. in l. ſi quis in prin. ff. de leg.
3 3. & in l. pacta nouiſsima. C. de pact. † Et ſi cõſideres d. fraternitas non lædit. Verbi gratia ſi fraternitas feciſſet aliquid cum dicto Procuratore, putans illud irreuocabile vigore dictorum verborum: tum quia ſi per pactum diceret contrarium d. uerbis, ſcilicet per reuocationem poſſet lędi. Tunc reuocatio nõ
a teneret & fieret ſecundum formam.[a] l. pupillus. §. pro uitare. ff. de inſti. acti. & l. mandatũ. C. mandati per Docto. Sed tunc dicta fraternitas non lęditur, ergo poteſt reuocari, & ita tenet Bar. expreſſe. Non obſtat, quod conſtituens dixerit ſe nolle reuocare, ut l. cum precario. ff. de precario. Et ſic per conſequẽs d. Andreuccius poteſt liberare & abſoluere. Pro hoc quod not. Ioan. Andr. cap. fi. de procurat. l. 6. Et ita cõcludit Fridericus de Senis
b etiamſi conſtituens iuraſſet non reuocare,[b] & ita dicit in Conſilio incipiente. Abbas ſubiectus in fin. quod not. hoc quod not. Inno. extra de pręben. cap. dilecto, ſuper uer. Statutum circa princ. Sed contra hoc facere videtur. l. 3. C. de noua. Non inſtemus in verbis cohærẽdo ſolum iſtud mandatũ, iſte Procurator non eſt conſtitutus procurator in rẽ ſuam, quod requirit. l. procurator in re ſua. ff. de procur. Nec ei ſunt neceſſe actiones, de quibus caſibus loquitur d. l. 3. de legatione uero non eſt dubium &c. non eſt facta. l. 1. ff. de nouat. Pręterea poſito quod ipſe eſſet procurator in rem ſuam, quod non eſt verum, vt dixi: tamen ipſe non eſt litem cõteſtatus nomine ſuo, nec egit vti nomine ſuo, quod requirit d. l. 3. requirit enim talem procuratorem, vt ceſſionarium recepiſſe partem debiti, & hoc hic numquam. Multa deſunt, ideo qui habet apponat, vel ad me mittat.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Alferiis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Formam*. Scilicet intimare Cagno. in l. qui cum alio, nu. 5. & in l. ſemper in obſcuris, nume. 3. & l. quo tutela. §. qui in teſtamento, nu. 2. & l. in ſola. ff. de reg. iur.

b *Reuocare*. Quia etiamſi adeſſet iuramentũ de non reuocando poteſt, quia iuramentum appoſitum ſuper actu reuocabili, reuocationem nõ impedit. Iaſ. in l. ſi conuenerit. nu. 2. ff. de iur. omni. iudi. Caſtren. conſ. 47. l. 1. Ang. conſ. 225. Fely. in cap. ex parte decani, extra de reſcrip. Deci. conſil. 521. nu. 12. Felyn. in cap. cúm acceſſiſſet col. 9. uerſ. Et aduerte. extra de conſti. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi certum. nu. 7. ff. de condi. indebiti. Ioan. Lopes in rub. ext. de donat. inter uir. & uxor.

Quid in beneficialibus Boeri. Deciſ. 207. Rot. deciſ. 8. 103. vel 104. de procur. Deci. conſ. 193. & 475. Capel. Toloſ. deciſ. 260. ubi Anton. Maſſa Galleſius in tract. de obli. in for. cam. in 6. par. 2. parti. Pet. Benintẽ. Bon. deciſ. 49. per totam, quibus in locis habetur, quod in beneficialibus non reuocatur.

LVD. ALF.

CONSILIVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habet triplex patrimonium.*
2 *Maritus lucratur fructus bonorum dotalium. Et quid de Parafrenalibus. nu. 3.*
Et quid in tertio genere bonorum vxoris an vir lucretur fructus. nu. 4.
5 *Donare eſt perdere.*
6 *An mulier tacens quando uir percipit fructus videatur donare, ita vt non repetat.*
7 *Maritus an poſsit compenſare alimēta præſtita vxori in fructibus dotis vel bonorum Parafrenalium vel aliorum per totum.*

QVidam Rainerius Geppi de ciuitate Cortonæ habuit in vxorem D. Mirandam filiā Vāni de dicta ciuitate certa quantitate pecuniæ dotatam. Et durāte matrimonio deceſsit frater d. Dom. Mirandæ, & eius hæreditas ad d. Dom. Mirandam deuenit, & peruenit d. Rainerius poſt mortem præfati fratris D. Mirandæ recepit penſiones domus hęreditatis prædictæ fructus & redditus bonorum dictę hęreditatis ad d. Dom. Mirandam pertinentes. Nec apparet vtrum d. Dom. Miranda fuerit volens vel contradicens. Demum deceſsit d. Rainerius. Nunc d. Dom. Miranda petit ab hærede d. Rainerij ſibi reddi rationem dictorum fructuum, & dictos fructus ſibi reſtitui. Allegatur pro parte hæredis prædicti dictos fructus non debere reſtitui, quia d. Rainutius conſumpſit eos in domo & familia ſimul cum d. Dom. Mirāda, & etiam dictam Dom. Mirandam alimētauit cum medicinis ſibi opportunis. Pro parte d. D. Mirandæ dicitur, ꝙ hoc non eſt verū. Immo etiā poſito quod ita eſſet, tamen dicitur quod fructus prædicti debent ſibi reſtitui. Quia dicta bona nec ſunt nec fuerunt dotalia, nec Parafrenalia, & quod ipſe hæres etiam poſt mortem d. Rainerij recepit de dictis bonis certam quantitatem fructuum, quos etiā petit reſtitui. Modo q̄ritur quid iuris.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen.[a] †
a
1 Ad euidentiam dicēdorum p̄mitto, quod Mulier nupta poteſt habere patrimoniū ſiue bona triplicis generis. Nam quędā ſunt dotalia in dotem data. Et
b iſtorum bonorum maritus eſt dominus[b] l. dote. C. de rei uendi. & not. plene, in l. in rebus. C. de iure doti. Et in iſtis maritus agit in iudicio dico vt dominus, qūo aūt debeat talia bona gubernare. not. in l. ſi cōſtāte. §. ſi maritus. ff. ſol. matri. Habet mulier quædā bona nō data in dotem, ſed tradita marito, & per eum in domo mariti parata. Et iſta dicuntur bona parafrenalia: & de iſtis maritus tunc dicitur ad cuſtodiā, & ſemper uidetur habere mandatū in iſtis l. fin. C. de pact. conuen. Habet mulier q̄dam alia bona non data in dotē, nec marito tradita, ſed extra dictas ſpecies ſunt, vt probaī recte intuēdo, in l. ſi ego. §. dotis. ff. de iur. dot. vbi probanī iſta duo membra. Iſtā diuiſionē patrimoniorū ſenſit gl. ī d. l. fi. de pact. conuē. in l. 2. & in 3. glo. Clarius poſuit Bar. in l. ſi ma-
2 ritus. C. de procur. † Modo ad propoſitū dico, quod in primo genere bonorū dotalium indiſtincte maritus lucraī fructus. l. pro oneribus. C. de iure dot. & plene not. ī l. diuortio. ff. ſol. matri. Etiamſi pactū fieret in contrarium. l. ſi conuenerit. ff. de pact. dotali, & de iſtis nihil
3 ad propoſitū. † In ſecundo genere fructuum. gl. in d. l. fi. C. de pact. conuē. diſtinguit inter
c induſtriales,[c] & naturales. Cin. diſputat. Mar. recitat in materia Bart. ſuperueniens reduxit hāc materiā ad duos caſus. ī l. Maritus in prin. ff. ad leg. falcid. Videlicet aut ſunt p̄cepti contra volūtatē vxoris in fructibus naturalibus. Aut ſunt parui, aut magni, magnos debet reſtituere, in quantū locupletior eſt. Paruos nō tenet reſtituere. Or pro Deo uideamus, quia ſi bene videremus bona, de quibus loquitur. Non ſunt de iſto genere, ſed ſunt de tertio genere. Quia in rei veritate ponīt, qđ adminiſtratio non fuit conceſſa viro: tn̄ quidquid ſit inueniamus rōnem, qualiter maritus aliquid lucraī de fructibus parafrenalium rerū. Et rō eſt, vt dicit gl. in l. fi. C. de pact. conuent. propter laborem, quē ſuſtinuit maritus. Aliam rationem inuenio reddi per dominum meū Domin. Bald. ſcilicet quod maritus tenetur ad cuſtodiam dictorum bonorum merito in

reeom-

recompenſatione dicti oneris maritus lucra-
tur partem fructuum. vt d.l.fin. C.de pact.cō-
uent. Vnde ſi benè inſpicitis in iſtis bonis eſt
conſiderare ſecundum Bar. voluntatem mu-
lieris circa perceptionem & conſumptionē
fructuum. Sed ſecundum gloſſ.& Bald. con-
ſideramus voluntatem vxoris circa traditio-
nem bonorum prædictorū, quia ſtatim quod
perdit, lex obligauit maritum ad cuſtodiam,
& dat ei in recompenſationem. d.oneris par
tem fructuum, vt intelligam memet ipſum,
non eſt inſpicere voluntatem vxoris, tēpore
perceptionis factæ à marito, vt videtur vo-
4 luiſſe Bar. † Or modo in tertia ſpecie bono-
rum, cum maritus non ſit ad prędictam cuſto
diam obligatus, ceſſat ratio, & ſic etiam di-
d ctę legis diſpoſitio [d] l.redigere. §. quamuis.ff.
de iure patro. ff. de alien. leg. l. ſcio in princ.
Cum ergo in caſu noſtro non proponatur,
quod ipſa conceſſerit adminiſtrationem, er-
go iſta bona ſunt de tertia ſpecie. Attamen
ego reperio, quod in iſta materia pręfatus
Dominus meus Dominus Bal. conſulendo
in quadam quęſtione pupi.in quæſt. Cuidam
Catherinę Ioannis vocatus Sacro de Pappio,
e quod Conſilium incipit. [e] Quædam ſunt res
quæ ſunt in dominio mariti &c. reprehendit
Bartol. vt & alibi reprehenditur Gallus ſcili-
cet in enumeratione caſuum, vt in l. Gallus,
§. idem credendum.ff.de lib. & poſthum. &
quia caſum difficiliorem intactum reliquit,
vt & alibi dicitur in §. illi caſus in d. l. Gallus.
de lib. & poſthum. Videlicet quia Bar.diſtin-
guit tantum duos caſus certos, ſcilicet vbi de
voluntate vxoris patet certa, ſcilicet quia aut
de eius voluntate nō apparet, nihil dicit Bart.
Et ſic in enumeratione caſuum defecit. Et in
iſto poſt multa concludit fructus nullo mo-
do debētur lucrari per virum, ſed debere res
reſtitui per hæredes uiri uxori, niſi eſſet ca-
ſus inopię, in quam maritus inciderit ſine
eius culpa, quia tunc uxor debet ſubuenire
neceſſitatibus viri allegat ipſe extra de cōſue
tu. cap. ex parte. Ego hanc opinionem vali-
dabo aliquibus iuribus & rationibus. Et pri-
mo probando reſpondebo vni obiecto quod
poſſet fieri & argui. Sic communis vtriuſque
ſexus natura eſt, vt nemo in dubio præſuma-
f tur pecunias ſuas iactare. [f] l.cum indebito. ff.
5 de probati. † Sed donare eſt perdere, vt l.cō-
tra iuris. ff. de pact. Ergo non eſt præſumen-
dum, quod fuerit donatio. Prętere a probatur
ex ſpeciali fœminei ſexus, quæ natura eſt, ut
omnes ſint auariſſimæ, adeo quod donare nō
præſumantur. l. ſed ſi ego.ff.ad Velleia.C.de
donat.ante.nupt.l.ſi à ſponſo. Et non eſt prę-
ſumendum, quod iſta Domina diſcreparet à
genere ſuo. argum. l.eleganter. §.non ſolum
in ratione ſui. ff. de leg. Ex quibus bene po-
teſt reſponderi, quod non poteſt dici, quod
præſumatur, quod donauerit. Prętere a poſi-
to, quod diceretur donatum, cum donatio
non valeat inter coniuges niſi morte confir-
matur, & iſta ſuperuixit, ergo talis donatio ni
hil operatur. l.ſi ſtipulata in fin. ff. de donatio.
inter vir. & uxor. Tertio probatur ex inſoli-
ta & incongruenti natura iugalium, quia in-
congruens & mōſtruoſum eſt mulierem do-
nare viro. Immo vir uxori debet donare. l. ſi
ſtipulata ſupra allegata. Ergo non eſt pręſu-
mendum. l. apud Iulianum. in fin. ff. de leg. 1.
& l.continuus.§.cum quis. ff.de uerbo.oblig.
6 cum ſimi. Nec obſtat ſi diceretur, quod iſta
Domina tacebat, cum d. Rainerius dictos fru
g ctus percipiebat: ergo uidetur conſentire, g
extra de reg.iur. cap.qui tacet, & cap.ſequen.
lib. 6. & l.qui patitur. ff. manda.cū ſimil.ſi er-
b go de eius conſenſu ſunt percepti; ergo non
tenetur eius mariti hæres reſtituere, vt not.
h in d.l. maritus.ff.ad leg. falcid.per Bart. [h] pro
hoc facit. l.ſi ſeruus, & l.verum, cum glo.ff.de
donat.inter virum & vxor. Solutio ommiſſis
multis, quæ dicuntur per Dinū in dicto cap.
qui tacet, & cap. ſeq. & quę dicuntur per Do-
cto. in l.filius. §. inuiti. ff. de procurat. & l.in-
uitus. C.eod.titu. & l.Gaius.ff.de pigno.actio.
Dico, quod quia ſumus in actu difformi, ſcili
cet accipere de bonis alterius, ſiue intrare
poſſeſſionem alicuius, cum non præcedat ali
quis contractus, de cuius natura poſſit ſiue
debeat tale quid facere, pręſumitur diſſenſus.
l.2.ff.de acquir.poſſ.& not.per Barto.in l.quę
dotis in vlti. colum.ff.ſolut.matrim. Idem eſt
in actu difformi, vt non videatur cōſentire in
his, quę parant ſibi præiudiciū quia hoc tol-
litur, quia quando taceo gerēti aliquid in re,
vel in iure meo, cui debeo reuerentiare, non
videor conſentire, & reuerentia tollit talem
præſumptionē. l. 1. §. quæ oneranda, quarum
rerū actio non datur. & l.pen.ff.de fur.& ex-
preſſe tenet Bar. in l.quotiēs, & pro hoc facit
quod not.in ſimili in l.in eadem.ff.quibus ex
cau.mai. Et ſic patet quod gloſſ. ſupra alle-
gata uſquequaque bene dicit. Reſtat ergo cō-
cludendum, quod in caſu, in quo non appa-
ret expreſſe de voluntate vxoris, quod in du
bio præſumitur, quod ſint percepti contra
eius voluntatem, vt ex ſupradictis patet.

Et ſic hæredes viri teneri ad reſtitutionē eorum. Et ita inuenio terminaſſe in d. conſilio præfatum Dominum meum Dominum Bal. Et illam eandem opinionem in præfata quæſtione conſulendo reperio tenuiſſe egregiū legum doctorem Dominum Franciſcum de Albergottis de Aretio. Concludēdum ergo, quod iſta bona non erant parafrenalia. Et ſic nullo modo fructus uir habere debeat per rationem ſupradictam, & videtur caſus ſi litera non uioletur in præallegata l. Maritus. Et poſito, quòd eſſent paraftenalia, tamen cū ſint percepti contra voluntatem d. Dominæ Mirandæ, & iure præſumitur contra eius voluntatem. Tamen debent reſtitui, pro hoc bene facit gloſ. in d. l. vbi. C. de iure dotium. Et pro
7 hoc l. de his. C. de donat. inter vir. & uxor. † Nec defenſio, quam inducit præfatus hæres. Videlicet, quòd d. Domina fuit alimentata multum delicate, quia ob hoc non poteſt retinere. text. eſt in §. taceat. C. de rei uxor. acti. & l. quod in uxore. C. de neg. geſt. Et maximè cum ipſe maritus non fuerit proteſtatus, qđ intendebat rehabere à d. Domina Miranda, vt l. alimenta. C. de neg. geſt. & l. neſennius. ff. eod. tit. & not. in d. l. quod in uxorem. Præterea iſte habebat dotem, pro qua debebat eā ſuſtentare & alere. l. dotis. ff. de iure dot. & l. pro oneribus. C. eod. Immo etiam ſine dote
i debet eam gubernare [i] l. ſi cum dotem. §. ſin autem in nouiſſimo. ff. ſol. matrim. & l. quod ſi nulla. ff. de relig. & ſumpt. fun. pro hoc in auth. de nupt. §. ſit itaque, verſ. Quis enim colla. 4. Et in auth. quibus mod. nat. effi. legiti. §. quoniam, col. 6. Non ergo potuit dicere, qđ dictos fructus conſumpſit in alendo dictam Dominam Mirandam. Reſtat ergo tum ex prædictis rationibus, tum etiam authoritate prædictorum Doctorum, debere concludi, quòd pręfatus hæres ratione dictorum fructuum debeat reddere. Et ad eorum reſtitutionem ipſum teneri: de perceptis autem ſoluto matrimonio non eſt dubium, quia omnino eos debet reſtituere. arg. in d. l. diuortio. ff. ſol. matri. ſaluo ſemper tamen conſilio ſenioris. iux. l. Claudius. ff. qui poti. in pig. hab.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortonio minimus legum Doctor. Et ad fidem me ſubſcripſi, & ſigilli mei ſignū appoſui conſuetum.

ANNOTATIONES.

a *Ad.* Iſtud conſilium eſt inter conſilia Bal. in lib. 2. conſ. 366. & ipſe Bald. ſe ſubſcripſit. ut ibi patet in conſ. 376. dicto lib. 2. Grauet. tamen tenet contra. in conſ. 193. nume. 15. Afflit. deciſ. 44. nu. 5. 6. 7. 8. & ſequen. Vide Franc. Mar. quæſtione delfin. inclinante in hanc partem. deciſ. 508. nume. 5. & 6. Et hoc conſilium inueni quia quādo gradum Doctoratus Piſis accepi 1559. D. Ranaldus Rudolfus Peruſinus legum Doct. & præceptor meus in oratione, quam habuit publice in meo Doctoratu, quando inſignia mihi dedit allegauit. De quo conſilio gauiſus fui, ſicuti de meo doctoratu, & tanto magis, quia à Dom. meo præceptore & promotore illo loco allegatum fuit.

b *Dominus.* Iaſ. in §. fuerat num. 2. Inſti. actio. cōtra. Vide per Coraſ. l. 5. miſcel. cap. 14. Zaſi. lib. 2. intell. cap. 5. Caſſan. in conſuet. But. rub. 1. §. 4. nume. 33. Arius Pinel. in rep. l. 1. in 3. par. nu. 12. & 13. C. de bonis Mater.

c *Induſtriales.* Qui fructus dicantur induſtriales, & qui naturales. Coraſ. lib. 5. miſcel. cap. 9. Dida. Couar. lib. var. reſol. cap. 3. nu. 6.

d *Diſpoſitio.* Bar. & glo. in l. 1. ff. de legi. tut. Tiraq. in tract. ceſſan. cau. in limi. t. nu. 6. Alex. in lib. t. nu. 6. ff. ſolu. matri. Rip. in l. 1. nu. 30. C. de pact. Bello, lib. 3. ſuper iur. cap. 8. nume. 5. & conſi. 8. num. 2.

e *Incipit.* Et eſt in lib. 5. conſ. 478.

f *Iactare.* Coraſ. lib. 4. miſcel. cap. 14. in princ. Rip. in l. 1. nu. 54. ff. ſol. matr.

g *Conſentire.* Docto. in rub. C. de pact. & Rip. in rubri. ff. de uerb. oblig. nu. 20. Fely. in cap. nonne, ext. de præſumpt. Tiraq. in tract. de utroque retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 9. nu. 113. it. 146. & 151. cū ſeq. Deci. & Cagn. in l. ſemper qui non prohibet. ff. de reg. iur. Couar. lib. 1. reſolu. cap. 6. nu. 5. in fi. Alex. conſ. 84. l. 7. vbi addi.

h *Bar.* Eſt communiter receptus, vt per Granet. d. cōſil. 393. num. 15. Aretin. conſil. 160. col. 1. Soccin. conſ. 82, lib. 4. Dec. conſ. 521. col. 2. Dida. Coua. in epit. de ſponſali. in 2. par. cap. 7. §. 1. nu. 12.

i *Gubernare.* Cin. in l. ſi conſtante. §. ſi uir. ff. ſolut. matrim.

LVD. ALF.

CONSILIVM LIV.

SVMMARIVM.

1 *Creditor hypothecaria agere poteſt contra quemuis poſſeſſorem rei obligatæ.*
2 *Libellus in hypothecaria quomodo concludere debet.*
3 *Caſus reſtitutionis dotis dicitur eueniſſe per mortem Mariti.*

Diſcuſſio

4 *Diſcuſſio eſt facienda in hypothecaria antequam de-
uematur ad tertios, & quando dicatur fuiſſe legiti-
me facta. Limita ut nu. 7.*
5 *Iuriſdictio non extenditur extra territorium.*
6 *Citatus ad videndum fieri diſcuſsionem, ſi non compa
ret ſibi imputetur.*
8 *Iudex ſemper fauere debet ęquitati.*
9 *Mulier agens ad reſtitutionem dotis poteſt detrahi a
ſumma narrata in libello etiam poſt litem conteſta-
tam, nec debet in expenſis condemnari, & nume-
ro 12.*
10 *Iudex an debeat condemnare in expenſis aduerſariũ
renunciantem & detrahentem de eo, quod petierat
pro illa quantitate, quam renunciauit, & nume-
ro 12.*
11 *Dotem aduerſarius negare non debet, licet maior quan
titas fuerit petita.*
13 *Aequitas non debet mouere Iudicem ad condemnandũ
in expenſis.*
14 *Dos eſt fauorabilis & mulier in eius repetitione.*

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti. Amen. In
cauſa iſta vertente inter Do-
minam Franciſcam vxorem
olim Lucę de Foiano ex una
parte agẽtem pro reſtitutio-
ne ſuarum dotium, Et Petrum Ioannis ſiue
eius Procuratorem poſſidentem bona dicti
Lucæ obligata pro dote prędicta ex alio pa-
cto. Viſis actis & actitatis eliciamus oĩa du-
bia. Et primo videamus circa libellum dictæ
1 D. Franciſcæ. † Et non eſt dubium, quod eſt
in arbitrio creditoris agere hypothecaria cõ-
tra quamuis poſſeſſorem rei obligatę l. credi
2 toris de diſtrac. pigno. † Et uiſo dicto libello
a certum eſt quòd optime concludit[a] iux. not.
ext. de pigno. cap. ex literis, & plene not. ff. de
pigno. actio. l. rem alienam per Barto. & ſatis
3 clare & plene probatur intentio agentis, †
ſcilicet reſtitutionis dotis caſum eueniſſe per
mortem d. Lucę ſecundum theoricam Doct.
C. ſol. matr. l. ſi quidem. ff. quemad. teſt. aper.
4 per l. 2. §. ſi dubitatur per glo. & Bar. † Nec ob-
ſtat prædictis, quod dicatur propter prędictũ
Petrum, quod non fuit ſacta legitima diſcuſ-
b ſio,[b] quia immo fuit legitime facta, iuxt. ple-
ne not. C. de pignor. l. perſecutione. per Bar.
& eſt hoc verum, quia Iudex pronunciauit,
ſcilicet nihil reperiri in territorio ſuo, licet
enim ſit in territorio alieno nihil ad rum-
5 bum. † Quia ibi non habebat Poteſtas Foiani
iuriſdictionem inquirendi, arg. ff. de iuriſdi.
omn. iudi. l. fin. Et clarius ad caſum noſtrũ. ff.
6 de bonis. auth. iudi. poſ. l. cum unus. §. is. † Prę
c terea quod vltra fuit citatus[c] iſte vna cũ aliis
poſſeſſoribus, quando Iudex pronũciauit di-
ſcuſſionem fuiſſe legitimę factam, ſi non cõ-
d paruit ſibi imputetur.[d] C. ſi minor. ab hære-
di. ſi abſti. aut. ſi omnes. l. de ætate. ff. de mi-
nor. per Bar. in l. ſi eo tempore. C. de remiſſi.
pigno. quod fuerint citati apparet in actis die
7 17. Decembris. † Præterea attenta Theorica
Bar. in d. l. perſecutione, & Bald. in l. 2. C. cõ-
muni diui. Poſito quod non eſſet facta diſcuſ
ſio, ſi probaretur in proceſſu facto contra ter-
tium poſſeſſorem. Illud quod eſt cauſa agẽdi
contra ipſum hoc ſufficit & probatur in dicto
proceſſu de debito principali. ut not. per Bal.
C. de edendo. l. is apud quem in 7. quæſtione
nõ enim eſt diſcuſſio tam ſiue natiuitas actio-
nis de dote contra tertium poſſeſſorem, ſed
eſt ordo vt notabiliter dicit Bald. in l. 1. C. ſi
quid in fraud. patroni. Modo cum in iſto pro
ceſſu probetur debitor per inſtrumẽtum pu-
blicum, & mora Lucę prædicti, ergo ſequitur
8 quod iſta bene agit. † Quid vltra eum Iudex
9 ſemper fauere debet veritati. † Et peracta pa
tet, quod iſta Domina ſibi vult computari in
dotem, & pro parte reſtitutionis dotis illa bo
na, quæ ſunt Aretij. Et ſic detrahit de ſumma
petita, quod poteſt facere etiam poſt litis con
e teſtationem[e] ſecundum Bar. in l. edita. C. de
eden. in 1. quæſt. in uer. quoniam uolo emen
dare libellum addendo vel minuendo &c. ibi
aut poſt litem cõteſtatam, &c. per. §. ſi minus
Inſtit. de action. Nec eſt verum dicere, quod
iſta domina debeat propter hoc in expenſis
condemnari, vt ibi patet, & eum in iſta quan-
titate, in qua renunciauit, inſtantia ſit per-
10 empta. † Iudex condemnare debet Aduerſa-
rium in illa quãtitate reſidui. vt not. per Bar.
C. ſi aduer. rem iudi. l. 1. per l. ſi conſtante. §. fi.
ſolut. matrimo. Nec dicat quis: Iſte Petrus
propter iſtam quantitatem, quam iſta detra-
11 hit habuit iuſtam cauſam litigãdi, &c. † Quia
reſpondeo primo ſecundum Bartol. in l. 1. §.
ſi ſtipulanti. ff. de uerbor. obligat. quod hoc
non eſt verum, quia licet quis petat maiorem
quantitatem, quàm ſibi debeatur, tamen ad-
12 uerſarius non debet totum negare. † Prętе-
rea poſito, quod haberet iuſtam cauſam liti-
gandi, tamen non ſequitur quod agens ſiue
petens condemnetur in expenſis. Sed ipſe
conuentus excuſatur ab expenſis ſecundum
not. per Bar. ff. de leg. 2. l. qui ſolidis in prin.
Pręcipue quia ex hoc non grauatur iſte reus
in probationibus aliter quam fuerit ſuper to
13 ta: quantitate petita. vt not. in d. l. edita. † Et ſic
æquitas non debet mouere iudicẽ ad condẽ-

nandum iſtum in expenſis, præcipuè etiam quia iſte numquam obtulit in iudicio ſe velle ſoluere dictam quantitatem 25. floreno-
14 rum & centum librarum. † Cum ergo dos ſit fauorabilis, & mulier in eius repetitione, vt not. ff. ſolut. matr. l. 1. & pateat clare de debito, & de morte d. Lucæ probat. Concludendum eſt partes d. Domini Poteſtatis eſſe in condemnãdo dictum Petrum, & eius procuratorem ad reſtituendum & relaxandum dictas domos d. Dominæ Frãciſcæ detinendas loco pignoris & hypothecæ pro dictis 25. floren. & centum librarum ſecundum formam ſuæ petitionis.

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Concludit.* Dida. Couar. l. 1. variar. reſol. cap. 8. in princ.
b *Diſcuſsio.* Supra conſ. 32. in litera D.
c *Citatus.* Practica tutiſſima eſt, vt citentur tertij poſſeſſores, & eiſdem aſsignetur terminus ad docendum ſi ſciunt aliqua bona, quæ ſine controuerſia poſsideat. Bald. in l. licet. C. ſi quis omnis. cauſa teſta. & l. fin. ſi quis in fraud. Patro. Soccin. conſ. 24. lib. 1. Paris. conſ. 53. lib. 3.
d *Imputetur.* Rot. Rom. deciſ. 9. in nouis.
e *Conteſtationem.* Socci. in tract. fallen. regu. 235. & 236. gloſſ. 1. in cap. pen. extra de libell. obla.

LVD. ALF.

CONSILIVM LV.

SVMMARIVM.

1 *Domum communem habentem ſine aliqua locatione tenetur ſoluere tantam penſionem, quantam ſolueret ſi conduxiſſet, & ſi non ſoluerit, hæredes tenentur etiam ad damna & intereſſe. infra nu. 17.*
Amplia & intellige, vt infra nu. 3.
2 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*
4 *Conſuetudo Patrisfamilias attenditur.*
5 *Donare ſuum, quis non præſumitur.*
6 *Fructus percepti & damna data in domo, quam quis habitauit, veniunt in actione pro ſocio, & communi diuidendo.*
7 *Socius ſi percipit fructus ex re communi tenetur ad reſtitutionem.*
8 *Iudicium communi diuidundo, & pro ſocio, eſt iudiciũ bonæ fidei.*
9 *Socius ſi dedit damnum in re communi, vel cauſam deuaſtauit tenetur ſocio.*
10 *Iudicium communi diuidundo, & pro ſocio tranſeunt ad hæredes.*
11 *Fructus percepti ſi non petentur infra triennium elapſo triennio præſcribuntur.*
12 *Bar. in l. ſequitur. §. fructus. ff. de vſucap. & Cin. in l. ancillę. C. de furt. loquuntur in bonę fidei promiſſoribus, & infra nu. 15.*
13 *Præſcribere non poteſt ille, qui ſcit rem non eſſe ſuã, vel ſcire debuiſſet.*
14 *Præſcribere non poteſt titulum non habens.*
15 *L. Sequitur. §. fructus. ff. de vſucap. in quo caſu loquantur.*
16 *Actio perſonalis non præſcribitur niſi ſpatio 30. annorum de iure communi.*
17 *Intellige niſi dictum tempus lege municipali ſit limitatum d. num.*
18 *Actio funeralis eſt multum fauorabilis.*
19 *Creditores hæreditarij intelliguntur fuiſſe reſtitutos in integrum quando hæres reſtitutus fuit ad adeundã hæreditatem.*

QVidã Syluester habitauit domum communem cum Petro Viue, quam d. Syluester putabat & aſſerebat eſſe cõmunem cũ dicto Petro per plures annos. Nunc quæritur an d. Petrus poſſit petere penſionem dictæ domus ſcilicet pro parte tangente d. Petrum. Secundo quæritur, an quia euidenter d. Syluester damnificauit dictam domũ communẽ, ſcilicet excoperiendo eam, & aliter deſtruendo, dictus Petrus poſſit cõtra hæredes d. Syluestri petere reſarcire dictum damnum factum, & illatum in dicta domo communi.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. Breui ſermone loquendo, ſuper
1 primo dubio dicẽdum eſt. † Quia ille Syluester habitauit domum ſine aliqua locatione. Et ſine longo ſermone. Cin. in l. excepto. C. locati. Iacob. Butr. in l. ſi non ſortem. §. libertos & clare Bartol. in l. ſumma. §. inſtrumento. ff. de condit. indebit. Vbi hoc clare firmat, & dicit eum teneri ad tantum
2 quantum eſſet conducturus. † Et hoc quia in tantum eſſet locupletatus, & hoc propter cõditionem ſine cauſa. Et hoc probatur in ſimili. in l. ſi & me & Titium. ff. ſi cert. pet: & facit
3 de regu. iur. in 6. cap. locupletari. † Et præcipue,

pue, quia non eſt modica penſio, quæ pro di-
cta domo conueniens eſſet. Et d. Petrus ſoli-
tus eſt domos vltra ſuam habitationem neceſ
ſariam locare. Et hoc vt nõ obſtet quod not.
in l. utrum. ff. de donat. inter uir. & uxor. facit
4 in ſimili. l. qui ſemiſſes. ff. de vſur. † Scilicet,
a quia attenditur conſuetudo[a] Patrisſamilias,
vt l. vel vniuerſorum cum ſimili. ff. de pigno.
5 actio. † Et nulla ratio ſubeſt, quia dici poſſet
b dictum Petrum voluiſſe donare,[b] vt in l. cum
indebito. ff. de probat. in fin. cum ſimil. Et
hoc tenuit Albertus Galcottus, vt Io. Andr.
refert in Specul. de locato. §. poſtquam uerſ.
6 Porro, in addi. ibi poſita. † Veniunt enim in
actione pro ſocio, & cõmuni diuidundo fru-
7 ctus percepti, & etiam damna data. † Nam ſi
vnus ex ſociis percipit fructus ex re commu-
ni, tenetur reſtituere, vt communi diuidun-
do. l. 3. in princ. l. per hoc iudicium. §. ſed etſi
cum ipſe. Et l. ſi quis putans in princi. & l. in
8 ſumma eod. tit. † Et nimirum, quia iſtud iudi-
cium eſt bonæ fidei, vt d. l. per hoc iudicium.
§. hoc iudicium, & l. pro ſocio. arbitror ff. pro
9 ſocio. † Similiter dico, quod ſi iſte Sylueſter
dedit damnum in re communi, vel eam deua
ſtauit tenetur ſocio, ſcilicet d. Petro, vt ff. cõ-
muni diuid. l. etſi non omnes. §. venit. & l. ſi
10 is cum quo, & in d. l. 3. §. 1. † Et tranſit hoc iu
diciũ in hæredes. Et licet cum Syluestro non
fuerit actum, poteſt peti ab hęrede eius, vt l.
11 item quamuis. ff. communi diuid. † Non ob-
ſtat, ſi diceretur iſte Sylueſter poſſedit illos
fructus triennio: ergo præſcripſit. iuxta not.
per Bart. in l. ſequitur. §. fructus. ff. de uſucap.
12 & per Cin. in l. ancillæ. C. de furt. † Quia re-
ſpondeo, quod illæ leges ſiue determinatio-
nes loquuntur in bonę fidei poſſeſſoribus,
nos uero loquimur in malę fidei poſſeſſori-
13 bus. † Quia ille Sylueſter ſciebat illam domũ
communem, & ſcire debebat, quia ſecutũ &
latum erat illud laudum inter ipſum & dictũ
c Petrum, ergo nõ præſcripſit.[c] † Præterea nul
14 lum titulum habebat in portione tãgente di
ctum Petrum, ergo non præſcripſit, vt l. nul-
lo. C. de rei uendicatione, de præſcrip. long.
tem. l. diutina & plene. ff. de uſucap. l. Celſus,
per Bart. coniuncta l. quod te. ff. ſi cert. pet. &
15 quod ibi not. † Præterea in d. §. Fructus, erant
fructus in ſpecie, videlicet equus, vel pecus,
vel frumentum, vel ſimilia, quę debebant pe
ti, hic vero eſt debitor in genere, ſcilicet quã
tũ potuiſſet dicta domus locari, &c. uel quã-
tum damnum extimabitur. Et petuntur iſta
16 actione perſonali, vt dixi. † Contra quam
d non pręſcribitur maiori ſpacio 30. annorũ[d]
de iure communi, vt l. ſicut de præſcript. 30.
anno. Niſi dictum tempus lege municipali
17 ſit limitatum. † Concludo ergo, quod d. Pe-
trus poteſt petere ab hęrede Sylueſtri, quan-
tum d. domus potuit locari pro parte contin-
gente d. Petrum. Similiter & extimationem
e damni. Et etiam funeris ſumptus[e] dicti Syl-
18 ueſtri & Angeli. † Quę actio eſt multum fauo
rabilis. l. fin. ff. de relig. & ſup. fun. & not. in l.
priuilegia. ff. de priuil. credit. cum ſimil. Et
pręcipue ſunt hęc vera, quia iſta Domina Go
ra habuit reſtitutionem in integrum, vt poſ-
19 ſit adire. † Ergo & creditores hæreditarij,
f idem habere intelliguntur,[f] vt l. 1. C. de re-
pud. & iud. Et ad caſum noſtrum. ff de peti.
hęredit. l. quod ſi poſſeſſor. & l. ſi quid poſſeſ-
ſor. & ff. de minor. l. quod ſi minor. §. reſtitu-
tio. Pręterea iſte arbitrator reſtituens dictum
dominium ad adeundam hęreditatem dicti
Angeli, expreſſe dixit, quod d. Petrus poſsit
petere ſibi debita à dicta hæreditate. Ergo eũ
in incertis, & non certis, &c. Patet quod di-
ctus Petrus poteſt dicta petere, tam de iure
communi, quam etiam ex forma & uigore
dicti laudi, & contra bona hęreditaria, pro di-
ctis debitis retinere.

Et ita allegando dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Conſuetudo.* Deci. & Hieron. Cagnol. in l. ſem per in ſtipulationibus, nu. 9. & 10. ff. de reg. iur.

b *Donare.* Quia nemo pręſumitur iactare ſuum. Doctor. in l. 1. ff. ſolut. matrimo. ſuper gloſſ. in uer. ſemper.

c *Præſcripſit.* Matheſ. not. vel ſing. 23.

d *Annis.* Hoſtien. in ſum. de pręſcrip. reb. immobi. §. res. colum. 1. ver. actiones perſonales. Bart. in l. hæc autem iura. ff. de ſerui. urba. prædi. Bald. cõſil. 437. lib. 1. Corne. conſil. 206. lib. 2. & conſil. 73. Alex. conſ. 99. l. 4. col. 2. vbi Addi. De iure vero canonico eſt ſecus. Ang. & Franc. in d. cap. poſſeſſor malæ fidei. ff. de regu. iur. in 6. ubi latiſſime & pulcherrime per Reuerendiſsimũ D. Dominum Dida. Couar. ad quem ſemper recurre. Paul. Caſtrenſ. conſ. 98. lib. 2. Anchar. conſil. 5. Alex. d. conſ. 99. & conſ. 102. lib. 1. in fin. Gratus in conſ. 41. col. fin. l. 1. Fortu. in tract. de ultimo fine illati. 2.

e *Sumptus.* Quia iſta actio eſt in multis priuilegiata, & ante omnia erit deducenda. Bello. conſ. 30. num. 9. & datur iſta actio contra hæredes & bonorum poſſeſſores. Petrus Duen. lib. 1. regu. utri. iur. reg. 397. ſummaria actio. late & Bello, ſcri-

pſit

pſit ſuper titu. de relig. & ſumpt.fun. ſcripſit D. & maior mihi honorandus D. Ioannes Aſirius Florentinus, ad quem de hac re ſemper recurras.

f *Intelliguntur.* Quia reſtitutio omnia in priſtinum ſtatum reponit. Paul. Caſtren.conſ.145. viſis in fin.in antiquis. Hieron.Cagn.in l.2.nu.39.in fi. C.de reſcin.uendit.

LVD. ALF.

CONSILIVM LVI.

SVMMARIVM.

1 *Laudata in primo laudo an veniant in ſecundo compromiſſo generali per totum conſilium.*

2 *Tranſigi non poteſt ſuper illis, quæ ſunt iam ſententia deciſa, & habent executionem paratam, & quæ ſunt liquida. & nu. 5.*

In compromiſſo ſimpliciter facto non ueniunt quę ſunt in ſententia deciſa, & habeant executionem paratam, & ſunt liquida, niſi de eis fuerit facta mentio, & per totum.

3 *Arbitramenta habent uim tranſactionis.*

4 *Tranſactio debet fieri ſuper re dubia, & lite incerta.*

5 *Tranſigi non poteſt ſuper ſententia, à qua non fuit appellatum.*

6 *Amplia quod de ea etiam non poſſit compromitti.*

7 *Tranſigi nec compromitti poteſt ſuper inſtrumentis, quę executionem merentur vigore ſtatutorum, niſi primo deducatur in Aquilianam ſtipulationem.*

8 *In generali commiſſione non veniunt ea, quæ quis veriſimiliter non eſſet conſecutus, ſiue facturus, ſiue commiſſurus ſpecialiter, & nu. 16.*

9 *Compromittens ſecundo loco, non præſumitur compromittere illa, quæ erant clara, certa, liquida, finita & laudata nullo remedio appellationis, vel recurſus ſuſpenſa, & quæ habent executionem paratam vigore ſtatutorum, & quę continentur in primo laudo.*

10 *Compromitti an poſſit de futuris litibus. Et de intellectu num.14.*

11 *Bal. benefactor & Dominus Domini Andreæ de Alferijs.*

12 *Laudum ſecundum valet etiam ſuper primo deciſa. Intellige vt inf. nu. 15.*

13 *Conſenſus poteſt tolli per contrarium conſenſum.*

14 *L. De his. ff. de arbitris. loquitur in caſu, quando poteſt eſſe lis in futurum rebus ſic ſe habentibus, vt ſe habent tempore compromiſſi.*

15 *Bal. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. quid dicat.*

Laudum ſecundum latum de conſenſu partium contra primum, valet d. nu. & nu. ſeq. contrà nu. 18.

16 *In generali compromiſſo non intelligitur venire illud, quod quis ueriſimiliter compromiſſum non eſt.*

17 *L. Si diuerſa, C. de tranſact. in quo caſu loquatur.*

18 *Arbiter nõ poteſt laudare ſuper primo laudatis, etiãſi in cõpromiſſo fuerit conceſſa poteſtas arbitrandi vel ſemel, vel pluries.*

19 *Opiniones Doctorum ſunt concordandæ ſi ad inuicem contradicant.*

20 *Doctorũ opiniones & diſtinctiones ſunt concordandæ.*

21 *Intelligatur verbum denotat fictionem.*

22 *Lex quando aliquid permittit fieri propter litem, vel requirit eſſe litem, vt aliquid fieri poſſit, requiritur vt vere ſit, lis autem non ſufficit eam fingi, ſed oportet vt vere ſubſit, nec ſufficit aſſerere eſſe litem, & inf. nu. 24.*

23 *Angelus de Peruſio, ſubtilis iuris vertex.*

24 *Clauſula in compromiſſo ſecundo appoſitum. videlicet quod intelligatur lis & quæſtio ſuper omni eo, quod laudatum fuit, nihil operatur, vbi uerè lis nõ eſt, vel ex probabili cauſa non ſperabatur.*

25 *Actus eſt nullus, quando forma data à lege non fuit ſeruata.*

26 *Arbitri poteſtas procedit à conſenſu partium.*

27 *Sententiæ non dicuntur repugnare, quando in ea ſunt plura capitula diuiſa. Et in vno capitulo valeat, & in alio non.*

28 *Florentię ciuitas ſe habet in ſibi ſubditis, ut olim vrbs Romana.*

29 *Aretium, quando propriam legem non habet, nec ius commune adeſt, recurrere debet ad leges ciuitatis Florentiæ, ſiue Ciuitas Aretij adijciatur acceſſorię Ciuitati Florentiæ, ſiue eidem Ciuitati Florentiæ adijciatur.*

30 *Notificatio laudi vel ſententiæ ad ſimplicem formam inducendam, ſiue vt ipſi notificatori aliquid fiat, ſiue vt ei aliquid acquiratur.*

31 *Statutum requirens laudum debere notificari, ſimplex ſcientia non ſufficit, ſiue notificatio facta ab alio, quam ab aduerſario.*

32 *Appellare an poſſit à ſententia iudicis lata ſuper petitione de reducendo arbitrio, ſcilicet ſententia arbitratoris, ad arbitrium boni viri uſque ad fin.*

33 *Appellari non poteſt à ſententia eius, qui proceſſit vt bonus uir. vſque in fin.*

34 *A ſententia arbitratoris non appellatur, ſed recurritur ad bonum virum.*

35 *Iudex dicitur bonus vir.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. In
1 quæſtione † prædicta uertitur dubiũ per not. per Cyn. & Bar. C. de tranſactio. in l. ſi cauſa cognita, &. ff. de tranſact. l. ſi poſt rem per Bart. & Fran. de Albergottis. & per Bar. in l. eleganter in princ. ff. de condit. indebit. & extra de arbit. cap. expoſita. & per Not. per Ioan. And. in Specul. de Arbitro. §. 1. verſ. arbitrator in addit. ibi poſita, & uerſ. Eſt ſciendum quòd quęſtio illius capituli expoſita, &c. Vbi & in quibus iuribus habetur, & determinatur, quod non põt trã-
a ſigi ſuper illis, quę ſunt iam ſententia deciſa[a] & habent executionem paratam, & quę ſunt
2 liquida. † Similiter nec talia veniunt in compromiſſo ſimpliciter facto, non ſpecificato
3 de eis. † Cum iſta arbitramenta habeant vim

tran-

tranſactionis. C.de iud. auth.ſi uero contige-
rit, & in corpore vnde ſumitur, nota. plene
per Bar.in l. ſocietatem.§.arbitrorum. ff. pro
ſocio, extra de iureiuran.cap.quintauallis cũ
4 ſimilibus. † Cum enim trãſactio fieri debeat
ſuper re dubia, & lite incerta, ut l. 1. ff. de trã-
5 ſactio. † Sed ſuper ſententia à qua non eſt ap-
pellatum, nec aliter recurſum, nec reuoca-
tur in dubium vtrum fuerit lata, & contra cu
ius executionem nulla exceptio eſt oppoſita
non poteſt tranſigi, vt d.l.poſt rem per Bart.
6 Ergo † nec de eo poteſt compromitti. † Si-
7 militer nec ſuper inſtrumentis, quæ execu-
tionem merentur vigore ſtatutorũ, niſi pri-
mo deducerentur in Aquilianam ſtipulatio-
nem, vt ibi nor.per Barto. non poteſt tranſi-
gi nec compromitti: ergo iſti arbitri electi à
Petro Blaſio, Nanne & Iacobo non poterãt
ſuper primo laudo in dictos Nannem & Pe-
trum aliquid laudare, cum ſuper dicto lau-
do nulla lis, dubietas vel quæſtio eſſet ſuper
primo laudo. Ergo ea, quæ ibi continentur
non intelliguntur uenire in d. laudo ſecũdo
8 loco facto. † Præterea hoc probatur alia ra-
tione. Ea quæ quis veriſimiliter non eſſet cõ-
ceſſurus, ſiue facturus, ſiue commiſſurus ſpe-
cialiter, non veniunt in generali commiſſio-
b ne, b vt l. obligatione cum ibi notatis. ff. de pi-
9 gnor. † Sed non eſt dubium, quod non eſt ve
riſimile, quòd dictus Nannes vellet compro-
mittere illa, quæ erant clara, certa, liquida, fi-
nita, & laudata nullo remedio appellationis,
vel recurſus ſuſpenſa, & quæ habent execu-
tionem paratam vigore ſtatutorum, ſcilicet
ea, quæ continẽtur in primo laudo lato inter
d.Petrum & Nannem. Ergo non veniunt in
iſto generali compromiſſo facto inter dictos
Nannem & Iacobum ex una parte, Petrum
ex alia, & Blaſium ex alia. Ergo dictum laudũ
ſecundum latum quatenus tangit primo de-
10 ciſa non valet. † Non obſtat, quod dici põt,
quòd de futuris litibus poteſt compromitti,
vt l. de his. ff. de arbitris, & not. in Specul. de
arbitr. §. fin. uerſ. Sed quæritur an valeat com
promiſſum. Et uerſ. Quid ergo ſi compromiſ
11 ſum eſt. † Et pro hoc allegatur, quod recolẽ
dæ memoriæ Dominus & Benefactor meus
12 Dominus Baldus de Peruſio tenet. † Quòd
ſecundum laudum valet etiam ſuper primo
deciſa. C. de tranſactio. l. ſi diuerſa. ibi iuxta
hoc quæro, quid in Arbitro &c. Pro hoc ẽt
faciunt illa verba ſupra relata poſita in com-
promiſſo, ibi. Videntes ex pacto ſolemniter
facto, &c. quod intelligatur fuiſſe ſiue eſſe lis
& quæſtio, &c. Cum enim d. partes per con-
ſenſum tacitũ ſcilicet per pactum uoluerint
tollere, ſeu tolli poſſe primo laudo laudata.
Quia dederunt poteſtatem dictis arbitris ſe-
cundo electis laudandi, &c. Et primo lauda-
13 ta erant valida propter cõſenſum partium, †
nimirum ſi per contrarium conſenſum põt
c tolli. c l. nil tam naturale. ff. de reg. iur. Proce-
dunt etiam ambo compromiſſa à pari poten-
tia ſcilicet à conſenſu, ergo &c. argumen. l. de
14 quibus. ff. de legi. † Sed his non obſtantibus
puto non eſſe recedendum à ſuperiore deter
minatione. Cyn. & Ioan. And. Et reſpondeo
ſuper allegatis, dico quod non obſtant. Et pri
mo ad primum d. l. de his, ſcilicet, quod in
compromiſſo, ueniunt etiam lites futuræ, re-
ſpondeo hoc verum quãdo poteſt eſſe lis in
futurum ſuper rebus ſic ſe habentibus, ut ſe
habent tempore facti cõpromiſſi, vt ibi not.
dicit Bart. & l. quod ſeruius, & quod ibi nota-
tur glo. ff. de condit. cauſa data. Et quod notat in
hoc firmat Bart. in l. qui cũ tutoribus in prin
ff. de tranſactio. ſed tempore ſecundi compro-
miſſi res ſe habet certa & clara ſuper contẽta
in primo laudo, & nulla lis erat vel eſſe pote-
rat, ergo illa nõ veniunt in ſecundo compro-
miſſo.
15 Secundo † dico, quod non obſtat determi-
natio Domini Bald. quia ſi bene cõſideretur,
non dicit illud, ad quod allegatur. Nam ſi be-
ne conſiderentur verba ſua, ipſe dicit, quod
ſecundum laudum latum contra primum de
conſenſu partium per Arbitratorem valet.
Nota quod dicit de conſenſu partium, vt ſit
nouum compromiſſum, &c. Sed hic non eſt
conſenſus partium, ergo Bald. non dicit id, ad
quod allegatur. Quod autem non ſit conſen-
16 ſus partium ſupra probaui. † Quia non intel-
ligitur venire in iſto generali compromiſſo
illud, quod ſpecialiter veriſimiliter compro-
miſſurus non eſt arg. d. l. obligatione. Et non
eſt ueriſimile, quod voluerit rem claram &
deciſam compromittere. Nam vt ipſe ſciebat
dicere, me audiẽte, dicta & determinationes
Doctorum debent intelligi ſecundum leges
quas ipſi allegant. Modo attẽdite, dicit enim
ibi, quod ſecundum laudum valet, quaſi tamẽ
ualet, quaſi ex nouo compromiſſo, argumẽ.
d. l. ſi diuerſa. C. de tranſact. ita dicit ibi. Ergo
debet intelligi ſecundum illam legẽ, ſcilicet
quod fuerit data poteſtas laudandi ſemel &
17 pluries etiam ſuper deciſis. † Quia dicta l. ſi
diuerſa. loquitur quando tranſactio fit ſpecifi
18 ce contra primam tranſactionem. † Hanc
interpre-

interpretationem & intellectum ſuadet ra-
tio concordandi cum Bar. eius magiſtro, in l.
quid tamen in prin. ff. de arbit. in Specula. de
arbitr. §. fin. uerſ. Sed pone, &c. Et cũ Guid.
de Suzar. & Ioan. And. vt ibi patet in Addit.
vbi dicit, quod etiamſi in compromiſſo ſint
conceſſæ arbitro arbitrãdi, vel ſemel vel plu
ries etiam ſuper laudatis, dicit, quod arbiter
hic non poteſt laudare ſuper primo laudatis.
Ratio eſt ne pars condemnata inuitet eum ad
19 delinquendum, &c. † Iuſta eſt enim talis cõ-
cordantia, ne ſibi tanti Doctoris, & legũ in-
d terpretes inuicem contradicant, [d] ac extra de
teſti. cap. cum tu. C. de inoffi. dona. l. 1. & in
20 prima conſtitutione. §. quibus enim. † Di-
ſtinctione qua poſſumus ſunt concordandi,
argum. eorum quæ notat gloſſ. in auth. de hæ-
redi. quæ ab inteſt. deſer. in prin. col. 9. ſi enim
talis concordia ſit in teſtibus, multo magis in
legum determinationibus.

Non obſtat, quod vltimo loco dixi de illis
verbis poſitis in compromiſſo, ſcilicet volẽ-
21 tes ex pacto ſolemniter facto &c. † Et nota
verbum intelligatur ibi poſitum, quod verbũ
e denotat fictionem, [e] vt not. in l. hæres quan-
doque de acquir. hæredit. & facit. l. mercis. ff.
de verbor. ſigni. & quod not. in ſimilibus uer
bis per Bar. ff. de vſucap. l. ſi is qui pro empto-
22 re in princi. † Sed quando lex permittit ali-
quid fieri propter litem, vel requirit eſſe li-
tem, vt aliquid fieri poſſit, requiritur, vt vere
ſit lis. Non autem ſufficit eum fingi, ſed opor
tet vt vere ſubſit, ita eſt text. in l. cum hii. §.
ſed cum lis. ff. de tranſact. & ibi per Barto. De-
bet enim clare conſtare, quod eſſet lis & du-
bietas, non autem ſufficit eam fingi, vel calũ-
nioſe manifeſte fieri. C. de ſal. l. ſatis aperte,
& ita notabiliter dicit Bart. in caſu noſtro, in
l. poſt rem. Adeo quod non ſufficit propter
hoc aſſerere, quia ſi hoc eſſet de facili lis de-
luderetur, ut d. §. ſed cum lis. Facit quod no-
tatur in ſimili. C. de donat. ante nup. auth. ſed
iam neceſſe. ff. ſi quid in fraud. patro. l. 1. §. ſi
23 mutuam, in gloſ. † Et clare inuenio tenuiſſe
ſubtilem iuris verticem recolendæ memoriæ
Dominum Angelum de Peruſio conſulẽdo
in conſilio, quod incipit. In Dei nomine &
ſuæ matris glorioſæ Amẽ. Viſo compromiſ-
ſo, prorogatione, laudo, & emologatione lau
di lati per Maximum de Albicis. uerſ. Sic in-
24 quit. † Et licet in compromiſſo dicatur, quod
intelligatur lis & quęſtio, ſuper omni eo, qđ
laudatum fuerit &c. non tamẽ illa verba ope
rantur quicquam, vbi lis vere non eſt, aut ex
probabili cauſa non ſperatur aliàs de facili
poſſit lis circumueniri. ff. de tranſactio. l. cum
his. §. ſed cum lis, vbi lis debet eſſe vera & nõ
ficta, & non ſufficit fore aſſertam per partes
latam fore eo caſu, quod lis tranſigi vetat, vt
l. poſt rem. ff. de tranſact. in gloſſ. &c. Iſta ſunt
verba ſua, quæ retuli, vt videatur Author. Et
pro hoc optime, quod non ſufficiat partem
aſſerere litem eſſe, niſi ſit uere lis. faciũt anno
tata per Innoc. in cap. fin. de fideiuſſ. & cap. 1.
de poſitio. & per Bar. in l. 1. §. non autem, & in
l. fin. C. de exercitoria. l. ciuitas. ff. ſi cert. peta.
C. de ſacroſan. Eccle. auth. hoc ius porrectũ.
ff. de re iudi. l. à diuo pio. §. ſed ſi emptor, cum
25 ſimilibus. † Pręterea cum ſit data forma à iu-
re, quando quis vult tranſigere, ſiue compro
mittere ſuper deciſis, & quæ habent paratam
executionem, ſcilicet quod primo deducan-
tur in Aquilianam, vt not. in d. l. eleganter.
Et illa non fuerit ſeruata, ergo actus non va-
f let, [f] vt l. an inutilis. ff. de acceptila. cum ſi-
mil. Dixerunt enim d. compromiſſo volẽtes
ex pacto, &c. Nota ex pacto non autem fuit
Aquiliana ſtipulatio. Remanet concludendũ
primo laudata in primo laudo non venire in
iſto ſecundo compromiſſo, ſcilicet rationi-
bus ſupradictis. Et ſi dices, quid ergo venit in
iſto ſecundo compromiſſo. Reſpondeo, mul
ta alia quæ dependent ab ipſa hæreditate, pu-
ta ſolutio æris alieni, & quamplura, quę inue-
nire eſſet potius laborioſum, quàm ſubtile,
cum ergo conſenſus partium non interuene
rit, vt primo deciſa in primo laudo deueniãt
26 in ſecundo compromiſſo. † Patet, quod cum
g poteſtas arbitri [g] procedat à conſenſu partiũ.
l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de Arbitr.
Patet quod ipſi non habuerint poteſtatẽ lau-
dandi ſuper prædictis, ergo laudum nullum,
quantum ad illa deciſa, inter Petrum & dictũ
27 Nannem, & nihil repugnat. † Quãdo in ſen-
tentia ſunt plura capitula diuiſa, vt in vno ca-
pitulo valeat in alio non. vt not. in l. etiam. §.
1. ff. de minor. & in l. in hoc iudicio, & in l. q-
dam mulier famil. hercif. Et per conſequens
nõ eſſet opus tractare de notificatione ipſius
28 laudi. † Sed vt ſatisfaciam quęſitis dico con-
cluſiue, quod Notificatio laudi debet fieri ſe-
cundum formam ſtatuti ciuitatis Florentię,
& hoc præſuppoſito, quod illa ciuitas habeat
in ſibi ſubditis; vt olim vrbs Romana in ſibi
ſubditis, & hoc probo iſta cõcluſione, vt eua-
dam, & ſoluam not. per Guid. & Bartol. in l. ſi
29 conuenit. la ſecunda. §. ſi nuda. de pign. actio. †
Quod ſiue ciuitas Aretij adiiciatur acceſſo-
rie

rie ciuitati Florentiæ,ſiue eidem ciuitati Florentiæ adiiciatur. Dico quod cum ciuitas Aretij non habeat aliquam legem quæ diſponat circa Florentiam, & modum notificandi legem, quia illa ſeruaretur ſi eſſet, nec per ius commune tradita eſt aliqua forma, quod de-
h bemus recurrere ad leges ciuitatis Florētię h iſte eſt text. in l.de quibus in prin.ff.de legib. Et ibi iſta Theorica & regula traditur. Et ita tenet in ſimil. Ioan. And.in Specu.de tregua & pace,ſuper rub. Et pro hoc optime, quod not.ff.de damno infect. l.dāni.§.ſi is qui ædes. per Bar. quod cum non fuerit ſeruatum, quia non fuit notificatum dictū laudum dicto Nāni per d. Petrum ſecūdum formam reformationis ciuitatis Florentię, patet, quod eſt nul-
30 lū, vt in d.reformatione diſponitur. † Et cū dicta notificatio non fiat ad ſimplicem formam inducendam, ſed vt ipſi notificationi
31 aliquid fiat, ſiue vt ei aliquid acquiratur.†Nō ſufficit ſimplex ſcientia, ſiue notificatio facta ab alio, quam à dicto Petro, vt notatur.ff. de peti. hæredi. l.item veniunt. §. petitam, & plene in l.denunciaſſe.ff.de Adult. in l.1.in fi. de actio. empt.& vbique per Bar.
32 Sed ſupradictis adiicitur aliud dubium. Videlicet quod ab iſto laudo lato inter dictos Nannem, & Iacobum ex una & Petrum ex alia, & Blaſium ex alia. Fuit pro parte d. Nānis recurſum ad iudicium Poteſtatis Aretij. Et per eum ſuper iſto recurſo fuit lata ſententia, in qua declarat dictum laudum, quo ad cō tenta in primo laudo non valere &c. A qua ſentētia fuit appellatum. An poterit appellatio interponi à dicta ſententia; & ſuper hoc breui ſermone, quia hic clare deciſum eſt, &
34 determinatum per Innoc.† qui dicit clare, quod à ſententia eius, qui procedit vt bonus
i uir, ſicut eſt iſte Iudex. [i] Quia à ſententia arbitratoris recurritur ad bonum virum. l. vnde ſi Neruæ. ff. pro ſocio. Et quod plene notat Bar. in l. ſocietatem. §.arbitrorum pro ſo-
35 cio †qui bonus vir eſt iudex. ut.ff.de uerb. ob lig. l. continuus.§. cum ita, qui eſſet Iudex litigatorum, vt not. per Bar. in d.§. arbitrorū. Non poteſt appellari, ita notabiliter dicit ipſe extra de reſcriptis.cap. præſente in gloſ.ſuper uer. impune circa principium. Et ita diſputando determinauit quidam Doctor nomine Raſtagninus, vt refert Ioan. Andr. in terminis noſtris in Specula. de appellatio.§. in quibus. verſ. 15. ibi,ſed quæritur à ſententia iudicis lata ſuper petitione de reducendo Arbitrio ſcilicet ſentētia Arbitratoris ad arbitriū boni uiri poſſit appellare. Et ita refert Bal. tenuiſſe Bar. ipſe audiente, ita dicit ſe vidiſſe Bar. tenere in l.1.ff.de leg.2.in ſua lectura, in quibuſdam lecturis, ſed aliquæ lecturæ vt ipſe dicit hoc non habent, ita refert. C. de condit. empt.l.fin. Et quia habemus authoritatem tantorum Doctorum dicentium à tali ſententia appellare non poſſe ſine aliis allegationibus, idem concludo.

Et ita dico & conſulo, ego Andreas de Alferiis de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Deciſa*. Deci.conſ.39.nu.3.

b *Generali commiſsione*. Deci.conſ.30. Aymo. Granet.in l.1.nu.47.ff.de leg.1. Mattheſil.notab.136. Calcan.conſ.29.nu.11. Arius Pinel.in 1.par.rub. C. de bonis mater.

c *Tolli*. Nicol. Bello conſ. 37. nume. 8. & conſ. 38. nume. 7.

d *Contradicunt*. Quia contrarietas eſt euitanda. Deciſ.in l.fin nu. 1. C. de eden. & conſ. 195. & in l. edita.nu.63.eod.tit.& in l. ubi repugnantia. ubi Cagno.nu.4.ff.de reg.iur. An & quando, & quomodo opiniones doctorum contrarię ſint concordandæ, & quæ dicatur verior, & cui ſtandum, nide late quæ dixi in mea methodo ciuili. De ipſo iure lib. ſing. in uerb. communis opinio Doctorum.uerſ.opiniones docto. quando ſunt diuerſæ cum ſequentibus uerſi.

e *Fictione*. Rip.in Rub.ff. ſol.matrim. nu.70. And. Tiraq.in 1.parte tract.de utroq; retract.§.1. gloſ. 2.nu.2.

f *Non valet*. Nicol. Bello.conſ.39. nu.2.& cōſ.46. in Addi.in litera A.

g *Poteſtas Arbitri*. Alex. conſ. 214.lib.2.Paris.cōſil.45.num.23.l.1.Blanc.in tract.de compromiſ. q.3.6.q.princ.Marc. Aſinius Aduocatus Floren. in conſ. adhuc non impreſſo, quod incipit, Diuino nomine inuocato, circa primū cui ſubſcripſit Dominus Conſtantius incipiente,Super quæſtione in themate,& late pulchre, docte, & ſubtiliter ſubſcribendo dixit Dominus & Præceptor meus Dominus Marcus Antonius Eugenius quamuis circa tria dubia, quod cōſilium & ſubſcriptiones apud me manu ſcriptæ ſunt, vt in lib.1.conſiliorū diuerſorum Doctorum ſub nu.32. 33. & 34.

h *Florentia*. Rom.conſ.218. Alex.conſ.151. col.2. lib.2.uerſ.Præſuppoſitus, & uerſ. Et dico & dixi in mea allegatione, infra nu.16. ſiue conſ.8. Calefat.conſ.104.nu.1.poſitum in primo Tomo, cōſil.diuer.doct.crim.

i *Iudex*. Pulcherrime Corraſ.lib.4.miſcel.cap.22.

LVD. ALF.

CONSILIVM LVII.

SVMMARIVM.

1 *Captura perſonarum de iure eſt prohibita.*
Verba rite & recte captus quomodo intelligantur.
2 *Sequeſtratio rerum mobilium eſt prohibita.*
3 *Ab executione non eſt incipiendum.*
4 *Iudici conſtare debet de aliqua cauſa veriſimiliter inducente debitorem ad ſuſpicionem fugæ antequam veniat ad capturam.*
5 *Creditor non poteſt capi facere debitorem propter ſuſpicionem fugę, niſi cauſa ſuperuenerit poſt debitum contractum.*
6 *Debitor ſi eſt eiuſdem conditionis tempore contracti debiti, cuius erat tempore capturæ, capi non poterat.*
7 *Suſpectus de fuga ad hoc vt quis poſſit allegari, quid ſit probandum & è contra num. ſeq.*
8 *Releuatus ab onere probandi, non eſt per hoc releuatus ab onere allegandi.*
9 *Debitor captus vt ſuſpectus de fuga, ſi per creditorem nihil fuerit allegatum, captura eſt nulla.*
10 *Statutum permittens capi poſſe debitorem ſuſpectum de fuga, debet intelligi ſuperueniente noua cauſa.*
11 *Captura eſt magni præiudicii, & eſt quædam ſpecies ſeruitutis.*
12 *Iuramentum non ſufficit ad conſtituendum aliquem ſuſpectum de fuga.*
13 *§. ſufficit. in l. ſcire oportet. ff. de excuſat. tuto. in quo caſu loquatur.*
14 *Suſpitio fugæ debet ſaltim verificari poſt capturam factam de debitore per teſtes, ideſt ſuperueniſſe talē ſuſpicionem poſt debitum contractum alias captura eſt nulla.*
15 *Debitor ad hoc vt poſſit capi, prius iudici conſtare debet de debito.*
16 *Debitor non conuenitur ex propria ſcriptura creditoris.*
17 *Teſti atteſtanti de ſua electione non creditur.*
18 *Dictum vnius teſtis pro nullo reputatur.*
19 *Proxeneta niſi ab vtraque parte fuerit productus non poteſt eſſe teſtis.*
20 *Iuramentum in ſupplementum probationis in cauſis magnis non defertur.*
21 *Iudex quando fuit facilis in capiendo, debet etiam eſſe facilis in relaxando.*
22 *Sententia nulla reuocatur etiam abſente eo cuius intereſt.*
23 *Debitor captus vt ſuſpectus ſi probat poſſidere mobilia licet non habeat probare, relaxari debet.*
24 *Debitor ſi obligauerit ſua bona alio, non per hoc poteſt dici ſuſpectus d. nu. 23.*
25 *Captus ſi ſtetit in carcerem per decē dies, vel per mēſem, & non appellauerit, an poſſit dici & allegari, & petere ſe relaxare & non fuiſſe rite & recte captum.*

IN cauſa uertēte in curia Domini Poteſtatis Aretij inter Pręſentinam & Ioachinum, in qua ſer Antonius Vannis vt Procurator Ioachini petit d. Ioachinum tamquam male & iniuſte, & contra iuſtitiam captum re-
1 laxari. † Videndum eſt an viſa d. captura d.
Ioachinus fuerit rite & recte captus hoc eſt rite, quoad ordinem, recte quoad debitum, iux. not. in ſimil. ff. ſi cert. pet. l. teſta. Secundo eſt uidendum an d. Ioachinus poſſit nunc petere ſe relaxari, quia elapſa ſunt tempora appellandi. Et ſuper primo dubio præmittendū eſt ſine longo ſermone, quòd regulariter captura perſonæ eſt prohibita, vt l. nemo carce-
2 rē. C. de exacto. tribut. lib. 10. † Et nimirum,
quia ſequeſtratio aliarum rerum mobilium
a nedum liberorum hominum eſt prohibita. [a]
C. de prohibita ſequeſt. l. uni. ff. de ſuſpect. tu-
3 to. l. 3. §. tutores. † Et nimirum, quia non eſt
incipiendum ab executione. C. de executione rei iudi. l. 1.

His ſic pręmiſſis dicendum eſt d. Ioachinū minus iuridice captum, vt patet ex commiſſione d. capturæ factum per d. Dominum Iudicem committentem d. Ioachinum capi.
4 Pluribus rationibus. † Primo, quia non con
ſtitit d. domino iudici de aliqua cauſa veriſimiliter inducente eum ad ſuſpicionem fugæ d. Ioachini, quod debuit fieri iuxta not. per Bar. in l. ait Prætor. §. ſi debitorem, quę in frau-
5 dem credit. & de iudi. l. apertiſſimi, per Bal. †
Et debet conſtare talem cauſam ſuperueniſſe ipſi Ioachino poſt debitum contractum, vt l. ſi creditores. ff. de priuil. credi. per Bar. & l. ſi is à quo. ff. vt poſſeſ. legat. & not. in l. mu-
6 lier. ff. de ſponſal. & in d. §. ſi debitorē. † Alias
enim ſi debitor erat eiuſdem conditionis tēpore contracti debiti, cuius erat tempore capturæ, dico quòd creditor ſibi debet impu-
b ta-re, [b] vt in d. iuribus, & in l. qui cum alio. ff. de
7 reg. iur. † Nedum quod probauerit aliquid ue-
riſimile ad fugam preſumendum, vel quod eſſet uagabundus, vel quod eſſet forenſis incipiens male vti ſubſtantia ſua, vel quod non
8 poſſidet immobilia, ſed nec hoc allegauit. †
Quia licet quis ſic aliquando releuetur ab onere probandi, non eſt releuatus ab onere allegādi. ut. ff. de adul. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem polliceri. cap. applicanti, de appella. in Clementi. & extra. vt lite non conteſt. cap. 2. per Innocen. ff. de excep. l. 1. per Bar. & C. de ſeru. fugit. l. quicunque per Bald.

circa

circa princ.& not.in l.ea quidem. C.de accu-
9 ſat. † Cum ergo allegatum nihil fuerit iudi-
ci, quod aliqua cauſa ſuſpitionis ſuperuene-
rit poſt litem conteſtatam, ergo iſte non fuit
c rite captus, [c] vt dictis iuribus, & not.l.fideiuſ.
§.fin.qui ſatis d. cogan. & l.ſi pro eo per Bald.
C.mandati.Et hoc tenet Aug.in d.l.nemo car
10 cerem in prima quęſtione. † Et ſi diceretur
ſtatutum permittit. Sine longo ſermone di-
cendum eſt, quod debet dictum ſtatutum in-
telligi ſuperueniēte noua cauſa,ita tenet Bar
11 tol. in d.l.mulieri.Secundo † dico, vt conſul-
uit Dominus Bald. in conſilio,quod incipit.
In Dei nomine amen. Quia non eſt opus co
lorare veritatem,&c. quod tamen captura ſit
magni præiudicij, quia eſt quædā ſpecies ſer-
d uitutis, [d] vt l.Titio.ff.de conditio. & demon-
12 ſtra.† Non ſufficit probare per iuramētum, [e]
e vt not. in l. bonæ fidei. C. de iure iuran. & l.
13 admonendi.ff.eod.titu.† Non obſtat.§. ſuffi-
cit. in l. ſcire oportet. ff.de excuſatione tuto-
rum, quia loquitur de probatione impedimē
ti. vbi non eſt tantum præiudicium.Nec Bar.
14 in d.§. ſi debitorem, dicit contrarium.† Sed
poſito, quod hoc ſufficeret à principio ſcili-
cet ad faciendum ipſum capi, tamen vt dicit
præfatus Dominus Angelus in d.l.nemo car
cerem, debebat poſtea uerificari dicta captu
ra per teſtes, ſcilicet, quod cauſa ſuſpicionis
ſuperuenerat de nouo, quod minime eſt fa-
15 ctum. † Item dico, quòd non proceſſit recte,
hoc eſt,qđ non apparet iſtū Pręſentinū fuiſſe
16 nec eſſe creditorē d. Ioachini. † Nam per ſuū
f librū ſiue Codicē rōnum nō probatur. [f] l.exē
plo. C.de probat.l.inter cartulas.C.de conue
nien. fiſc.debito. lib.10.cum ſimilibus. Et ple
nè not.in l.nuda.ff.de donat. per Bartol. Nec
adiuuat ipſum Præſentinum atteſtatio Geor
17 gij.Primo,† quia non debet credi ei de ſua ele
ctione.argumē.not. in l.ex ſententia.ff.de te-
ſtam.tuto.& quod not.in l.nec in arbitris.C.
de arbitrio. Secundo, quia dicit, quòd hoc
dixit ipſo Ioachino abſente Pręſentino,ergo
g nō ualet. [g] † Tertio quia eſt vnus teſtis, cuius
18 dictum pro nullo reputatur. [h] l. iuris iurādi.
h C. de teſti. Præterea cum dicat ſi dictum ab
vtraque parte: ergo non debet admitti, niſi
19 ab vtraque parte nolente, † vt dicitur de Pro
i xeneta, [i] vt in auth. de teſti.§.pen.& per Bart.
de iure fiſci.l. deferre.§.idem decreuerunt,&
eſt gloſſ. in auth. de inſtrumen. cautela & fid.
§. in his. Et in Speculo de teſti. §. teſtium cō-
20 pulſione. verſ. Item Proxeneta. Ex † quo
ſatis clare conſtat dictum Pręſentinum non
probaſſe ſufficienter ſe creditorem d.Ioachi-
ni. Et cum cauſa ſit magna ſibi non eſt deferē
k dum iuramentum, [k] iuxta not.in l.admonen
di. Præterea etiam vt dixi ſi eſſet creditor,
cum ipſe non probauerit aliquam cauſam ſu-
ſpicionis fugæ ſupereſſe, nec ſuperueniſſe
poſt dictum debitum cōtractum. Patet, quod
Ipſe Ioachinus non fuit rite captus, & debet
21 relaxari. † Quia ſicut Iudex fuit facilis in ca-
piendo, debet eſſe etiam facilis in relaxādo.
argum.l.1.ff.ſi mulier vent. nomi.circa princ.
Et not. Bald.in l.1. C. de ſucceſ. edicto.& in
Rubrica ad Carbonianum. Pro hoc l.minor.
ff.de euictio. cap.audita.de reſtitutio.ſpoliat.
22 per Innocen. † Hinc eſt,quod ſecundum In-
nocen. in cap. dudum.de electi. Sententia
nulla reuocatur etiam abſente eo cuius inter
23 eſt. Et inde præcipue hic ſunt uera. † Cum
ipſe Ioachinus non teneretur probare, tamē
ꝓbauit ſe poſſidere immobilia &c. iuxta not.
in l. circa de probat. quę probationes multū
habent mouere iudicem ad ipſum relaxan-
dum. Nec obſtat prædictis, quod d.Pręſenti-
nus, dicit quod ipſe Ioachinus obligauit bo-
na ſua,non per hoc ſequitur, quod ipſe ſit ſu-
ſpectus de fuga, quia poteſt eſſe, quod alia,&
tot bona ſuperſint, quod vtrique ſufficiant.
24 Super † ſecundo quæſito, ſcilicet, quòd ſunt
lapſi decem dies, & forte ſex menſes poſt ca-
pturam, ſine longo ſermone, quia quotidie
eum detinent in ipſis carceribus, ipſe graue-
tur. Propterea poteſt petere ſe relaxari, etiāſi
l animo appellaret, [l] ita tenet in terminis no-
ſtris Dominus Bald.in l.2.C.de epiſco.audiē-
tia, ibi.Secundo quæro, quid de eo,qui ſtetit
in carcere per menſem. Et hoc tenet Specu
la. in titu.de appella.§. reſtat. uerſ. Quod di-
ces in appellationibus. Concludamus ergo
de primo ad vltimum iuſtum Ioachinum tan-
quam non rite, nec recte captum fore & eſſe
relaxandum, etiamſi ipſe nihil probaſſet, cū
Præſentinus non iuſtificauerit capturam ip-
ſius Ioachini.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alfe-
rius de Cortona ll. Doctor.

ANNOTATIONES.

a *Prohibita.* Limita, ut per Ioann. Coraſ. lib. tertio miſcel. cap. 2. nu. 6. & per Socci. in tracta. fallen. reg. 371.

b *Imputare.* Quia debebat inueſtigare conditionē debitoris. Nicol. Belló. conſ. 29. nu. 9. & 10. Vbi etiam habes, quādo debitor poſſit carcerari.

c *Captus.* Quia debitor ut ſuſpectus de fuga nō poteſt carcerari niſi prius fuerit legitima ſuſpicionis cauſa allegata & probata per duos teſtes. Bald. conſ. 285. num. 3. & 4. lib. 1. Cardi. Pariſius. conſ. 101. nu. 5. lib. 3. de cōmuni. Franc. Rip. in reſpōſ. 13. nu. 28. titu. de legi. & longa conſuetu. Grammat. conſ. ciuili 17. nu. 12. & declaratio facta per Iudicē, quod ſit ſuſpectus. Mar. Freccia. in tract. de præſenta. inſtru. 8. par. q. 2. nu. 37.

d *Seruitutis.* Quia libertatem aufert Andr. Tiraq. de pœnis cauſa 45. per l. omnes. C. de pœnis.

e *Iuramentum.* Lanfran. in tracta. recuſati. nume. 7. Alexan. in l. 2. nume. 23. ff. ſolut. matrimo. Iaſ. in princi. Inſtit. de actioni. nume. 91. & in l. ſi ab arbitro nume. 5. ff. qui ſatiſd. cogan. Parpal. in l. 2. colum. 21. in gloſſ. in uer. ſuſpectum. ff. ſolut. matrim. Aretin. in princ. inſti. de actio. num. 10. Deci. conſ. 73. colū. 2. Catelli. Cot. in memo. in uer. debitor. il primo.

f *Probatur.* Boer. deciſ. 105. Deci. conſ. 24. Bertran. d. conſil. 86. nu. 6. lib. 2. Late Dominus & Præceptor meus Marcus Antonius Eugenius de Perusio in l. admonendi, in uerbo de libro rationum in ſecūdo membro, vbi late pulchre & ſubtiliter amplíat & limitat. & d. repetitio manu ſcripta eſt apud me in meis recollectis.

g *Valet.* Vide late ſupra Do. Andream in 2. q. in 2. par. per totum.

h *Reputatur.* Vide quę ſcripſi ad legem iuriſiurādi. C. de teſtibus, nu. 225.

i *Proxeneta.* De huius verbi interpretatione, & ipſius teſtificatione uideas Andreā Tiraq. in præfat. tract. de retract. 1. par. nu. 26. Hippol. de Marſil. ſing. 553. ſatis.

x *Sacramentum.* Quod non ſit deferendum iuramētum in cauſis magnis ultra Bar. in l. admonendi, nu. 22. tenet Socci. reg. 13. Curt. ſen. conſ. 314. & 315. Et quæ dicantur cauſę magnæ ſunt iudicandę ſecundum qualitatem perſonarum gloſſ. in l. ſed ſi. §. 1. ff. de indit. Hieron. Cagno. in l. in pari. nu. 4. ff. de reg. iur.

l *Appellare.* Quia ſemper appellare poteſt. Paris. de Puteo in tract. ſindi. in uer. appellatio. Iaſ. in l. prætor ait. §. ſi aliquando, nu. 9. ff. de nou. oper. nun. Limita tamen per Antonium Grauatiam in addi. ad praxi. Octa. Veſtr. lib. 7. c. 3. nu. 56. in litera q.

L v n. A l i.

CONSILIVM LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris eſt nulla, quando in ea non interuenit ſolemnitas data à ſtatuto. & num. 4. & 10.*

2 *Solemnitas data à ſtatuto in obligatione minorum, magna & ſubſtantialis eſt, & dat eſſe rei.*

3 *Statutum requirens in obligatione minoris conſenſus iudicis, & vnius de coniunctis quando ſtat copulatiue, conſenſus vnius non ſufficit. & num. 8.*

5 *Minor non obligatur etiam naturaliter, quando in contractu non fuit ſeruata forma aſſignata à ſtatuto.*

6 *Obligatio minoris non validatur iuramento, quando non fuit ſeruata forma in ſtatuto requiſita. & verba ſtatuti diriguntur in perſonam minoris, ſcilicet, quod nullus minor poſſit ſe obligare ſine conſenſu Iudicis & vnius ex coniunctis.*

7 *Inſtrumentum contra legis diſpoſitionem celebratum non valet.*

8 *Iudicis authoritas & præſentia, quando ſuppleat defectum ſiue abſentiam coniuncti. & num. ſeq.*

9 *Iudex quando ſupplet defectum alicuius, debet id exprimere, & quibus verbis ibi.*

10 *Forma data à lege debet ſeruari, & ſi non fuit ſeruata, actus eſt nullus.*

11 *Statuto inducente ſolemnitatem in contractu minoris, ſi procedit prohibitiue, renunciari non poteſt.*

12 *Amplia etiam cum iuramento.*

13 *Minor petens reſtitutionem in integrum aduerſus obligationem factam ratione minoris ætatis, neceſſe habet ætatem probare.*

14 *Minor factus maior poteſt petere reſtitutionem aduerſus ea quę fecit in minori ætate.*

15 *Obligatio nulla, habet exceptionem contra ſe perpetuam.*

16 *Minor in obligatione nulla ob non ſeruatam formam, habet exceptionem perpetuam contra eam, etiam ſine aliqua reſtitutione in integrum.*

17 *Lex quando aliquid facit, vel concedit, non eſt opus petere à Iudice.*

18 *Soror an ſit legitima teſtis ad probandum ętatem fratris, & nu. 22. uſque ad finem.*

19 *Ea quę fiunt in domo non poſſunt ſciri niſi per habitantes in domo.*

20 *Teſtes domeſtici admittuntur ad probandum ea, quę fiunt in domo.*

21 *Mater admittitur ad probandum ætatem filij.*

23 *Frater, quādo ſeorſum habitat à fratre admittitur ad probandum pro fratre, & nu. 26.*

24 *Aetas filij probatur per ſcripturā factam à patre, in qua atteſtatur de ętate filij.*

25 *Scriptura dicitur vox mortua.*

27 *Mater in probando ętatem non recipitur vt teſtis, ſed vt iudex ſe informet ex dicto eius.*

28 *Fratri pro fratre non adhibetur tanta fides, vt alijs teſtibus.*

29 *Præſumptio talis & tanta inducitur ex dicto fratris pro fratre, quod onus probandi transfertur in aduerſarium.*

Vſura

30 *Vſurę hodie de iure ciuili & canonico ſunt probibitæ, & nu. 32.*
31 *Pecunia quando debetur, & dinumeratur per menſes, vt libram eſt loco vſuræ.*
32 *Vſura aliqua lege permitti non poteſt.*
33 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*
34 *Tutor de iure ſforum. tenebatur ad vſuras pecunia non conuerſa in emptionem prædiorum, hodie vero eſt correctum.*
L. Tutor. §. ne autem. ff. de admin. tutor. eſt correcta. d. num.
35 *Statuta fieri non poſſunt ſuper ijs rebus, quę ſunt à iure diuino prohibita.*

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti, Amen. Quia
tota iſta quæſtio ſtat in hoc
paſſu, videlicet an dictus Pe
trus ſit obligatus cum aſſera-
tur tempore fideiuſſionis ip
ſum fuiſſe minorem 25. annis. Et in hoc ſine
longo ſermone dicendum eſt, quòd attentis
uerbis ſtatuti, communis Aretij ſub rubr. de
obligatione minorũ verſ. Item quod nullus
minor, vbi patet, quod tale ſtatutum auſert
poteſtatem minori ſe obligandi ſine certa ſo
1 lemnitate. † Quæ ſolemnitas non interuene-
rit, quod talis obligatio eſt uulla. vt. ff. de tran
2 ſactio. l. cum ij. §. ſi prætor. † Eſt enim illa ſo-
lemnitas magna & ſubſtantialis, quæ dat eſſe
rei. arg. not. in l. & an inutilis. ff. de acceptilat.
ff. de author. tutorum. pro hoc. l. obligati. §.
3 tutor cum ſimili. † Cum ergo in obligatio-
ne minoris debeat interuenire ſecundum il-
lud ſtatutum, præſentia & conſenſus iudicis.
Et etiam conſenſus vnius de coniunctis dicti
minoris, qui conſenſus, vt patet ex verbis d.
ſtatuti requiritur copulate, patet, quod non
ſufficit vnius per not. in l. ſi hæredi plures. de
4 conditio. inſtituto. † Cum ergo vt dixi, non
ſit ſeruata ſolemnitas inducta per ſtatutum,
ergo obligatio nulla. ut. ff. quibus ex cauſis
maiores. l. non poſt. §. eadem. ff. de exercit. li.
§. is qui nauem. verſ. in re igitur dubia. C. de
agrig. & cẽſi. lib. 12. l. quemadmodum. Et hoc
expreſſe tenet Bartol. in terminis noſtris. ff.
5 de fideiuſſ. l. cum lex. † Adeo quod non obli-
gatur minor in tali caſu etiam naturaliter in
prima quęſtione ibi, ſed iuxta prædicta quæ-
ro, quid ſi ſtatutum, &. ff. de nouat. l. 1. circa fi-
6 nem. † Et adeo hoc eſt verum, quod cum di-
cta verba dicti ſtatuti dirigantur in perſonam
minoris, ſcilicet, quod nullus minor poſsit ſe
7 obligare. † Quod etiam cum iuramento talis
obligatio non validatur, quia dictum inſtru-
mentum non ualet, tan quam interpoſitũ cõ-
tra legis diſpoſitionem, vt tenet idem Bar. in
l. ſi quis pro eo in princi. ff. de fideiuſſo. in 4.
quæſtione ſecundæ principalis quæſtionis,
pro hoc. ff. de leg. 1. l. ſi quis inquilinos. §. fin.
C. de nupt. auth. quod eis, poſita ſuper l. impe
rialis, pro hoc l. non dubium. C. de legibus,
& per Bal. in plur. locis, & potiſſimum in pe-
8 nultima quæſtione. † Nec obſtat ſi diceretur
hic interuenit authoritas iudicis, ſupplen-
tis defectum, ſiue abſentiam coniuncti, quia
reſpõdeo primo, quod ſi inſpiciatur d. inſtru
mentum obligatorium dicti Petri, ſiue inſtru
mentum tutelæ Iudex nihil egit circa dictum
Petrum, ſed ſolum circa tutorem in decernẽ
do ipſi adminiſtrationem, cum dicto Petro
nihil dixit, nec ei conſenſit vt ſe obligaret.
Præterea nos ſumus in actu voluntario ſcili-
cet in obligatione fienda per dictum Petrũ,
ad quam faciendam nullatenus cogi poterat.
Et tunc cum requiratur copulatiue cõſenſus
Iudicis, & vnius ex coniunctis dicti Petri, ſo-
lus Iudex non ſufficit iuxta not. in l. ſi curato
rem. C. in integrum reſtit. per Cin. Bar. & Bal.
& l. 2. C. de fideiuſſ. minorum, & l. fin. C. ſi
propter publ. penſi. adeo quod dicunt Bar. &
9 Bal. in d. l. ſi curatorem. † Quod quando Iu-
dex ſupplet defectum alicuius, debet hoc ex-
primere, ſcilicet talis iudex ſciens huic debe-
re interuenire conſenſus talis, qui nõ eſt &c.
ſupplẽdo eius defectum interpoſuit ſuam au
thoritatem &c. argumento. l. ſi infanti. C. de
iure deliberandi. & l. bonorum. C. qui admit.
ad bonorũ poſ. l. in coniunctione. C. de nupt.
l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. ma
10 tri. cum ſimilibus, quod hic minime fuit. † Er-
go obligatio nulla tanquam non ſeruata for-
ma tradita a lege. l. antiqua in fi. C. ad Velle-
11 ianum. Et per ſuperius dicta. † Et adeo ſunt
hic vera, quod illi ſtatuto inducente talem ſo
lemnitatem procedendo prohibitiue nõ po-
teſt renũciari. vt C. ne fideiuſ. dot. dentur. l. 1.
12 vt ſuper rub. & l. 2. per Bart. † Etiam cum iu-
ramento, vt not. per Bar. in auth. ſacramenta
13 puberum. C. ſi aduer. uendit. Supereſt † nũc
videre ſuper eius probatione, ſcilicet probã-
do, quod ipſe Petrus fuerit minor tempore
factæ obligationis, vt l. ſi minorem. C. de in
14 integ. reſti. min. quod eſt neceſſe. † Et ſufficit
licet poſtea ſit factus maior. vt not. in l. 3. §.
ſcio. ff. de ad minor. & l. minorem. C. de his
quibus, vt iudi. & l. 2. C. ſi aduer. delict. cum
ſimil. Et ſi hoc eſt obligatio eſt nulla, & ſic

eſt minor prædictus: ſcilicet ipſe Petrus tu-
tus eſt ipſo iure de iure communi,& non in-
diget aliqua reſtitutione de iure ſpeciali, ut l.
in cauſa in prin. ff.de minor.& qđ plene not.
in l.in prouinciali.ff.de noui.ope.nunc.Et ſic
ſibi nō pōt opponi, qđ nō petiit reſtitutionē
in integrū infra quatuor annos,qa non habe
bat opus hoc petere. ſufficiebat enim ius eēe,
ſ. quod annullabat illam obligationē, argu.
l. 1.in fin. ff. ad municip. & l. 1. C.de theſaur.
15 lib.10.† habet enim exceptionem perpetuā,
16 vt l.pure in fin. ff.de doli excep.† Etiam ſine
aliqua reſtitutione in integrum, vt not. in c.
cū venerabilis,extra de excep.& qđ notatur
in l.diuus. ff.de re iud.per Bar.& ff.de excep.
l.qui agnitis.& in Spec. de ſentē.prolat.§.qū-
17 que.uerſ.& not. quod ſecūdum canoniſtas.†
Cum enim lex hoc facit,non eſt opus petere
à iudice,vt l.qui ſub conditione.ff.de condit.
18 inſtitut.† Videamus ergo an ſoror dicti Petri
ſit legitima teſtis ad probandum ætatem ip-
19 ſius Petri.† Et hic ego præmitto,quod ea quę
fiunt in domo communiter non poſſunt ſci-
30 re niſi per habitātes in domo. † Et ideo,quia
non poſſunt haberi alij teſtes admittūtur do-
meſtici. argumē. l. conſenſu. C.de repud.& l.
de ſubmerſis. C. de naufrag. lib.10. Et ibi ui-
21 detur textus clarus, quod debeat admitti. †
Quia mater admittitur ad probandam ætatē
filij, vt l. etiā.ff.de probati. Et hoc tenet Spe-
cul.in titu.de teſte. §.1.verſ. Item quod eſt pa
rens . Et Bar. ff.de teſtam.l.qui teſtamento in
prin. in 5. q. Et in conſilio ſuo,quod incipit.
In quæſtione vertente inter dominum Simo
a nem de Peruſio &c. mihi in ordine 125.a per
notata 3. q. 3. teſtis idoneus. Et idem ſentit
Bald.in d.l.ſi minorem,ſed nos ſumus in caſu
noſtro in alia perſona 53. in ſorore quæ ſine
dubio debet admitti ad teſtificandum de æta-
22 te. Et hoc † probatur primo per rationem,
quia cum in factis domeſticis,præcipue eſt vi
dere in natiuitate filiorum, vbi non interue-
niūt niſi domeſtici,& pauci,vt uidemus quo-
tidie,quia ibi non vocantur extranei niſi for
te vna matrona, quæ leuet puerum,ſiue reci
piat partum: ergo talis cōiunctus admittitur
ad probandum, vt d.l. conſenſu.C.de repud.
& not. in l. de tutela. C.de integrum reſtitut.
alias diceremus,quod probatio ętatis nō poſ-
ſit fieri, niſi admitterentur domeſtici,& con-
iuncti, nam per alios nō poſſet, quia non in-
teruenient.Et ſic eſſet impoſſibilis.contro.l.
23 quoniam. C.de hęreticis. Secundo † probo
per authoritatem Bald. qui hoc tenet in fra-
tre.l.parentes.C.de teſti. quando ſeorſum ha
bitat frater à fratre, & eſt quæſtio ciuilis. Et
24 hoc fundatur etiam alia ratione. † Nam non
eſt dubium quod per ſcripturam factam a Pa-
tre, in qua atteſtatur de natiuitate filij, pro-
batur ætas,vt notabiliter tenuit Nicol.de Ma
terellis, vt refert Bald. in l. neque natalis. C.
25 de probat.† Si ergo,vt ſic loquar, ipſa ſcriptu
ra, quæ eſt vox mortua probat,quare non de-
26 bet probare uox uiua? non eſt dare rōnem. †
Et quod frater admittatē pro fratre tenet Spe-
cul. in titu.de teſte.§.1.verſ.Sed nunquid fra-
27 ter. † Et licet Ioā.Andr.in d.§.1.de teſte.uerſ.
Item quod eſt parens dicat,quod mater non
recipiatur vt teſtis, ſed vt Iudex ex dicto ma-
tris ſe informet, & inueniat melius veritatē,
& hoc ſentit Inno. in cap. cum dilectus, ext.
28 de accuſat. † Et etiam quod fratri teſti non
adhibeatur tanta fides, vt alijs, ſecundū Spe-
29 cul.in d. verſ. Sed nunquid frater. † Dico qđ
ex eius dicto inducitur tanta & talis præſum-
ptio, quod transfertur onus probandi in ad-
uerſarium, vt notabiliter dicit Bald.in d.l.ne-
que natales, pro hoc. l. 1. C. qui & aduer-
ſus quos in gloſſ.& plene in l. ſiue poſſide-
tis. C. de probation. in materia pręſumptio-
num.Concluditur ergo, quod ſoror non re-
pellitur in totū à teſtimonio ętatis pro fratre.

Supereſt, vt videamus an dictus Ioannes
olim pupillus poſſit petere vigore ſtatuti Are
tij ſub rub. de prohibit. alienatione rei, &c.
verſ. Item quilibet tutor, & quælibet tutrix
finito tempore, &c. duos denarios pro libra
30 dictæ pecuniæ per tutorem retentæ.†Et ſine
dubio non inſiſtendo in uerbis cum hodie tā
de iure ciuili quam canonico vſuræ ſunt pro-
hibitæ. Dicendum eſt, quod non poteſt di-
31 ctam pecuniam petere, † quia eſt loco uſu-
ræ vt eſt videre, quia dinumeratur per men-
ſes & per libram. Et ita tenet Bartol. in l.tu-
tor qui repertorium. §. fin. ff.de adminiſtrat.
tutorum, pro hoc quod not. in auth.nouiſſi-
me. C. eodem titu. per Cyn. & per Azon. in
32 ſumma. † Nec poteſt vſura aliqua lege per-
mitti, vt plene not.in cap. peccatum. de re-
33 gul. iur. in ſexto in mercuriali. † Nam ut
plene notatur in l.omnes populi. de iuſtit.&
iure. Statuta recipiunt interpretationē paſ-
34 ſiuam à iure cōmuni.† Et ideo ſcimus,quod
tutor de iure fforum tenebatur ad vſuras pe-
cuniæ non conuerſæ in emptionem prædio-
rum,licet diuerſimode,iuxta not.in d.l.tutor.
§.ne autem:tamen hodie eſt correctum,vt ibi
notatur. Ergo & tale ſtatutum intelligitur

hoc

35 hoc non poſſe concludere, † quia vt notatur in d.l.omnes populi, non poſſunt fieri ſtatuta ſuper his, quæ ſunt à iure diuino prohibita. Ergo dictum ſtatutum non valet. Et per conſequens talis pecunia peti non poteſt. Laus Deo.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alferius de Cortona ll. Doctor.

ANNOTATIONES.

a *In ordine* 125. Eſt in lib.1.conſ.92. Hic nihil aliud annotabo, quia dicam in alio conſilio iſtius materię infra conſ. 60.

L v d. A l f.

CONSILIVM LIX.

In eadem materia & cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus hodie non petit vſuras, niſi ut intereſſe.*

2 *Pupillus poteſt petere vſuras de ſua pecunia retenta penes tutorem, non vt vſura, ſed vt fructus prædiorum.*

3 *Statutum non poteſt ſimpliciter concedere vſuram cũ dinumeratione temporis, & infra nu. 5.*

4 *Vſura lucratiua prohibetur iure diuino, canonico, & ciuili.*

5 *Statutum ſuper eo, quod peccatum inducit, non valet.*

6 *Vſura etiam propter bonum publicum aliquo iure concedi non poteſt.*

7 *Statuentes ſuper vſuras excommunicati ſunt.*
Iudex iudicans aliquem poſſe petere vſuras eſt excõmunicatus d.num.

8 *L. Curabit. C. de act. empt. l. ſocium qui in eo.ff. pro ſocio cum ſimil. & cap. ſalubriter.extra de vſur.et cap. per veſtras extra de donati.inter vir. & vxor. in quo caſu loquantur.*

9 *Contractus licitus fuit, & non vſurarius. in cap. per veſtras. extra de donat.inter vir.& vxor. & ratio erat, quia pecunia periculum erat cauſa.*

10 *Vſura per ſtatutum permitti non poſſunt, nec vt poſſit peti.*
Intellige vbi non petuntur vt intereſſe.

1 BArtol. † in l.tutor qui repertorium.§.fin.ff.de adminiſtr.tutor. tenet, quod Pupillus hodie nõ petit vſuras, niſi vt intereſſe. Et idem dicit in.§.Præ
2 terea. † Vbi clare dicit, quod ibi petitur vſura, & fructus prædiorũ, qui potuiſſent recipi de pecunia pupilli penes tutorem retenta &c. Et ſic ſi bene aduertatur ad ſtatutum ciuitatis Aretii, cõcedit ſimpliciter poſſe peti duos denarios pro libra quolibet menſe, &c. non dicit pro intereſſe ergo, &c.
3 Prętereа † dico, per ſtatutum non poſſe concedi vſuram ſimpliciter cum dinumeratione temporis, ita tenet Bald. C. de uſuris. l. cum allegas ad fin. ad literã. & in l. vſuras eod. ti-
4 tu. † Eſſet enim illa vſura lucratiua, quod prohibetur iure diuino, canonico & ciuili, vt l.1. C.de ſum. trin. & fide catho. & quod ibi not.
5 in auth.ad hoc. C. de uſur. † Et per ſtatuta nõ poſſunt concedi, quia non poſſunt ſtatuere ſuper eo, quod peccatum induceret, vt ibi notabiliter dicit etiam hoc Bald.in d.l.1.de ſum-
6 ma trin. & fide catho. † Non enim poteſt aliquo modo vſura etiam propter bonum publicũ concedi aliquo iure, vt not. in cap.peccatum, de reg.iur.lib.6.in mercurialibus per Ioan.And.(Iaſ.in d.§.fuerat, num.19.inſti. de acti.rub.conſ.55. col.fin. late more ſuo Plot.
7 in l.ſi quãdo. C. vnde vi.nume. 470. †) Adeo hoc verum, quod ſtatuentes ſunt excommunicati, etiamque iudicantes. Ita habetur ca-
8 ſus in clem. 1. de uſuris. Non † obſtat, quod dicit aduerſarius, quod Bald. tenet contrariũ, quia hoc non eſt verum, immo dicit ut dixi. Et ſi reperiretur aliquis caſus, quo permitteretur, permitteretur vt intereſſe, & in recompenſatione damni habiti, vt eſt in materia habita in l. curabit. C.de acti. empt.& in l.ſociũ qui in eo.ff.pro ſocio, cum ſimil. Et in cap.ſalubriter, extra de uſur. Ibi dicit Ioan. Andr. in d.mercuriali in 4.artic. Et ita loquitur cap. per ueſtras, extra de donatione inter uirũ &
9 vxor. † Et aduertendum eſt, quod in cap. per ueſtras fuit contractus licitus, & non vſurarius, quia ſecundum intellectum doctorũ ibi periculum pecuniæ erat cauſa. ita tenet Goffredus in ſumma, & Io. Cald.in cap. nauigãti
10 in 2. q. ext. de vſur. † Ex quibus concluditur nullo modo per ſtatutum poſſe permitti vſuras, & poſſe peti, vbi non petuntur vt intereſſe, vt ſupra probaui, & ponitur ĩ tex. in clem. uni. de uſur. Vnde aduertendum eſt ad ſtatutum an permittat poſſe peti & ſolui quolibet menſe duos denarios pro libra, & non dicit loco intereſſe ergo non valet, igitur, &c.

Andreas de Alferiis de Cortonio legum Doctor.

CONSILIVM LX.

In eadem materia.

SVMMARIVM.

Obligatio minoris facta in minori ætate, & non ſeruata forma data à ſtatuto in omnibus & per omnia, an ſit valida, per totum conſilium.

1 *Mens & forma agendi in qualibet cauſa eſt conſideranda.*

Libelli concluſio ſemper eſt attendenda d. nu.

2 *Solemnitas requiſita in aliquo actu celebrando ſi fuerit ommiſſa, actus eſt nullus, & nu. 4.*

3 *Conſenſus parentum in obligatione minorum, non eſt leuis ſolemnitas, immo eſt bona, magna & ratione munita, ſcilicet, ne minores decipiantur.*

4 *L. 1. C. de ventre inſpici. Loquitur in leui ſolemnitate.*

5 *Solemnitas inducta per legem quantumcumque dura eſt ſeruanda.*

6 *Statutum requirens conſenſum Iudicis, & vnius coniuncti, vnus non ſufficit.*

7 *Limita non habere locum, quando iudici conſtitit minorem non habere aliquem coniunctum, & nu. 9.*

8 *Statutum requirens præſentiam & conſenſum iudicis in obligatione minoris, ſi interuenerit conſenſus ſine præſentia & econtra, obligatio non valet.*

9 *Decretum Iudicis quomodo debeat eſſe formatum in præſtando authoritatem, & conſenſum in obligatione minoris.*

10 *Obligatio naturalis non oritur ex obligatione minoris, non ſeruata in ea forma requiſita in tali actu.*

11 *Obligatio minoris celebrata ſine ſolemnitate requiſita, iuramento non validatur.*

12 *Statuto ſiue legi procedenti prohibitiue renunciari non poteſt.*

Minor non poteſt renunciare ſtatuto, aſſignanti formã ſeruandam in obligatione talium perſonarum, quãdo procedit prohibitiue, dicto nu.

13 *Minor præſumitur eadem facilitate renunciare, qua ſe obligat.*

14 *Aedictum de teſtibus eſt edictum prohibitorium.*

Teſtes admittuntur quando non prohibentur à lege dicto num.

15 *Mater admittitur ad probandum ætatem filij.*

16 *Soror pro fratre admittitur, quia non inuenitur prohibita teſtificari.*

Frater contra fratrem, nec ſoror cogitur teſtificare dicto num.

17 *Aetas veriſimilius ſcitur ex domeſticis & coniunctis, quàm ab alys.*

18 *Domeſtici admittuntur ad teſtificandum ea, quę regulariter non fiunt niſi in domo. Et in alys factis domeſticis.*

19 *Natiuitas & ętas alicui probari per domeſticos, quia in natiuitate filij non interueniunt, niſi conſanguinei, & vna Matrona, quę leuat puerum.*

20 *Probationes non ſunt reſtringendæ, ſed dilatandæ.*

21 *Probationes præſumptiuas accipiuntur, quando vera haberi non poſſunt.*

22 *Scriptura patris probat ætatem filij.*

23 *Scriptura dicitur vox mortua.*

24 *Speculat. & Io. Andre. in §. 1. de teſti. verſ. Itẽ quod eſt parens. & verſ. Sed nunquid frater loquuntur, quando alij teſtes interuenire poſſunt.*

Frater pro fratre poteſt teſtificare ſed ei non adhibetur tanta fides, quanta adhibetur aliis teſtibus. Intellige, quando ſumus in caſu, in quo alii extranei poſſunt interuenire, ſecus ſi aliter probari non poſſet dicto num.

25 *Vicini præſumptiue probant ætatem vicini, & dictum eorum coadiuuat dictum domeſtici.*

26 *Iudex debet applicare animum illis teſtibus, qui ſecundum veritatem melius factum nouerint.*

27 *Maior 24. annorum non dicitur minor.*

28 *Præſumptio tanta & talis inducitur ex dicto Patris Matris Fratris, & ſororis pro filio fratre, vel ſorore, vt tranſeat onus probandi in aduerſarium.*

29 *Reſtitutio in integrum an minor poſſit petere ad effectum retractandi contractum celebratum in minori ętate, ſi per longi temporis ſpatium tacuerit. cum ſeq. & num. 37.*

30 *Quod nullum eſt a principio, tractu temporis non conualeſcit.*

31 *Minor non indiget reſtitutione in integrũ, quando actus eſt nullus: quia ipſo iure eſt tutus. & num ſeq.*

32 *Quando aliquis eſt tutus iure communi, non debet ad ſpeciale beneficium recurrere.*

33 *Quę ſunt Annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.*

34 *Amplia etiam ſine aliqua reſtitutione in integrum petita.*

35 *Lex quando facit aliquid ex ſe, à Iudice petere non debemus.*

36 *Nullitas per quemcunque curſum temporis non conualeſcit.*

37 *L. ſi quando. C. ſi maior factus, quomodo intelligatur, vbi etiam de ratione illius legis.*

38 *Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*

39 *Ius metimur ex perſona agentis.*

40 *Exceptiones Rei examinantur, quando Actor bene agit, & probauit, aliàs ſecus.*

41 *Tutor tenetur reddere rationem.*

Amplia etiam in confideiuſſore. d. num.

42 *Definitiones, quæ competunt, tutori competunt, & ipſi fideiuſſori.*

43 *Mos & intellectus Do. Andreę de Alferiis eſt dare operam veritati.*

44 *Tutor tenetur pecuniam pupillarem deponere pro emptione prędiorum.*

45 *Intellige ſi ad manus tutoris peruenerit tanta pecunia vt poſſit prædium emere.*

46 *Tutor an ſit penes ſe tanta pecunia ad hoc vt poſſit prædium emere, arbitrio boni viri eſt relinquendũ.*

47 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure cõmuni, maxime ne quis indebite grauetur.*

48 *Statutum ciuitatis Aretii ſub rub. de prohibit. alienat. rei. § item teneantur tutores, vbi cauetur, quod tutores debeant emere de pecunia Pupilli bona ſtabilia*

ſta, alias teneantur ſoluere pupillo duos denarios pro libra. Debet intelligi ſecundum ius commune, ſcilicet quæ ei ſupererit à ſolutione æris alieni, & expenſarum neceſſariarum, & vtilium pupilli.

49 *Tutor, quæ bona fide facit ſunt rata habenda.*

50 *Tutor debet ſoluere æs alienum.*

51 *Tutor debet agere in rebus Pupilli, vt in ſuis proprijs rebus.*

52 *Tutor tenetur ad pœnas & vſuras ob non emptionem prędiorum de pecunijs Pupilli, quando eſſent prædia venialia, & tutor potuerit emere, & hoc eſſet articulatum & probatum, aliàs tutor, vt negligens non teneretur ad pœnas & vſuras.*

Negligentia tutoris eſt probanda ad hoc vt tutor conſtituatur in mora, & d. num. 52.

53 *Statutum non poteſt inducere Vſuras, quando petuntur ſimpliciter, vt vſuræ, & non vt intereſſe. cum numeris ſequentibus. & num. 56.*

54 *Pœna, quando imponitur per ſtatutum ſecundum dinumerationem temporis, talis pœna non poteſt peti, quia cenſetur vſura.*

55 *Pœna quando adijcitur per dinumerationem temporis eſt vſura.*

56 *Vſura eſt prohibita à iure diuino, veteri & nouo teſtamento, & etiam à iure ciuili.*

57 *Vſura, quando permittitur, non eſt proprie vſura. ſed intereſſe in recompenſationem damni habiti, vel oneris expenſarum matrimonij.*

Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium, & cap. ſalubriter, extra de vſuris, in quo caſu loquantur.

58 *Cap. per veſtras, extra de donat. loquitur, quando dãnum eſt commune ex pacto, & periculum ſpectat ad vtrumque, ideo ibi talis contractus eſt licitus.*

59 *Vſura ſi petatur vt intereſſe, vel quantum percipere potuiſſet ex prædio empto hodie permitteretur.*

60 *Tutor tenetur reddere rationem pupillo, & pupillus poteſt petere, vt ſibi reddatur.*

61 *Ratio adminiſtrationis per tutorē, qualiter reddi debeat, cum ſeq nu.*

62 *Bona fides eſt tractandi in redditione adminiſtrationis per tutorem pupilli.*

63 *Libro rationi tutoris ſtetur contra pupillum pro reddenda adminiſtratione, maxime quando fides tutoris eſt approbata à teſtatore, & iudice. & nu. 69.*

64 *Executoris dicto ſtatur de expenſis paruis, ſed magnę ſunt probandæ.*

65 *Liber in quo ſunt ſcriptæ expenſæ pupilli probat, niſi arguatur de mendacio, & num. ſeq.*

66 *Ratio ſcrupuloſa in tutoribus nõ exigitur de expenſis factis.*

67 *Expenſæ quædam ſunt, quæ probantur ex euidentia facti, vt alimenta pupillus non viuit de uentre. d. nu.*

68 *Iudicis arbitrio ſunt relinquendæ & conſiderãdæ expenſæ factæ per tutorem, conſiderata quantitate expenſarum, & cauſa propter quam ſunt factæ.*

70 *Nemo præſumitur eſſe immemor ſalutis animæ.*

71 *Libro tutoris creditur, ſi non probatur contrarium.*

72 *Libro rationum defuncti, ſiue rationi ſcriptę à defuncto faciunt fidem pro hærede.*

Intellige ſi defunctus fuit vir probus & bonus. vt ibi d. num.

IN quæſtione vertente inter
Gaſparem procuratorē Ioã-
nis Gori ex una parte agen-
tē, & hęredes Mariotti Aro-
matarij tutorem dicti Ioan-
nis, & Petrum Viue de Are-
tio fideiuſſorem dicti Mariotti ex alia parte.
Et quia vt reperitur in actis ſolus dictus Pe-
trus venit ad ſe defendendum, & cõtra ipſum
appareat vt plurimũ facta fuiſſe acta in dicta
cauſa. Videndum eſt an viſis obligatione fa-
cta per dictum Petrum, & ſtatuto communis
Aretij, & viſis actis & actitatis in dicta cauſa.
Et probationibus hinc inde factis, quæ ſint
partes iudicis in ſententia facienda ſuper pe
titione prædicta per dictum ſer Gaſparē pro-
1 ducta, & toto proceſſu. † Et ad euidentiã præ
mitto, quod in omni cauſa eſt conſideranda
mens & forma agendi, vt notat Innoc. in cap.
ſuper literis de reſcrip. ff. ſi cert. petatur. l. cer-
ti conditio in princ. Et ſemper debet attendi
concluſio libelli. arg. l. Aurelius. §. ſi. Titio. ff.
de liber. lega. Hoc ſic pręmiſſo vidẽdum eſt,
quod meo iudicio principale dubium totius
quęſtionis ſtat in hoc principaliter. An dictus
Petrus ſit obligatus, eo quod dicit ſe fuiſſe mi
norem tempore quo ſe obligauit obſtãte ſta-
a tuto [a] Ciuitatis Aretij, ſub Rub. de oblig. mi
nor. & filiorum. Et in hoc paſſu meo iudicio
ſine longo ſermone dicendum videtur, quod
2 non. † Et probatur ſic, quãdo in aliquo actu
celebrando requiritur aliqua ſolemnitas, illa
b ommiſſa actus eſt nullus. [b] ff. de tranſaction.
l. cum his. §. ſi prætor. ff. de acceptila. l. an inu-
tilis cum ſimil. ff. de auth. tutorum. l. obligari.
3 §. tutor. † Nec enim talis conſenſus eſt leuis
ſolẽnitas, immo magna & bona ratione mu-
nita, ſcilicet, ne minores decipiantur, vt in ſi-
mil. dicit Bar. in l. hac conſultiſſima. C. qui te-
4 ſtam. facere poſ. in 3. q. ibi eſt autem leue. †
Et hoc dixi ne obſtet. l. 1. in fi. ff. de uentre in-
ſpici. quia ibi loquitur de leui ſolemnitate, vt
de ſigno crucis in inuentario ponendo, vt ibi
dicitur per Docto. Sed in caſu noſtro inqui-
ritur ad obligandum minorem præſentia, &
conſenſus iudicis, & conſenſus vnius de con
c iunctis, [c] minoris bonæ famæ & conditionis,
&c. vt patet in dicto ſtatuto, quæ ſolemnitas
d hic non interuenit, ergo obligatio nulla, [d]
arg. de rebus Eccleſi. non alienã. cap. dudum
per Innoc. & inſtit. quibus mo ius patriæ præ
5 ter ſol. §. eadem. † Solemnitas enim inducta
per legem quantumcumque duram eſt ſeruã
da. ut l. proſpexit. ff. qui & à quibus, & pro hoc

l. 1.

l. 1. §. ſi is qui nauem. verſ. in re igitur dubia.
ff. de exercit. cum ergo per dictum ſtatutũ re-
quiratur præſentia & cõſenſus iudicis, & con
ſenſus vnius ex coniunctis minoris, ergo ille
6 erat requirendus. Quia vbi requiruntur duo
conſentientes, non ſufficit vnus, ſcilicet iu-
dex, vt not. in l. 2. C. ſi propter public. penſit.
& C. de fideiuſſ. tutorum. l. 2. quidquid dixerit
gloſ. in l. ſi curatorem. C. de in integrum re-
ſtit. Et ita tenet ibi Cyn. Bar. & Bald. cum ſi-
mus in actu voluntario, ſcilicet in obligatio-
ne dicti Petri. Pendebat enim videlicet an
velit obligari à ſua voluntate, vt notant præ-
dicti doctor. in d. l. ſi curatorem. Pro hoc opti
me. ff. de condit. inſti. l. ſi hæredes plures. Pro
hoc quod notatur in l. in conuentione. C. de
nupti. & per Bar. ff. ſolut. matrim. l. ſi cum do-
7 tem. §. eo autem tempore. † Non enim con-
ſtitit iudici dicto tempore interpoſiti decreti
dicto tutori, dictum Petrum non habere ali-
quem coniunctum, vt erat neceſſe, vt d. §. eo
autem tempore per Bar. & d. l. in coniunctio-
8 ne per Bald. † Immo eſt maior defectus, quia
ſi bene attendantur verba dicti ſtatuti, debet
minor obligari in præſentia, & cum conſen-
ſu iudicis, vt patet in dicto ſtatuto. Et ſic vo-
luit dictum ſtatutum, quod ſufficeret iudicis
præſentia, ſed requirit etiam cõſenſum eius,
ergo ſine eo non valet, pro hoc optime quod
notatur per Ioan. Andr. in cap. pro humani,
extra de homicid. lib. 6. in Nouel. ſi enim ſta-
tutum fuiſſet contentum ſola præſentia non
requiſiuiſſet conſenſum. Et ſic hoc in noſtro
caſu ſi aduertatur, uerba Iudicis poſita in cõ-
9 tractu dictę tutelæ decreti. † Qui dominus Iu
dex uiſis prædictis ſolemniter actis & factis
per d. Mariottum &c. Attende quia dicit per
dictum Mariottum, non autem dicit per di-
ctum Petrum, & ſic nihil conſenſit dicto Pe-
tro, & ſequitur. Quibus omnibus ſic peractis
d. Dominus Iudex, ut ſupra pro tribunali ſe-
dens auctoritatem ſuam & dicti communis
c Aretij interpoſuit & decretum. [c] Ex quibus
clare patet, quod ſuum conſenſum non præ-
ſtitit dicto Piero nec ſuppleuit defectus non
eſſentis & coniuncti dicti Pieri, quod facere
potuiſſet, ſi habita diligenti inquiſitione nõ
reperiſſet aliquem coniunctum, & de hoc fe
ciſſet mentionem ſecundum notata per Bar.
in d. l. ſi curatorem. arg. l. bonorũ. C. qui ad-
mit. ad bono. poſſ. & l. ſi infanti. C. de iure de-
liber. Ergo dicta obligatio ſiue promiſſio fa
cta non ſeruata forma per ſtatutum adhibita
eſt nulla. vt l. antiquæ. C. ad Vellejan. l. quem-
admodum. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. Et
hoc expreſſe tenet Bart. in terminis noſtris;
10 in l. cum lex. ff. de fideiuſ. † Adeo quod non
oritur ex tali obligatione etiam obligatio
naturalis, vt ibi in prima quæſtione, ibi, ſed
iuxta prædicta quęro, quid ſi ſtatutum dicit,
quod mulier vel minor &c. & ff. de nouat. l. 1.
circa fi. & ibi. Ideo dico, quod ſi de forma ſta-
11 tuti, &c. † Adeo hoc eſt uerum, quod ſecun-
dum Bar. in l. ſi quis pro eo in princ. ff. de fide-
f iuſ. dicta obligatio non validatur iuramẽto, [f]
ita tenet ibi in tertia quæſtione, ſecũdæ quę-
ſtionis principalis: & in auth. ſacramenta pu-
berum. C. ſi aduerſ. vendit. per Bart. quòd hic
examinare non expedit, quia non inuenio
12 dictũ Pierum in dicta obligatione iuraſſe. †
Nec obſtat renunciatio facta per eum, quia
dictę legi ſiue ſtatuto procedenti prohibitiue
non poteſt renunciari. ut not. in rub. C. ne fi-
13 deiuſſ. doti. datur. & l. 2. C. eodem tit. † Quia
eadem facilitate qua ſe obligat, eadem facili-
tate renunciat. ut not. in l. ſi iudex. ff. de mi-
nor. & clarius in l. fin. §. item quæſiit. ff. de cõ-
di. indebit. & in l. doli mali. §. diuerſum. ff. de
reuocat. & not. in l. is qui cũ aliter. ff. de uer.
oblig. & l. nemo. poteſt. ff. de leg. 1. per Barto.
Ex quibus clare patet, quod cum in dicta obli
gatione dicti Pieri non fuerit ſeruata forma
tradita à dicto ſtatuto ciuitatis Aretij, quod
dicta obligatio eſt penitus nulla. Et dictus Pie
rus non fuit nec eſt ciuiliter, nec naturaliter
obligatus, pro hoc optime, quod notatur. C.
de legib. l. non dubium, in penult. q. p Bal.

Supereſt vt videamus: An pro parte dicti
Pieri ſit probata ætas ſua, ſcilicet quod ipſe
fuerit minor 25. annis tempore contractæ di
ctæ obligationis. Et hic vt non teneam diem
14 in ſermone. † Dico quod cum teſtium edictũ
g ſit prohibitorium, [g] vt l. 1. in princ. ff. de teſti-
bus, qui non prohibentur admittuntur ad te-
15 ſtificandũ, vt ibi not. † Et quia ad probandũ
ætatẽ filij, ẽt mater admittitur, vt l. etiã. ff. de
proba. & Specul. de teſte. §. 1. uerſ. Item quod
eſt parẽs. Bar. in l. qui teſtõ. §. 1. in 5. quęſtio. ff.
h de teſtam. Et in conſilio mihi in ordine 125. [h]
quod incipit, in quęſtione vertente inter di-
ctum Simonem de Peruſio &c. Allegat inter
16 cętera. 3. q. 3. teſtis idoneus. † Sed nos ſumus
in ſorore, non autẽ in matre, & nõ eſt dubiũ,
quod cum ſoror non inueniatur prohibita,
quod debet admitti. argumẽ. eius quod ſupra
proxime præmiſi. Quia non cogitur frater
ſiue ſoror contra ſororem, tamen pro fratre
i admittitũ, [i] vt not. ff. de teſti. l. lege Iulia. & ibi p
gloſ.

gloſ. & ff. de teſtam. l. qui teſtamento. §. 1. per
Bart. & in Specul. de teſte. §. 1. uerſ. Sed nun-
17 quid frater. & Bald. C. de teſti. l. parentes. †
Vbi expreſſe tenet in caſu noſtro, quia iſtud
l veriſimiliter ſcitur ex coniunctis, [l] & dome-
ſticis, quam ab aliis. l. de tutela. & l. ſi minorē.
18 C. de in integ. reſtitu. † Nam in factis dome-
ſticis, quę regulariter non fiūt niſi in domo
m admittuntur domeſtici [m] ad teſtificandum. l.
conſenſu. C. de repud. & l. de ſubmerſis. C. de
19 naufragiis. lib. 10. † Alias enim quomodo
poſſent ſciri quæ in domo fiunt præcipue in
partu, in quo vt plurimum non interueniūt
niſi conſanguinei, & attinentes, vt videmus
quotidie fieri, & aliquando aliqua matrona,
quæ leuat puerum vel partum. Nam ſi dice-
remus, quod tales perſonæ repellerentur ra-
tione parentelæ, vel domeſticitatis, ſequere-
tur quod non poſſet probari ætas, ſiue natiui
tas alicuius. Quia extranei non interſunt, &
conſanguinei & domeſtici repelluntur, &
20 fieret contra legem. † Quia probationes nō
ſunt reſtringendæ, ſed dilatandæ, ut l. quo-
21 niam. C. de hæretic. † Nam ubi non poſſunt
haberi probationes clare accipimus præſum
ptiuas. l. filium. ff. de iis qui ſunt ſui, vel alien.
iur. Et quod ibi notatur, & C. de nupt. l. ſi vi-
cinus. Cum ergo vt ſæpius eſt dictum iſta cō-
muniter fiunt in domo, & ſolum illi de do-
mo hæc ſciunt, ergo ipſi admittuntur, ut d. l.
22 conſenſum. † Pro hoc optime quod notabi-
liter determinat Nicolaus de Matarellis, qđ
per ſcripturam patris probatur ætas filij, vt
23 refert Bald. C. de probat. l. neque natales. †
Si ergo uox mortua patris ſcilicet ſcriptura
24 admittitur, quare & non uox viua ſororis. †
Non obſtat, quod dicit Ioan. And. in d. §. 1.
de teſte. uerſ. Item quod eſt parens, & in Spe
cul. in d. uerſ. ſed nunquid frater. Vbi dicit
quod minor tamen fides, ei adhibetur quam
n aliis, [n] quia loquitur in caſibus, in quibus poſ
ſunt interuenire alij extranei. Sed in caſu no
ſtro iſta Domina Catherina ſoror dicti Petri
habet conteſtem de loco tempore & præſen
tibus, ſcilicet dominam Ioannam de Guaſco
25 nibus. Et ſic nulla eſt ſingularis. † Prgterea
ſunt alię teſtes quæ præſumptiuæ probant
iuxta not. in l. ſi uicinis, præallegata, & ple-
26 ne in l. de ętate. ff. de minoribus. † Cum
o enim iudex, [o] qui debet ſecundum veritatem
animum ſuum applicare illis teſtibus, qui
melius factum nouerint. vt l. 3. §. eiuſdem, &
l. ob carnem. ff. de teſti. nulli dubium, quod
adhęrendum iis quæ communiter accidunt.
Debet concludere optime dictum Petrum
ſuam ætatem probaſſe. Et cum nihil ſit pro-
batum, quod dictos teſtes habeat repellere,
ſcilicet cohabitatio, vel Patria poteſtas. Im-
mo apparet potius contrarium. In omnibus
concludendum eſt eſſe probatum, referen-
do tempus, quo natus eſt dictus Petrus ſcili-
cet in anno M. ccc lxxiiii. demen-
ſe Ianuarij ad tempus, quo d. Petrus ſe obli-
gauit, ſcilicet ad annos Dom. M.cccxcviii.
de menſe Iunij dictum Petrum tempore quo
ſe obligauit fuiſſe ætatis vigintiquatuor an-
norum & ſex menſium. Et ſic minorem ui-
gintiquinque annis. Et ſic obſtante dicto
ſtatuto nō eſſet obligatum nec ciuiliter nec
27 naturaliter, vt ſupra eſt probatum. † Licet
non ſit minor. vt l. 3. §. ſcio. ff. de minor. & l.
minoribus. C. de iis quibus vt iudi. & l. 2. C.
ſi aduer. delictum. Et C. de in integrum re-
28 ſtitutio. & l. ſi minorem. † Pręcipue ſunt
hęc uera cum per Aduerſarium non ſit proba
tum illum fuiſſe maiorem, quia vt notabili-
ter dicit Bald. tanta pręſumptio inducitur ex
teſtimonio matris, fratris & ſororis, qđ tranſ-
fert onus probandi contrarium in aduerſa-
rium, vt notabil. dicit Bald. in d. l. neque na-
tales, pro hoc quod notatur in l. ſiue poſſide-
tis. C. de probatio. Et ſic ex prędictis vt ſupra
concluditur dictum Petrum non eſſe aliqua-
tenus obligatum.

29 Supereſt † uidere, quia dictus Petrus ta-
p cuit tanto tempore [p] & non petit reſtitutio-
nem in integrum. Videtur quodanimodo,
quod non poſſit retractare. argumento C. ſi
maior factus. C. de temp. in integrum reſtitu
tio. l. ſuperuacuam. Huic breuiter reſpōdeo,
30 quod ſibi non obſtat. † Primo quia quod nul
lum eſt tractu temporis non confirmatur, vt
in cap. non firmatur, & in cap. quæ contra
ius fiunt, extra de reg. iur. lib. 6. & ff. eodem
31 l. quæ ab initio. † Non obſtat l. in cauſę. ff. de
minor. & l. ſuperuacuam. cum ſimil. quia
aut actus eſt nullus. Et tunc quia minor eſt
tutus ipſo iure non indiget reſtitutione in
32 integrum, & d. l. in cauſæ. † Cum enim ſit tu-
tus iure communi non debet ad ſpeciale be-
neficium recurrere, vt ibi pro hoc l. unica. C.
de theſaur. lib. 10. & l. 1. in fin. ff. ad municip.
& notatur plene in l. in prouinciali. ff. de no
33 ui ope. nunc. † Prgterea vt dicimus quę anna
q lia ſunt ad agendum ſunt perpetua [q] ad ex-
34 cipiendum, vt l. pure in fi. ff. de doli except. †

Etiam

Etiam ſine aliqua reſtitutione in integrum
petita, ut nota. in cap. cum venerabilis, extra
de exception. & in l. nam poſtea. §. ſi minor.
ff. de iure iurãd. & in l. licet. C. de exception.
& in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. &
quod not. in l. Diuus. ff. de re iudi. per Bart. &
in l. qui agnitis. ff. de exceptionibus. Et in ſpe
culat. de ſenten: probat. §. quoniam. verſ. &
35 not. ſecundũ canones. † Cum enim lex hoc
faciat non eſt opus hoc petere à iudice, vt l.
36 quæ ſub conditione. ff. de conditio. inſtitut. †
Nullitas enim per quemcunque curſum tem
poris non conualeſcit. l. ſi expreſſim. ff. de Ap
37 pellationibus. † Nec obſtat l. ſi quando. C. &
ſi maior fact. alienat. &c. Nã vt ibi refert Cyn.
Iacobus de Aretio intelligit illã legem, quan
do in alienatione non deficiebat niſi decre-
tum. Sed venditio erat facta vere cauſa alie-
nãdi & authoritate tutoris vel curatoris. Sed
ubi venditio eſt facta ſine tutore, vel non ve-
ra cauſa, tunc illa lex non habet locum. Et ra
tio eſt, licet ipſe non dicat, quia in dicto caſu
r Talis minor obligatur ſaltem naturaliter, [r]
vt not. in l. pupillus. ff. de reg. iur. & plene in
l. 1. in fin. ff. de nouat. per Bar. At in caſu no-
ſtro nullo modo dictus Petrus eſt obligatus
ciuiliter nec naturaliter, ergo per tractum tẽ-
poris iſta obligatio non conualeſcit, quia nul
la eſt & deficit materia præexiſtens, nam de
38 nouo non oritur conſenſus. † Quia tempus
non eſt modus tollendæ vel inducendæ obli
ſ gationis, [ſ] vt. ff. de action. & oblig. l. obligatio
num fere. §. plane. Vnde enim poſſumus di-
cere iſtam obligationem naſci. Nam à princi
pio, vt eſt probatum, nulla obligatio fuit na-
ta, vt ſupra probaui. Ex curſu temporis, vt di-
xi, non naſcitur. Sed vt ſatisfaciam vlterius
videamus. Sed poſito, quod iſte Petrus eſſet
obligatus. Videamus quæ ſunt partes Iudicis.
Et hic aduertendum eſt, quia forma, qua iſte
Ioannes, ſiue eius procurator agit, vt patet in
concluſione, tam de iure communi quam for
ma ſtatutorum Aretij. Videamus an dictus
39 Procurator probauerit ſuam intentionem. †
Quia, vt dicit tex. in l. 1. in fin. Si pars hæred.
40 petatur, ex perſona agentis ius metimur. †
Quia ſi ipſe bene agit & probat, examinan-
tur exceptiones rei, aliàs non eſt opus, vt l.
41 qui accuſare. C. de eden. Et hoc eſt clarum. †
Quod ſicut tutor tenetur reddere rationem,
42 ita & confideiuſſor. † Et omnes defenſiones
competentes tutori, competunt ipſi fideiuſ-
ſori. l. ſi cum fideiuſſoribus. ff. de fideiuſſo. tu-
43 tor. † Et quia meo more prout mihi intelle-
44 ctus ſufficit eſt dare operam veritati. † Dico
quod de iure communi tutor tenetur pecu-
niam pupillarem deponere ad emptionem
prædiorũ. vt l. 3. §. imputabitur. ff. de adminiſt.
45 tut. † Hoc eſt uerum ſi ad manus dicti tutoris
peruenerit tanta pecunia, quod poterat præ-
dium emere, vt l. ita autem, in prin. eod. titu.
Non enim ſi haberet decem ſolidos deberet
46 cogi emere vnum ceſpitem terræ. † Iſta enim
ſunt intelligenda, & arbitranda arbitrio boni
viri, non autem ſunt ſubtilizanda Iudaice, vt
ſic loquar. Et hoc optime tenuit glo. in auth.
vt iis qui ſe ob reſt. §. fin. uerſ. ſi uero habeat
redditus in gloſ. reponat. Ita quod ſi bene
aduertimus dictũ ſtatutũ ciuitatis Aretij, ſub
rub. de alienan. rei pupilla. &c. cõcordet cũ
iure cõi, niſi in eo, quod inducit aliàs uſu-
ras in tutore non conuertente pecuniam pu
pillarem in emptionem prædiorum ad vtili-
tatem pupilli, quam eſſent ordinatæ per ius
ciuile. ut. ff. de adminiſt. tutor. l. tutor. qui re-
pertorium. §. ſi poſt &. §. qui autem eum ibi
not. Nũc uideamus, ſi eſt probatum aliquid,
quod ſufficiat ad condemnationem dicti tuto
47 ris. † Et ſine dubio dicendum eſt, quod non.
Nam vt eſt vulgaris doctrina Bartoli ſtatuta
t recipiunt interpretationem [t] paſſiuam à iure
cõmuni, vt plene notatur per Bar. in l. omnes
populi. ff. de iuſt. & iure. & ad leg. falcid. l. 1. §.
lex falcidia. Præcipue ne quis indebite grau e
48 tur. vt. ff. de noxal. l. ſi ſecundum cum ſimil. †
Modo ad propoſitum. Illud ſtatutum ſub ru-
bri. de prohibit. alienationem, &c. §. item te-
neantur tutores totam pecuniã &c. debet in-
u telligi ſecundum ius cõmune [u] ſcilicet quæ
eis ſupererit à ſolutione æris alieni, & expen
ſarum neceſſariarũ, & vtilium pupillo. Quæ
x enim bona fide fiunt a tutore [x] ſunt rata habẽ
50 da. ff. adminiſtr. tut. l. cum plures. §. fi. † Debet
enim ſoluere æs alienum. l. quotiens. eod. tit.
51 & l. tutor qui. §. reſiduum. † Debet enim tu-
tor agere in rebus pupilli, ut in rebus ſuis, vt
not. in d. auth. vt ij qui obli. ſe hab. §. fin. Quis
enim eſſet ita fatuus, qui diceret quod debe-
ret prædia emere, & non liberare pupillum
52 ab ære alieno, & dimittere neceſſaria. † Et per
hoc dico, quod cum non appareat in libello
narratũ, quod tutor potuerit emere, ſcilicet,
quod eſſent, nec etiam probatum apparet, qđ
non eſt probata negligentia dicti tutoris, vt
clare dicit Bar. in d. l. tutor qui. §. ſi poſt depo-
ſitionem, argumento. l. idem. ff. pro ſocio.
Et per hoc, qđ ipſe notat in l. ſi ab hoſtibus.
§. 1. ff. ſol. matri. & ff. de uerb. obli. l. ſi ſeruũ in
princ.

princi.per eundem. Cum ergo hic non appa-
y reat probatum,[y] licet fuerit ultimo loco arti-
culatum, quod eſſent prędia venalia, & quod
ipſe tutor emere potuit, patet, quod non pro
batur ipſum fuiſſe in mora, atque negligētia,
z vt ſup. probatur, ergo nullæ vſuræ [z] debētur,
nec aliqua pœna, quia tunc demum tenetur
ad vſuras, ſiue ad pęnā quando arguitur negli
gētia tutoris, vt d.l.tutor.§.vſurę. Non ſtatim,
vt d.§. ſi poſt depoſitionem, ibi Neglexerūt,
&c. & l.cum plures. §.fin.eod.titu.& d.§. fin.
in auth. ij qui ſe obli. Cum ergo vt dixi nō ſit
in petitione narratum, nec etiam probatum
aliquid propter quod arguatur negligētia di-
cti tutoris. Patet quod pœna à iure commu-
ni, nec etiam à ſtatuto impoſita habent locū.
Et dictus tutor non tenetur ad eam per nota-
ta in dictis iuribus. Et iſtud eſt luce meridiana
53 clarior. † Quid vltra? Ego dico qđ dictū ſtatu
tum non valet, quia induceret vſuram, quod
per ſtatutum fieri non poteſt, quando petun-
tur ſimpliciter, non vt intereſſe, vt not. Bart.
in d.l. tutor qui.§. fin.& per Bald.C.de uſur.l.
54 vſuras, & l.cum allegas, eod.tit.in fin. † Vbi
clare dicit, quod quādo pœna imponitur per
ſtatutum ſecūdum dinumerationem tempo-
a ris talis pœna [a] non poteſt peti, quia cenſetur
55 vſura, vt ipſe ibi dicit. † Nam quando pœna
adiicitur per dinumerationem temporis eſt
vſura, vt not. in l.cum ſtipulati ſumus. ff. de
uerb.oblig.per Iacob.de Aretio, & Bartol.&
extra de pœnis.cap.ſuam. Pro hoc quod no-
tatur in l.3. ff.de annuis legatis per Bart.& in
l.fin.ff. de his quæ pen.nomi. Sed in caſu no-
ſtro eſt plus, quia apponitur per dinumera-
tionem temporis & quantitatis, ſcilicet ad ra-
tionem duorum denariorum pro qualibet li
b bra.[b] Et quolibet menſe. Et ſic ſine dubio eſt
c cenſenda vſura [c] † quæ omnino eſt prohibita
56 à iure diuino, veteri & nouo teſtamento, ac
etiā iure ciuili, vt not.in l.1.C.de ſumma tri-
nit. Et C. de vſur.auth. ad hæc. & ut dixi per
d ſtatutum non poſſet [d] permitti. Pro hoc opti-
me determinat Ioan.Andr. in cap. peccatum
57 de regu.iur.in 6.in mercurialibus. † Nec ob-
ſtat, quod not.Bal.C.de iure dotium.l.ubi ad-
huc, quia quando vſura permittitur: non eſt
proprie vſura, ſed intereſſe in recompenſatio
nem damni recepti, vel oneris expenſarum
e matrimonij,[e] ut in cap. ſalubriter, extra de
vſur.& ita dicit Ioan.And.in dicta Mercuriā-
li uerſ. quarto quæritur, in fin. Pro hoc opti-
58 me in cap.1.de vſur.in clem. de vſur. † Nec
obſtat prædictis cap. per veſtras extra de do-

nat. inter vir.& vxor. quia vt refert Io.Caldē
rinus in cap.nauiganti.extra de vſur.verſ.Pri-
mo ergo quæro de ratione tenet quod ibi dā-
num erat commune ex pacto, & ſic periculū
ſpectabat ad vtrumque, ideo ille contractus
f eſt licitus.[f] concludamus ergo, quod vſura vt
vſura lucratiua per ſtatutum non poteſt per-
59 mitti. † In tanto dixit Bart. in d.l.tutor. §.fin.
quod ſi peteret vt intereſſe, vel quantum per-
g cepiſſet ex fructibus ex prędio empto[g] poſſet
hodie peti, pro hoc l.curabit.C.de actio.emp.
& l.ſocium qui in eo.ff.pro ſocio cum ſimili-
bus, quod hic non eſt. Nam ſtatutum ſimpli-
citer dicit, quod non, ſi non fecerit teneatur
reddere pro illo ad rationem duorum dena-
riorum pro libra, & pro quolibet menſe &c.
Et ſic eſt ſimpliciter uſura lucratiua. Nec iſte
in petitione petit ut intereſſe aliquo modo:
ergo patet qđ iſte Petrus fideiuſſor ad dictā
pœnam ſiue vſuram nullo modo tenetur.
60 Vltimo † loco videndum eſt, quia petiit
ſibi rationem reddi, & hoc eſt ueridicum, vt
d.l.cum fideiuſſoribus, & not.in l.1.ff.de edē.
in princi.magnæ gloſ.cum multis ſimilibus.
Et l. actus.ff.de admini. tut.& in l.1.§. officio.
61 ff.de tutel. & ratione diſtrahē. † Sed uidēdum
eſt qualiter iſta ratio reddi debeat, & hic eſt
62 attendendum, vt dixi. † Quia hoc debet tra-
ctari bona fide, vt l. cum in plures.§.fin.in l.
ſeq. ff.de adminiſt.tutorum. Et per teſtes in-
ductos ſit probatum plene dictum Mariottū
fuiſſe bonum & legalem mercatorē, & eius
ſcripturis adhiberi plenaria fides in iudicio &
extra tempore eius uitæ. Et quod liber dicta-
rum rationum productus per dictum Petrū
fuit & eſt ſcriptus manu propria dicti Mariot
ti, vt patet per teſtes productos per dictū Pe-
trum, qui optime probat dictum librum ſcri-
ptum manu dicti Mariotti. Et quod eius ſcri-
63 pturis adhibetur plena fides. † Ergo huic li-
i bro tanquā ſcripto ab illo, cuius fides eſt ap-
probata à teſtatore & à Iudice, qui cum decre
uerit tutelam, debet credi, quod ſcripturæ tu-
toris ſtetur contra pupillum, vt l.huius.§.tu-
tor. ff. de adminiſt.tutorum, & ff.de tutor. &
ratione diſt.l.1.§.officio.ubi eſt text. Ad quid
enim conficere librum rationum, ſi ei nō cre
detetur. Pro hoc optime.ff.de neg.geſt.l.ne-
ſcimus. Et hoc tenet Speculator in tit.de in-
ſtrum.edit.§.num vero aliqua uerſ.20.qui in-
64 cipit. Quid ſi executor habuit iā legatū. † Ex-
penſæ paruæ ſtatur dicto executoris, ſed ma-
gnæ probentur, vt enim ibi dicit Ioan.Andr.
in addit.eſt nimis rigoroſum ſingulas expen-
ſas

ſas & minutias probari per ſcripturas ſiue per
teſtes. Vnde ſtatur eius dicto, & clarius hoc
firmat in. §. nunc vero aliqua. verſ.48. qui in-
65 cipit. Quid ſi dictum vbi expreſſe tenet. †
Quod ex eo, quòd ſunt ſcripta in libro, quod
ei ſtatur, niſi arguatur de mendacio. Pro hoc,
quod notat Cyn. C. de Epiſcopis & Cleri-
cis. l. id quod in 8. quæſtione, & Bal. ibi in pe- [a]
nultima quæſtione, & in l. nulli. ibi ex præ
dictis ſequitur determinatio: ſufficit enim, [b]
quod in libro ſcribatur quantitas expenſæ &
66 cauſa. † Scrupuloſa enim ratio ab eis non
exigitur, vt not. in d. l. cum plures. §. 1. cum [c]
67 ſimil. † Adeo ſunt hęc vera, quia ſunt quędam
expenſæ, quę ex euidentia facti probantur,
vt alimenta pupilli, quia non viuit de vento. [d]
vt l. 2. C. de alien. pupil. præſt. & ędificent. ut
l. cum ſeruus. ff. de uerbor. obliga. Et quod ibi
per Bartol. l. ius alimentorum. ff. ubi pupill. [e]
educa. debeat cum ſimil. l. Diuus. ff. ſi cui plus
per legem Falcid. per Bartol. & l. fin. §. in cō-
68 putatione. C. de iure delib. & hoc tenet Bal. †
Scilicet quod certa doctrina dari non poteſt. [f]
Sed hæc arbitrio Iudicis ſunt conſideranda,
conſiderata qualitate expenſarum, & cauſa,
quare eſt facta, vt ipſe not. dicit de fide inſtru
men. ſuper rub. verſ. ſequitur videre de ſcri-
pturis quorundam officialium, &c. Pro hoc
optime gloſſ. in l. Titio fundum. ff. de condit.
& demonſtr. & l. tres tutores. §. fin. ibi. Sed ex
69 perſona, & ibi gloſ. ff. de adminiſt. tutorum. † [g]
Ex quibus omnibus patet concludere, quod
perſona dicti Mariotti fuit approbata à teſta-
tore, & à Iudice, qui ei decreuit tutelā, & per
teſtes, vt probant ipſum fuiſſe bonum & le-
galem mercatorem. Præcipue cum ſit mor-
tuus, vbi omnis ſuſpicio ceſſat, & ex uirtute
70 iuramenti per eum præſtiti. † Et ſic non de-
bet præſumi fuiſſe immemorem ſalutis ęter- [h]
næ. vt l. fin. C. ad leg. Iul. repetun. Quod di-
cto libro tamquam vero debet credi, ſi non [i]
probatur contrarium, vt not. Ioann. Andr. &
Specul. in d. uerſ. 20. qui incipit. Quid ſi exe
71 cutor. & verſ. 48. † Pro hoc quod notatur per
Innocen. in cap. 2. extra de fide inſtrumen. & [x]
Bartol. de donat. l. nuda. & ff. de iure iuran. l.
admonendi, uerſ. circa ſecundum, ſcilicet
circa librum rationum, vbi clare tenet, quod
rationes ſcriptę à perſona defuncta faciunt
[h] fidem pro hęrede, [h] ſi defunctus fuerit bonus
homo. Et hoc meo iudicio quilibet iudex [l]
debet arbitrari, vt dictæ rationes videātur bo
na fide, non cauilloſe examinētur expenſæ, [m]
ſecundum veriſimile, ſi aliter veritas haberi
non poteſt.

Andreas de Alferiis de Corton. legum Doctor.

ANNOTATIONES.

a *Statuto.* Limita d. ſtatutum ciuitatis Aretij, vt per Socci. in tracta. fallen. reg. 261.

b *Nullus.* Socci. in ſuptadicta reg. 261. minor. dixi infra in mea allegatione quarta. nume. 1. & per totum.

c *Coniunctis.* Et debet eſſe de proximioribus, alias contractus, eſt nullus ita ſing. dicit Hippoly. de Marſi. ſing. 678. ſiunt paſſim Franc. Mar. q. deſ. 328. nu. 4.

d *Nulla.* Plotus in l. ſi quando nu. 267. C. vnde ni. dixi late in meo libro regeſtorum in litera S. ante T. in ver. ſtatutum requirens ſolemnitatem.

e *Decretum.* Decretum iudicis interpoſitū ſine cauſæ cognitione eſt nullum. Caſel. col. in memoral. in ver. decretū il 4. Petrus Duenas lib. 1. reg. vtriusq; iuris. reg. 186. decretum interpoſitum. Petrus Benintende in deciſ. Bonon. deciſ. 2. nu. 1.

f *Iuramento.* Quia fuit interpoſitum ſuper actu inualido. Dida. Couar. lib. 1. variarum. reſolut. cap. 7. col. 2. nu. 5. Socci. in l. 1. nume. 98. ff. ſolut. matri. Iaſ. in l. nemo poteſt nu. 44. de leg. 1. Nicol. Bello conſ. 4. nu. 6. & conſ. 48. nu. 4. Hippol. de Marſil. ſing. 700. quamuis. Marant. de ordi. Iudi. in 3. par. princip. nu. 56. Couar. in 2. par. Relect. ca. quamuis. §. 1. de pact. in 6. Benintén. Deciſ. Bono. deciſ. 47.

g *Prohibitorium.* Stephanus Bert. conſ. 212. nu. 9. l. 1. ſecundę impreſſionis. Socci. iun. conſ. 381. nume. 8. lib. 2. Alci. de præſumptio. reg. 1. pręſump. 23. num. 1. de communi. Socci. iun. conſ. 29. nume. 12. volu. 2. plura congerit. Petrus Duen. lib. 1. reg. utr. iur. reg. 382. Frater pro fratre in quibus locis habetur, quod admittatur. Contra fratrem vero non cogitur Duen. dicto loco regu. 383. inf. in litera I.

h *In ordine 125.* Eſt in lib. 1. conſ. 92. eodem modo incipiente.

i *Admittitur.* Supra in litera g. Quid in cauſis criminalibus. Alex. conſ. 70. num. 6. lib. 1. Deci. conſil. 342. nu. 1. Granet. conſ. 6. num. 62. Etian ſit teſtis omni exceptione maior Duarē. lib. 1. diſput. an. cap. 28.

x *Ex coniunctis.* Quia coniuncti & vicini præſumū tur ſcire facta coniun. & uicini. Docto. in gloſ. 5. in l. 1. ff. ſi cert. petatur. Limita ut per Alexan. in l. is poteſt nu. 13. ff. de acqui. hæred. Socci. in trac. fallen. regu. 71. Petrus Duenas lib. 1. regu. utr. iur. regu. 125.

l *Domeſtici.* Maxime quando ſunt honeſtæ vitæ. Innoc. in cap. literis extra de teſti. Bald. in l. 2. C. de teſti. Rom. conſi. 420. præpoſita quęſtio. col. 2.

m *Alijs.* Supra in litera i. Duaren. lib. 1. diſput. anni. cap. 28.

Iudex.

o *Index*. Quia in Iudicis arbitrio eſt, quanta fides ſit teſtibus adhibenda. Alci. in tract. de præſumptio. reg. 23. nu. 6.

p *Tempore*. Curt. Iunio. conſ. 110. l. 2. Deci. conſ. 36. nu. 1. & conſ. 42. in fin. Nicol. Bello. conſ. 18. nume 12. plura per Hieronymum Cagno. in l. 2. nume. 13. 44. & 46. C. de reſcin. uendi. cap. deciſ. 9. dixi late in meo libro legum fforum, ſub n. 1030.

q *Perpetua*. Et nulla tẽporis præſcriptione tollitur. Bar. in l. pignori. ff. de uſucap. Didac. Couar. lib. 1. nariar. reſol. cap. 9. nu. 5. & 8. Andreas Tiraq. in lib. 1. de vtroque retract. §. 1. gloſ. 2. nu. 29.

r *Naturaliter*. Cõtra d. l. pupillus. ff. de act. & obli. & l. quod pupillus. ff. de condit. indebi. ſolue, ut per Coraſ. l. 6. miſcel. cap. 22.

ſ *Obligationis*. Coraſ. lib. 3. miſcel. cap. 15. nu. 5.

t *Interpretationem paſſiuam*. Late Albert. de Gand. in tract. malefic. in rubr. de obſeru. ſtat. colum. 2. & dixi infra in meo conſilio ſecundo, num. 40. & ſequen.

u *Ius commune*. d. conſ. meo 2. nu. 4. & dixi ad l. 2. C. de noxal. nu. 42. & 350.

x *Tutores*. Si pupillus fuerit nobilis tutor poterit aliquid donare. Alex. in l. pactum curatoris, nume. 3. C. de pactis. Fely. in conſ. 16. nu. 13. Andr. Tiraq. in tract. de nobili. cap. 37. nu. 13. Arius Pinel. in 3. par. l. 1. C. de bonis mater. nu. 57.

y *Probatum*. Erat neceſſe probare quod erant prędia venalia adhoc, vt poſſet conſtitui in mora. Deci. conſ. 178. colum. fin. Aretin. conſ. 31. Plot. in l. ſi quando, uerſ. 468. in fi. unde ui.

z *Uſurę debentur*. Quia uſurę non currunt ubi nulla eſt mora. Nicol. Bello. in conſ. 23. nu. 12. recurre ad eos, qui tract. vſurarios conſcripſerunt.

a *Pœna*. Et quod pœna de iure canonico poſſit peti videas Corn. conſ. 28. in fin. & conſ. 69. in fi. l. 2. & conſ. 2. lib. 3. Tamen ſolum pro rata ſoluitur. Ioannes Crotus in l. 4. §. Caio in 1. lectura. ff. de uerbor. oblig. ubi Iaſon ibi. col. 26. Gallia col. conſ. 24.

b *Libra*. Corrad. in ſum. tract. de contractibus fol. 75. Francus, in cap. 1. de ętata. & qualit. ordin. in 6. Alex. conſ. 17. nu. 4. Corn. conſ. 23. lib. 2. Alciat. de uerb. ſigni. lib. 2.

c *Uſura*. Late, uideas Couar. lib. 3. reſolu. cap. 1. nume. 4. & 5. Marant. de ord. iuri. iniuſt. 6. par. in uer. . . . nu. 108.

d *Non poſſet*. Nec etiam in uno nummo, & eſt communis, vt per Viuium in tract. com. opi. in 2. par. opin. 73. conſuetudo.

e *Matrimonij*. Bar. in l. at qui natur. §. non tantum. ff. de neg. geſt. Bald. in l. pro oneribus. C. de iure doti. quia talis vſura petitur ex cauſa oneroſa. l. fin. ff. de doli excep. de communi. Alex. conſ. 63. nu. 3. & 4. lib. 4. & iſtæ uſuræ non debentur niſi à die moræ. Bello. conſ. 23. nu. 5. ſupra conſ. 35. nume. 6. & 7. in litera B. & C.

f *Licitus*. Panor. in d. cap. per veſtras. Paul. de Caſtro, conſ. 55. l. 2. Petrus de Ancar. in repe. in cap. peccatum, colum. 2. de reg. iur. in 6. Lud. Roma. cõſ. 238. & conſ. 500. & omnes conueniunt, quãdocunque quis partem lucri & damni ſentit, ut in Addit. ad Alex. conſ. 80. l. 3. Sed capitali ſemper ſaluo communiter reprobatur. Laur. de Rodul. cap. conſuluit in 2. par. q. 19. de uſur. Ant. par. 2. tit. 1. cap. 7. §. 35. & 37. Dec. conſ. 116. num. 5. Corrad. de contract. q. 94. Hoſtien. in ſumma de vſur. quod ſi periculum. Ioan. de Lignaio in cap. fin. de vſur.

g *Predio empto*. Soccin. conſ. 139. lib. 1. & conſ. 88. lib. 4. Par. conſ. 75. Didac. Couar. l. 3. uar. reſolu. cap. 4. per totum. Duen. lib. 1. reg. vtr. iur. regu. 244. emptor qui.

h *Pro hærede*. Bart. in d. l. admonendi, num. 27. ubi Franc. Rip. num. 123. Nico. Boer. deciſ. 105. Bertran. conſ. 86. nu. 6. l. 2. Folle. in addi. ad prac Rober. Maran. de ord. iudi. in 6. par. prin. in 6. actu. 2. par. nu. 30.

L v d. A l f.

CONSILIVM LXI.

SVMMARIVM.

1 *Licentia data à prædeceſſore, an expiret finito officio ipſius.*

Mandatum datum executori non expirat morte mandantis. d. nu.

2 *Mandatum non executum per vnum Berroarium, ſiue executori, cui fuit data commiſſio exequendi, an per ſucceſſorem ſuum in officio tale mandatum exequi poſſit.*

3 *Berroarij non habent officium proprium, ſed in quantũ eis committitur, & mandatur.*

4 *Officium habens per alium, ſucceſſorem habere non debet.*

LIcentia data à iudice an expiret officio finito, & an exequi poſſit per alium iudicem executorem. † Primo videndum eſt, an licẽtia data à prædeceſſore expirauerit, finito officio ipſius. Et in hoc puto, quòd non expirauerit. Et hoc ſolo conſiderata forma commiſſionis. Quia mandatum datum executori non expirat morte mandantiſſima, vt de offi. deleg. in 6. cap. ſuper gratia. Et hic ſcribunt doctores in l. & quia. ff. de iuriſd. omniũ iud.
2 † Secundo videndum eſt, nunquid eſto, quod mandatum illud nõ expiret, nunquid poteſt id exequi alius executor, quàm ille cui fuit facta commiſſio, & videtur quòd ſic, videlicet per ſucceſſorem ſuum. §. ad hæc vero. auth. vt nulli iud. & l. qđ principi. ff. de leg. 2. c. quũ abbas. extra de offi. dele. In oppoſitũ videtur,

quod mandatum viri non tranſeat in aliam perſonam. §. item ſi adhuc. inſti. mandati. Et
3 hoc puto verius.† Nam Berruarij non habẽt officium proprium, ſed ſolum in quantũ eis
4 committitur & mandatur. † Item illi, qui habent officium per alium, non debent habere ſucceſſorem l. ſi Auguſtus. ff. de leg. 2. & ſcripſit Cyn. l. fin. C. de milit. teſt. Ex quibus concludo, quod dicta captura non potuit fieri.

Ego Andreas Alferius Cortonenſis Legũ Doctor.

ANNOTATIONES.

a *Mandantis.* Socci. in tract. fallen. reg. 255. mandatum. Couar. late in lib. 1. practi. quæſtion. cap. 11. per totum & in propriis terminis, nu. 2. verſ. ſecũdo hoc ipſum.

LVD. ALF.

CONSILIVM LXII.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſans per bienniũ ſoluere canonem debet perdere emphytheoſim, & ſeq. Intellige, vt nu. 3.*
2 *Ceſſans ſoluere canonem per Biennium non eſt ipſo iure priuatus à lege ſua emphytheoſi.*
4 *Contractus emphyteoticus non eſt ipſo iure reſciſſus per ceſſationem ſolutionis.*
5 *Ipſo iure aliquis priuatus non eſſe præſumitur, quando lex loquitur per verba denotantia futurum actum.*
6 *More purgationis impedimentum euitatur, quando executio fit à lege.*
7 *Ceſſans ſoluere canonem per triennium, an admittatur ad purgationem moræ, maxime ſi obtulerit ſolutionẽ, antequam per prælatum ſit petitum.*
8 *Pœna, quando per contrahentes in contractu non eſt appoſita, ſed ſolum dies, talis pœna poteſt purgari.*
9 *Mora poteſt purgari, quando in contractu non fuit appoſitum iuramentum de ſoluendo tali tempore.*
10 *Mora commiſſa propter canonem non ſolutum non poteſt purgari uſque ad litis conteſtationem.*
11 *Emphytheoſis non dicitur reſciſſa per ceſſationem ſolutionis canonis, quouſque Dominus patitur emphytheotam retinere rem.*
12 *Contractus emphytheoticus remanet firmus, ſi dominus petyt penſionem, poſtquam ceſſatum fuerit per triennium ſoluere.*
13 *Cap. Præterea ſi vaſallus, quid iuris ſi poſt alien. feudi, &c. in vſibus feudorum, in quo caſu loquatur.*
14 *Executio à lege fit ſtatim in alienatione feudi.*
Dominium vtile trãsfertur in dominum ſtatim facta alienatione feudi per vaſſallum, dicto nume. & nume. 13.

Vidam Ioãnes habens in emphytheoſim ſoluit canonem pluribus annis, demum ceſſauit ſoluere per triennium, qui Ioannes vt purgaret moram contumaciæ, antequam moleſtaretur, comparuit coram Epiſcopo, & Curia, & aſſeruit, qualiter ipſe ceſſauerat à ſolutione dicti canonis, & quod ipſe non fecit aliqua fraude, & malignitate, volens dictum canonem integre ſoluere
a pro triennio elapſo,[a] vt tenetur, & contumaciam non ſoluti canonis purgare, & recognoſcere bonam fidem Epiſcopi. Dictum canonem pro dicto tẽpore triẽnij mutui obtulit, & reliquit, volens ſoluere etiam damnum propter dictum canonem non ſolutum, quod paſſus fuiſſet. Qui Dominus Epiſcopus recuſauit recipere dictum canonẽ. Nunc quæritur, quid iuris.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. In quæſtione prædicta omittam longum ſermonem allegationis, & veniam ad illud, quod iuridicum putabo. Veritas eſt, quod iſta quęſtio ſtat in hoc. Nũquid iſte Ioannes emphytheota poſſit morã
1 purgare. † Quia non eſt dubium, quod ceſſan
b do ſoluere per biennium[b] iſte deperdit emphytheoſim, auth. de non alienan. §. ſcire. colla. 2. C. de ſacroſan. Eccleſ. auth. qui rem, cũ iſta ſit emphytheoſis Eccleſiæ, & res, l. quęro. §. inter locatorem. ff. locati. Et ad euidentiam præmitto vnum, quod multum clarificabit di
2 cenda. † Quod licet emphytheota non ſoluat canonem per biennium ipſe non eſt ipſo
c iure[c] priuatus à lege ſua emphytheoſi. Ita tenent Bartol. & Bald. in d. auth. qui rem. C.
3 de ſacroſanct. Eccleſ. † Sed ita demum pri-
d uatur ſi Eccleſia vel prælatus vult,[d] ut d. §. ſci-
4 re. auth. de non alienan. ibi ſunt autem. † Et ſic patet, quod ipſo iure non eſt reſciſſus contractus emphytheoticus, vel emphytheoſis, vt expreſſe tenet Inno. & Ioan. And. in c.

potuit.

potuit, extra de locator.& eſt tex.in d.cap.po
5 tuit, ibi dum dicit, donec potuiſſet expelli. †
Et ſic loquitur per verba denotantia futurum
c actum, [c] iuxta notata in l. criminali. C. de iu-
riſd. omn. iudi. & l.eius qui delatorem. ff. de
iure fiſci. Et ita tenet Specul.in titu.de locat.
6 §. nunc aliqua, verſ. 18. † Et ſic paret quod
hic æuitatur impedimẽtum purgationis mo-
ræ, eo quia poſſet dici executionem eſſe factã
à lege iux. not.in l.ſi is cui.ff.de leg.2.&.ff. de
uerb.oblig.l.ſi inſulam.in 10. quæſtione, per
Barto.quia à lege non eſt facta executio, nec
etiam ab homine, quia licet eſſet in poteſtate
Epiſcopi exercere legem, ſcilicet vendicare
dictum damnum, tamen hoc non fecit,& ſic
etiã executio non eſt facta ab homine. l. qui
ob rem. ff.de condi.indebit. & per Bar. in d.l.
7 ſi inſulam,in 3.quæſtione. † Et ſic patet, quod
hic debet diſcuti, an iſte admittatur, ſcilicet
Ioannes, ad purgandam moram iſtam, licet
ceſſauerit in ſolutione iſtius canonis per trie-
nium, cum ipſe obtulerit antequam Epiſco-
pus peteret ipſam rẽ. Et licet multa poſſent
f dici, quia hic eſt dies & pœna[f]. Et ſic non ui-
detur poſſe mora purgari. iuxta notata in l.
inſulam de uerb. oblig.& l.magnã. C.de con
trahen. & commit. ſtipul.l.ſi pacto. C. de pa-
ctis, quoad pœnam videtur textus expreſſus,
quod admittatur iſta purgatio, extra de locat.
cap.potuit, ibi de celeri.& ita tenet Bald.in d.
l.ſi pacto quo pœnam. Quod de æquitate ca-
g nonica[g] admittatur purgatio moræ, etiam ſi
ſit 32.q.1. can. apud miſericordem.& 22.q 2.
can. beatus.extra de conſtit. cap. ex literis, &
ita tenet Bald. qui accuſare non poſ. in 11.q.
Nam etiam alibi ex æquitate receditur à iure
ciuili, ut extra de pœnis,cap.ſuam.ibi. Neque
propter ceſſationem ſolutionis modicæ quã-
h titatis incidat in pœnam, [h] ut ibi. Cum ergo
iſte poſſit admitti ad purgãdum moram,licet
ſit dies & pœna, quia ita in legẽ canonica ca-
uetur, vt not. in gloſ. cap.mora. de regu. iur.
in 6. Et tenet expreſſe Dominus meus Domi
nus Barthol. de Saly. in repeti. l.ſemel mo-
ra.ff.ſolut.matrim.in 12.concluſ.quæ incipit:
debitori moram purgare, licet permittitur,
vt pœna legis euitetur ſiue à lege ſiue ab ho-
mine dies certus pro termino ſolutionis fue-
rit adhibitus. Et 20. concluſione, quæ incipit.
In conuentione, in qua dies certus ad ſoluen
dum adiectus, & nulla pœna appoſita purga-
tio moræ eſt à iure permiſſa. Et ita ut dixi te-
net Bald. in d.l.ſi pacto quo pœnam, circa fin.
Præterea ſi bene inſpiciuntur verba dicti cõ-
tractus, non eſt appoſita, niſi dies à contrahẽ-
tibus, quia dictus emptor promiſit ſoluere di
cto Epiſcopo cenſum, ſcilicet unum denariũ
8 in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto. † Et ſic à
contrahentibus non eſt expreſſa pœna. Et ſic
nimirum ſi pœna poteſt purgari. l.ſi ita quis.
9 §.ſcire.ff.de uerbo.oblig. † Nec etiam ibi fuit
iuratum ſoluere dictum cenſum in dicto ter-
mino. Et ſic non poteſt dici impediri moram
i purgari periuramẽtum, [i] iuxta not.in l.ſi quis
10 maior. C. de tranſact. † Reſtat ergo, licet di-
cta mora ſit commiſſa, poteſt purgari, cum pœ
k na legis caueatur uſq; ad litis conteſtationẽ, [k]
ucd.§. ſæpe, & not.in d.l.inſulam per Bart. Et
l hoc tenet Dominus Barthol. de Salyc.in d. l.
ſemel mora. uerſ. expeditus de concluſioni-
bus, ibi ſi autem fuerit in petitione, vel alle-
11 gatione. † Cum ergo hic per dictum Epiſco-
pum nihil fuerit petitum, & per iſtum Ioan-
nem fuerit oblatus dictus cẽſus, patet quod
dictus Dominus Epiſcopus non poteſt nunc
dictam rem vendicare, & emphyteoſim reuo
care. Et ita tenet Innoc.in d.cap.potuit, extra
locat, ſuper uer.cleri. & Ioan. in nouella. ibi
in d. cap. in gloſ.& ita ſuper uer. per bienniũ.
Et idem Hoſtien. vt ibi not. Non enim eſt re-
ſciſſa emphytheoſis per ceſſationem ſolutio-
nis dicti Canonis, quouſq; dominus patitur
emphytheotam retinere rem, vt not. in Spe-
cul.in d.tit.de locat.§.nunc aliqua, uerſ. 83.&
12 96. quod patet ad ſenſum. † Quia ſi dominus
poſtea requirit penſionem, remanet contra-
ctus firmus. l.poſt diem.ff. de lege commiſ. &
l.commiſſione. C.de pact.inter empt.& ven-
dit. quod non eſſet ſi cõtractus eſſet reſciſſus,
quia opus eſſet nouo conſenſu. Et ſic ex om-
nibus iſtis concluditur, quod poſtquam iſte
Ioãnes emphytheota obtulit debitum cano-
nem, antequam Epiſcopus peteret rem, licet
poſt terminum aſſignatum ad ſoluendum, ꝙ
ipſe purgauerit moram ſuam, & ammodo ex
tali mora dictus Dominus Epiſcopus nõ po-
teſt rem emphytheoticam reuocare per iura
13 ſupradicta. † Nec obſtat prędictis cap. præte-
rea ſi vaſallus, quid iuris ſit, ſi poſt alien. in
uſibus feud, quia ibi loquitur, quando per illã
alienationem eſt facta executio a lege, quia
in dominum eſt tranſlatum dominium utile,
ut in cap.ſi clientulus, de alien. feud. Et in ti-
tu. qui fuit prima cauſa benefi. admit. cap. 1.
§. pen. Et ita præfatus Dom. Bart. in d.l.ſemel
mora: ſi autem de obligationibus deſcenden
tibus ex contractu ibi aũt non obſtante illo
ſtatuto, quicquid dixerit Bar. in l.ſiue à me.ff.

ad leg. falcid. & l. ſequitur. §. idem labeo. ff. de
14 uſucap. † Cum ergo in alienatione feudi ſtatim fiat executio à lege, quia transfertur utile dominium in dominum,
l ut cap. 1. de benef. fe. §. eſt illud. in gloſ. quæ incipit. Statim cum fuerit effectus clericus, merito purgatio moræ impeditur, iuxta not. in d. l. ſi inſulam in 3. quæſtione. Sed propter nõ ſolutionem canonis ipſo iure, res non redit ad dominũ, ut ſupra dixi. & not. in d. auth. qui rem. Et ſic non eſt facta executio à lege, ut ſuprà dixi: ergo nõ impeditur purgatio moræ per hoc, qđ notatur in Specul. in d. uerſ. 96.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alferius Cortonenſis. Matthæus Filiationi, Honophrius & Agapetus de Peruſio ſubſcripſerunt.

ANNOTATIONES.

a *Triennio elapſo.* An poſſit etiam ſolui canon pro pluribus annis futuris, dicas quod non, ut per Bald. in l. 2. C. de iure emphy. Bar. in l. cum quiſ. ff. de annuis legat. Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis doli, nu. 5. ff. de uer. oblig. & eſt cõis, de qua per Deci. in l. cum tempus, nu. 8. de reg. iur.

b *Biennium.* Iaſ. & cæteri in l. 2. C. de iure emphyt. & canoniſtæ in cap. potuit, extra locat. Rip. in l. fin. num. 129. C. de reuoc. donat. Clarus in trac. de iure emphy. q. 8. verſ. ſed pone. Socci. in tract. fallen. reg. 114. Brun. conſ. feud. 41. nu. 16. Ceſſalus. conſ. 139. lib. 1. & eſt communis, de qua per Viuium in tract. com. opinionum in prima par. opin. 94. tamen ſi in contractu fuit appoſitum iuramentum, primo termino elapſo cadit. Bal. in c. querelã extra de iure iurãn. Iaſ. in l. ſi quis maior nu. 12. C. de trãſact. ubi Cagno. nu. 51. Thom. Ferrar. caut. 20. de communi, idem Viuius in 2. par. opin. 161.

c *Ipſo iure.* Quia requiritur ſentẽtia. Clarus in trac. de feud. q. 61. Caſſad. deciſ. 2. de locat.

d *Vult.* Doct. in d. l. 2. C. de iure emphy. & in auth. qui rem. Deci. conſ. 138. colũ. 2. Brun. conſ. 41. nume. 85. Clarus in dicto tract. de iure emphy. quæſt. 9.

e *Actum.* Quia quãdo lex loquitur per uerba futuri temporis, requiritur ſententia, ſecus ſi per tempus præſens Socci. in tract. Fallen. reg. 360. ſententia de communi. Rip. in cap. ſæpe. nu. 99. de reſtitu. ſpoliat. Balb. deciſ. 129.

f *Dies.* Iaſ. in l. moum, nu. 9. & 10. & ibi Deci. & Cagnol. ff. ſi cer. pet. & idem Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruus. nu. 6. ff. de leg. 1. Deci. cõſ. 2. Paris. conſ. 34. nume. 15. lib. 1. & conſ. 139. nu. 2. lib. 4. Balb. deciſ. 129. Socci. in tract. fal. regu. 90. dies, & conſ. 288. nu. 27. l. 2. & dixi infra in meo conſ. 2. nu. 9. & 20.

g *Acquirere.* Rip. in l. fin. nu. 100. C. de reuoc. donat. Couar. l. 3. variar. reſol. cap. 17. num. 4. Catel. Cot. in memor. in uer. Emphytheotam alienãdo vbi etiam de cautela ad hoc ut emphytheota non poſſit talem moram purgare.

h *Pœnam.* Iaſ. in l. 4. §. Cato. col. 16. oppoſ. 11. ff. de verb. oblig. & ibi Lancell. Gallia. colum. 24. ſed quod de iure canonico pœna exigi poſſit tenet Corneus, conſ. 28. in fin. & conſ. 79. in fin. lib. 2. & conſ. 2. l. 3. tamen quod indiſtincte iure canonico pœna non committatur niſi pro rata tenet Crotus in d. §. Cato. lectu. 1. nu. 75.

i *Iuramentum.* Quia iuramentum impedit purgationem moræ. Bru. conſ. 48. num. 8. in conſiliis feudalibus de communi. Viuius in d. tracta. communium opinionum in 1. par. opin. 219.

k *Lites conteſtationem.* Soc. iun. cõſ. 115. nu. 21. lib. 1.

l *In dominum.* Doctores infra notati dicunt quod dominiũ utile non reperitur in iure. Coraſ. lib. 5. miſcel. cap. 14. nu. 5. & l. 6. cap. 20. num. 2. Duar. l. 1. diſputat. anniuer. cap. 17. Vaconi. lib. 1. declarat. iur. ciuil. cap. 81.

L V D. A L F.

CONSILIVM LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an ſit Iudex competens in rebus Eccleſiæ, & per totum.*
2 *Epiſcopus dicitur fructuarius rerum Eccleſiæ.*
3 *Matrimoniũ ſpirituale eſt inter prælatũ & Eccleſiã.*
4 *Maritus non poteſt eſſe iudex in cauſa vxoris.*
5 *Iudex vbi prætendit commodũ, ipſe non cognoſcit vtrũ ſit ſua iuriſdictio.*
6 *Quis eſt Iudex ſuſpectus propter affectionem præſumptam, quam quis poſſet habere veriſimiliter ad eam.*
7 *Iudicium debet conſiſtere ex tribus, ſcilicet Actore, Reo, & Iudice.*
8 *L. proxime. ff. de his, qui in teſtam. debent, in quo caſu loquatur.*

INſuper dubitatur de nouo ſuper prædictis. An dictus Epiſcopus ſit iudex competens, in dicta cauſa, videlicet ad cognoſcendum: Vtrum iſte Ioannes emphytheota potuerit purgare moram necne.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. † In iſta cõ-
1 cluſione tenuit Innoc. quod Epiſcopus non ſit Iudex cõpetẽs,[a] quia in cauſa ſua nul-
lus eſt iudex,[b] vt l. 1. C. ne quis in ſua cauſa, ita dixit eſſe extra de uerbo. ſigni.

ſignifi. cap.ex parte. Veritas eſt prout refert
Dominus Bald. in d. l. 1. Hoſtien. & Innocē.
ext. de appell. cap. dilectus, & de pęnis, cap.
dilectus, pro hoc vltra prædictos extra de ele
ctione, cap. noſti. per Innoc. per eundem, ex-
tra de cenſib. cap. venerabili. Sed uidetur mi
hi multum durum, quia non poſſumus nega
re, quin commodum & vtilitas rerum Epi-
2 ſcopatus pertineat ad epiſcopum. †Quia ſunt
c vſufructuarij, [c] extra de offi. ordi. cap. ordina-
3 rij, lib. 6. & notatur in l. neque de procurat. †
Præterea inter pręlatū & Eccleſiam eſt matri
d moniū ſpirituale. [d] Sed nō poteſt eſſe iudex
e uir in cauſa ſuæ uxoris, [e] vt d. l. qui iuriſdictio-
4 ni. ff. de iuriſd. omnium iudi. † Præterea vbi iu
dex prætendit commodum ipſe non cogno-
f 5 ſcit, vtrum ſua ſit iuriſdictio. [f] † vt l. de iure. ff.
6 ad munici. & ibi notatur. † Pręterea propter
affectionem pręſumptam, quam quis poſſet
veriſimiliter habere ad eam, quis eſt iudex ſu
ſpectus. C. de poſt. l. quiſquis. Cui dubium,
quod Epiſcopus habet affectionem ad rem
Eccleſiæ, quia eius ſunt fructus. Cum enim
ad eum pertineat commodum rerum Eccle-
ſię. Nonne eſt iſta ſua cauſa propria? vt l. 1. §.
in propria, & l. 2. §. ſi alius. ff. quando appell.
ſit. pro hoc faciunt notata in l. omnibus. C.
7 de teſta. † Præterea cum iudicium debeat con
ſiſtere in tribus, ſcilicet Actore, Reo, & Iudi-
ce, quomodo non erit differentia inter iſtos
contra not. extra de inſtitu. cap. 1. & ff. de ſti-
8 pulat. ſeruorū. l. 2. † Non obſtat l. proxime.
ff. de his, qui inteſt. cum ſimilibus, quia lo-
quuntur in Imperatore, qui non recogno-
g ſcit ſuperiorem, [g] vt not. in l. eſt receptum.
ff. de iuriſd. omni. iud. per Bart. Verumtamen
non audeo diſcedere ab opinione tantorum
virorum, ſed quia non videtur mihi æquum
potius cum reuerentia dicendo, tanquā ma-
gis ęquitati cōſonum teneremus dictum In-
noc. in d. cap. ex parte.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alfe-
rius de Cortona ll. Doctor.

ANNOTATIONES.

a *Competere.* Marant. de ordi. iudi. in 6. par. princ. in ſecundo acto in ver. Et quandoque appellatur. nu. 376. dicit qđ quando epiſcopus litigat cum ſuo ſubdito arbitri eliguntur. & à ſententia ipſorum appellatur ad Papam. Alia etiam ratione non poteſt eſſe iudex, quia epus æquiparatur Duci, Comiti, uel Baroni. Maran. de ordi. iudi. n. 4. par. princip. in 5. diſtin. princip. num. 13. Et Baro. vel Comeſ. in ſua cauſa non poteſt eſſe iudex. nec deputatus ab eo. Brun. in conſ. feud. 30. nu. 3.

b *Eſt iudex.* Marant. in d. 6. par. princ. in 2. actu, nume. 32. & ſeqnen. Socci. in tract. fallen. reg. 195. iudex. Duaren. lib. 1. diſput. anniuer. cap. 53. Etiā ſi eſſet lex vel Imperator. Andr. de Iſer. in cap. imperialem. §. præterea, de prohi. feud. alien.

c *Fructuarii.* In morte ſunt vſurarij, ſed in uita æquiparantur vſufructuariis, Couar. in epito. ſuper titu. de teſtam. extra cap. cum in officiis, & cap. 1. & lib. 1. uariar. reſol. cap. 15. num. 12. Nicol. Bello. conſ. 3. per totum.

d *Spirituale.* Franc. Mar. quæſtione delfinali 1122. num. 23.

e *Vxoris.* Soccin. in tract. fallen. regu. 203. iudex. Duar. lib. 1. diſput. anni. cap. 51.

f *Sua iuriſdictio.* Albert. Brun. contra in conſilio feudali. 45. num. fin. & per totum ſecundum articulum in materia ſupradicta.

g *Recognoſcit ſuperiorem.* Quia Princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt eſſe iudex in cauſa quam habet cum ſuo ſubdito. Socci. in cōſ. 120. col. 9. in prin. lib. 1. Marant. in d. 6. par. princ. in 2. actu nu. 34.

LVD. ALF.

CONSILIVM LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote perſonalis competit & durat xxx. annis à die ſoluti matrimonii contra principalem promittentem dotem reſtituere & eius hęredes.*
2 *Hypothecaria durat xl. annis à die ſoluti matrimonii pro obligatione bonorum illius, qui promiſit dotes reſtituere.*
3 *Practica pro actore agente ad dotem contra promittentem ſi xl. anni ſint decurſi, & quomodo etiā aget, ſi dictum tempus eſſet decurſum.*
4 *Peccat, qui non reſtituit dotem, etiamſi præſcriptio eſſet.*
5 *Debitor præſcribens debitum, & non ſoluens peccat.*
6 *Præſcriptio inducit peccatum.*
Ius canonicum debet ſeruari licet contradicat iuri ciuili, quando ius ciuile inducit peccatum d. nu.

IN nomine Patris & Filij & Spiri
tus ſancti, Amen. In quæſtione
a prædicta [a] ueniendo ad deciſionē
1 quæſiti. † Veritas eſt, quod ſi aliter
à lege municipali non cauetur, Actio de do-
te perſonalis competit & durat 30. annis à
die ſoluti matrimonij cōtra ipſum principa-
lem dotem promittentē reſtituere, & eius hę
redes, vt l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot.
2 Et † quadraginta annis durat à dicta die ſoluti
matrimonij hypothecaria ꝑ obligationē bo-

norum illius, qui promiſit dictas dotes reſti-
tuere.l.cum notiſſimi in §. illud.C.de pręſcri
3 ption. 30.uel 40.ann. † Vnde videat actor ſi
principalis debitor poſſideat bona,& eſt in tẽ
pus 40. ann. & agat contra illum hypotheca-
ria. vt in d.§.illud,& obtinebit etiam coram
Iudice laico. Si uero iſta tempora ſunt decur-
ſa tunc recurrat ad doctrinam euangelicam,
b & denunciet[b] dicto debitori, quod ei ſoluat
dictas dotes non obſtante præſcriptione de-
curſa,& ſi non fecerit, iterum ei denunciet
coram teſtibus, vt dictum eſt,& ſi non ſolue-
rit aget contra eum, coram eius iudice Eccle
4 ſiaſtico. †Quia peccat in non reſtituendo di-
ctas dotes, non obſtante dicta præſcriptione.
vt ext. de iudi.cap. nouit. licet enim vt dicit
Bar.in l. fin.ff. rem ratam habere. ſit ſublatus
omnis effectus obligationis naturalis: tamen
per dictam uiam denunciationis Euangelicæ
obtinebit in foro eccleſiaſtico, vt dicit & te-
net Bart.in extrauagan.ad reprimẽ.ſuper uer.
denunciationes, & etiam tenet Bald. in auth.
ad hæc. C. de vſur. vbi dicit plus, quod etſi ex-
preſſe diceretur per legem vel ſtatutũ, quod
tolleretur omnis obligatio etiam naturalis,
& eius effectus; tamen per dictam denuncia-
tionem dictus actor obtinebit in foro eccle-
ſiaſtico, & ita tenet Innocen. in d.cap.nouit.
pro hoc, quod ſentit idem Bart. in l. ſequitur.
ff.de vſucap.§.ſi uiam. Sed vltra hoc poſſet du
bitari, ſi iſte præſcribens allegaret ſe ignoraſ-
ſe, & ſic ſe habuiſſe bonam fidem, & præſcri-
pſiſſe, cum iſta pręſcriptio currat ex mera ne
gligentia cauſa petẽtis, vt not.in l.1.ff.de vſu-
capi. Et ſic uidetur ſeipſum non teneri ſecun
dum not. per Bar. in d.§.ſi uiam. Tamen veri-
tas eſt in cõtrarium, quia ſiue ſciuit, debitor,
ſiue ignorauit tenetur in tali denunciatione
c in foro eccleſiaſtico,[c] ut expreſſe dicit domi-
nus Bald. auth. ad hęc. C.de uſur.22.quæſtio-
ne. Et.C.de ſeruit. l.1.in 2.quæſt.pro hoc ex-
tra de reg. iur. cap. locupletari, & cap. poſſeſ-
ſor per Din. Et etiam Bar. in d.§.ſi uiam dixit
hoc eſſe relinquendum deciſioni Theologo-
5 rum. † Et Theologi tenent debitorem præ-
ſcribentem peccare non ſoluendo debitum,
licet præſcripſerit, vt vir recolendæ memo-
rię Dominus Frater Gherardus de Senis Or-
dinis Eremitarum in quęſtione quæ incipit.
Vtrum Titium pręſcribens rem Sempronij.
Et hoc tenet Innocen. in d. cap. poſſeſſor. in
6 mercuriali ibi poſita. † Et nimirũ cum iſta
pręſcriptio inducat peccatum contra ius ca-
nonicum debet ſeruari licet contradicat iuri
ciuili, vt not.C.de ſacroſan.Eccleſ.l. priuile-
gia. per Bar.& Bald. & extra de pręſcrip. cap.
fin. Et licet prędicta dicant de præſcribente
ſciente ſe debitorem, tamen idem eſt in eo
qui ignorat, & eſt vanę fidei, vt not.Bal. in d.
auth. ad hęc. uerſ. Item dubitatur de debito,
quod eſt pręſcriptione ſolutum: ſed hic in ca
ſu noſtro eſt debitor ſciens: ergo ſecundum
omnes in foro eccleſiaſtico dicta pręſcriptio
non poteſt iuuari.

Et ita dico & conſulo ego Andreas Alfe-
rius de Cortona ll. Doctor.

ANNOTATIONES.

a *In quęſtione prædicta.* Recurras ſemper in iſta materia vt vnũ loco omnium alleg. ad Dida. Couar. in relectio.c. poſſeſſor malæ fidei de reg.iur.in 6. deinde ad cõſilium meum infra conſ. 2.per totũ. Duen.lib.1 reg.6.

b *Denunciet.* Marant. de ordi.iudi. in 6. par. princ. in prima par. in uer. denunciatione formata, per totum cap.& maxime, nu.5.

c *Eccleſiaſtico.* Contra per Couar. d.relectione in 3. par. §.2.num.2.uer.tertio ab eadem. Marant.de ord.iudi.in 11.diſt.4.par.prin. nu.12.& diſt.16. nu.79. in fin.

LVD. ALF.

CONSILIVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris expreſſa in codicillis an valeat.*
2 *Hæreditas, nec adiri, nec adimi in codicillis poteſt.*
3 *Teſtamentum non debet ſumere vires à codicillis.*
4 *Donatio facta filio à Patre ita demum imputatur in legitima, ſi pater donans hoc expreſſit.*
5 *Libri empti à Patre & traditi Filio, præſumuntur donati, ſaltim donatione morte confirmata, ſi dictus Filius eſt doctoratus ante mortem patris.*
6 *Expenſæ alimentorum factę à Patre filio exiſtenti in ſtudio non computãtur in legitima, maxime pro ea quantitate; quam pater expendiſſet pro filio exiſtenti domi.*
7 *Expenſę factæ filio in Doctoratu non computantur in legitimam.*
8 *Filij debent ſeruare voluntatem patris quomodocunque appareat.*
9 *Voluntas teſtatoris domina in teſtamentis, & lex ſemper eam ſequitur.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiri-
1 tus ſancti. Amẽ. † In iſta quæſtio-
ne eſt dubium: an iſta volũtas Do
mini Cuccij expreſſa in codicillis, quia dixit,
quod

quod volebat tales expenſas imputari in le-
2 gitima valeat. Quia hęreditas non poteſt adi-
a ri, vel adimi in codicillis, [a] l.2.ff.de iure codi-
3 cill. † Et quia teſtamentum non debet ſume-
re uires à codicillis. l.quod per manus. ff. de
iure codicill. Secundum dubium eſt:an dictæ
expenſę debeant in legitima computari, &
ad horum inueſtigationem eſt uidendū, quia
hic ſunt expenſæ duplicis generis. Quædam
ſunt expenſæ factæ in alimentis dum ſtetit in
b ſtudio, [b] quædam ſunt expenſæ factæ in do-
4 ctoratu. Et de ſingulis uideamus. † Et primo
præmitto, quod donatio ſacta filio, ita demū
c imputatē in legitima, [c] ſi pater donans hoc ex-
d preſſit, [d] l.ſi quando. §. & generaliter. C.de in-
5 offi.teſtam. † Et uideamus primo de libris. Et
in hoc licet multa poſſent dici, tamē quia in
rei veritate dicti libri fuerūt traditi dicto Do-
mino Ioanni, & eſt doctoratus ante mortem
dicti Cucci, concludendum eſt dictos libros
e eſſe donatos [e] ſaltem donatione morte con-
firmata, vt not.in l. 1. §.nec Caſtrenſe. de col-
lat. Bonorum, per Bart. Licet ſecundum Do-
cto. deberet hoc diſtingui & præſumi ex nu-
mero librorum, vt not.per Bald.C. de collat.
auth. ex teſtamento. Nam ſi Pater haberet
multos liberos; & non eſſet diues homo, &
libri eſſent magni precij, certe non eſt credē
dum Patrē voluiſſe donare hoc illi filio, hanc
opinionem tenet Bald. C. famil. hercis.l. qui
pater filio, tamen loquitur in expenſis con-
ſumptis in uictu, non autem in libris, vt ibi
6 dicit. † Secundo videamus de expenſis Ali-
mentorum. Et in iſtis dicendum ſine dubio
non imputari in legitimam, vt not. Bald.in d.
auth. ex teſtamento. C. de colla. in 15. cap.
Quod intelligo in illa quātitate, quam pater
expendiſſet in filio ſi ſtetiſſet domi, quia de
neceſſitate debet eum alimentare, ſed in eo
quod eſt plus, tunc dico haberi rationem, ut
infra dicam, & eius, quod not. per Iacob. Bu-
7 tri.& alios.in l.cum quis temere. ff. de iudi. †
f Tertio videamus de expenſis Doctoratus. [f]
Et cū iſta ſit quaſi militia, quæ nō poteſt uen-
di, nec ad hæredes tranſmittitur, vnde non
imputari in legitima, ut l.oī.§.imputari.C.de
inoff.teſtam.& not.in d. §. nec Caſtrēſe. Sed
in oībus iſtis caſibus, poſito qđ ſit donatio in
ter patrē & filiū. Dico dictos nepotes debere
imputari in legitima prædicta poſtquam pa-
tet de voluntate dicti Cucci patris Domini
Ioannis, qui hoc impedit, vt d.§.& generali-
ter.l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.Et per Bar.
l.cum quo. ff.ad l.falcid.§.fi.& quod not.eod.
titu. l.in quartā per Bar. ibi ne modo ad quar-
tam de iure naturę debitam. Et hoc tenet Bal.
in d.l. filiæ in 3.quęſtion. C.de colla.ibi poſi-
ta. Iſte filius debet hos libros in legitima &
parte ſua computare, & in eadem lege in 5. q.
ibi. Et hoc eſt verum, niſi pater aliter caue-
rit in teſtamento. Cum ergo appareat de uo-
luntate d. Cucci, qui voluerit dictam quanti-
tatem ſactarum expenſarum in dicto ſtudio,
patet quod non habuit animum donandi ſim
pliciter l.cenſuimus, & quod ibi not. ff.de ne
go.geſt.& l.alimenta. C.eod.titu. Quę volun
tas debet declarari in codicillis. vt l. illud. §.
fructui. ff.de iure codicill. & ibi caſus. Nec
pro hoc videtur dari hęreditas in codicillis,
vt ibi patet, nec etiam per dictos codicillos,
patet dictum teſtatorem voluiſſe recedere à
teſtamento, ſed potius eum manere, ſed uo-
luit declarare, quoniam volebat tales expen
ſas computari in d.legitima, quod poteſt fieri
in codicillis, vt d. §. tractari maxime inter fi-
8 lios. † Qui debent ſeruare voluntatem pa-
tris quomodocunque appareat. l.fin.C.fami.
herciſc. l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.
C.de teſtam. facit optime. l.in teſtamento.ff.
9 de manumiſſ. teſtat.& l.fi.ff.de rebus corū. †
Ex quibus omnibus concludo, cum volūtas
teſtatoris ſit Domina in teſtamentis. Et in
conditionibus primum locum. ff. de condi-
tion. & demonſtr. etenim lex ſemper ſequi-
tur. l. quendam. C.de neceſſ.ſeruis. Et hoc
apparet de uoluntate d. Cucci, qui voluit di-
ctas expenſas computari. Quod poſito, quod
dicta donatio valuerit, quod dictę expēſę de-
bent in d. legitima computari, dummodo ha-
beatur ratio dictarum expēſarum, quas dictus
Cuccius feciſſet in d. Domino Ioanne, ſi ipſe
non ſtuduiſſet, quas dico non computari de-
g beri, [g] quia de neceſſitate debebat ipſum ali-
h mentare. [h]

Et ita, vt ſupraſcriptum eſt, dico & conſu-
lo ego Andreas Alſerius de Cortona.

ANNOTATIONES.

a *Codicillis.* Per fideicommiſſum ſecus. Socci. in tra
cta. fallen. reg. hæreditas.

b *Studio.* Tales expenſas pater præſumitur donaſſe
filio agenti in ſtudio & non debet illi imputari à
fratribus tempore diuiſionis. Bart. in l. 1. §. nec
Caſtrēſe. nu. 2. ff. de coll. bon & in l. iubemus. C.
de Silentiarii. lib. 12. Deci. in l. quod locum nu. 7.
C. de coll. Rip. in l. in quartam, num. 168. & ſeq.
ff. ad l. falcid. Alciat. de præſumptio. reg. 1. præ-
ſumpti.

ſumpti. 7. num. 1. Et ſi pater ſumptus & expenſas in ſtudio filio non miniſtrauit poterit compelli. Rebuff. in tract. de priuil. ſcholar. priuil. 55. Duenas l. 1. regu. utr. iur. reg. 372. filius poteſt Cotta. in memora. in uer. expenſa facta.

c *In legitima*. Et pater donando aliquid filio in poteſtate pro legiuma ualet. Angel. in l. ſi non mortis. ff. de donat. inter uir. & uxor. Iaſ. in l. frater à fratre in 7. limit. nu. 44. & in repetition. nu. 23. ff. de condi. indebit. Grauet. conſ. 136. nu. 2. Clarus in tract. de donat. q. 8. uerſ. Sed quæro. Vbi contra latè limitantem & ampliantem. Pet. Duen. l. 1. reg. utr. iur. reg. 223. Donatio facta a Patre filio. Deci. conſ. 86. nu. 8. Viuius in tract. com. opin. in prima parte, opin. 74. Donatio facta à Patre filio.

d *Expreſſit*. Et ſi ob cauſam etiam donaſſet, quia tũc in legitima computatur. Bar. in l. in quartam. nume. 10. ff ad leg. falcid. Corn. conſ. 265. l. 3. Socci. reg. 283. pater. & 287. Pater. Duenas. l. 1. regularum. regu. 222. donatio ob cauſam. Viuius ubi ſup. opin. 74. De cõmuni, & bene Viuius in tract. comm. opinion. in 2. par. opin. 126. filius cui à patre quem videas.

e *Donatos*. Alciat. ubi ſupra. Rebuff. in tract. de priuileg. ſcholar. priuile. 55. per totum. Iaſ. in l. filiæ licet. C. de colla. in fin. Alexã. conſ. 50. nume. 17. l. 6. & conſ. 149. in fin. lib. 7. Duenas, ubi ſupra regu. 371. filius ſcholaris. Bal. conſ. 21. l. 1. 347. quæritur. lib. 2. & 412. d. lib.

f *Doctoratus*. Docto. in d. §. imputari, & in §. Caſtrenſe, & de communi. Rip. in l. in quartam nu. 166. Caraſ. in l. filium quem habentem nu. 110. C. fami. herc. quibus in locis habetur quod expẽſę factæ in doctoratus non imputantur & conferũtur cum fratribus tempore diuiſionis.

f *Sit Domina*. Et attenditur etiam ſi colligeretur ex coniecturis Bal. in l. ſi pater filium in 4. q. ff. de inſti. & ſubſti. Bello. conſ. 9. nu. 13.

g *Deberi*. Duen. d. reg. 222. in 2. limitatione. Viuius in tract. com. opin. in 1. par. opin. 22. Alimenta.

h *Alimentare*. Etiam ſi eſſet ſpurius de iure canonico tenetur, & eſt communis vt per Iaſonem conſ. 26. nu. 4. l. 1. Io. de Galdo in tract. de arte teſtã. tit. 1. caut. 14. nu. 13. Corſet. ſing. ſpurius. Lamber. in tract. iuris patron. in 3. q. princip. 3. lib. à primo articulo vſque ad fin. fol. 392. Couar. in epito. de ſponſali. cap. 8. §. 6. per totum in materia alimentorum.

LVD. ALF.

CONSILIVM LXVI.

SVMMARIVM.

1 *In uſufructu legato ſemel cedit dies ab adita hæreditate, non quo ad transmiſſionem.*

2 *Fructus quotieſcunque ſunt percepti, & à terra ſeparati, & reconditi à fructuario, vel ab alio eius nomine ſiunt fructuarij, & eos tranſmittit ad hæredem.*

MAtthæus Nucciarellus de Foiano ſuũ condidit teſtamentum, in quo reliquit Dominæ Petrucciæ vxori ſuæ certa bona. Itẽ reliquit eidem uſusfructus cuiuſdam fundi. Contigit quod poſt mortem dicti teſtatoris dicta uxor poſsedit dictas legatas res. Nunc de præſente menſe Octobris iam collectis fructibus ex dicto fundo cuius vſumfructum habebat, ſcilicet frumenta & uina, Moritur dicta Domina Petruccia facto ſuo teſtamento in quo reliquit ſuum hæredem Lucam Angeli eius fratrem. Modo per eius hæredes d. Matthæi teſtatoris dicitur dictos fructus pertinere ad ſe, Dictus uero Lucas dicit ad ſe ſpectare tanquam hæredem dictæ Dominæ Petrucciæ. Quæritur quid iuris.

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. Viſo teſtamẽto prędicto facto per Dominum Matthæum dicẽdum eſt ſine dubio, quod dicta ſextaria graui, & dictus fundus uineatus pertinet ad dictũ Lucã hęredem d. D. Petrucciæ, quia erãt d. D. Petruccię,
a quo ad dominiũ, [a] vel quaſi & quo ad uſumfructũ, ſi prædicta habuerit, alias actio dicto hæredi pro ipſis competit, & ſic potuit de eis diſponere, vt voluit, vt patet in dicto teſtamẽto. Cum enim inſtituit hęredem, videtur eius bona in eum alienare, & transferre. C. de ſecund. nupt. l. ſi quis priores. §. 1. uerſ. & etiam illa, & quod ibi not. in gloſ. & l. vtrum ex familia in princ. ff. de leg. 2. Idem dicendũ eſt de dictis pannis lineis, ſi dicta Domina habuerit, quia erat d. domina, pleno iure dominij, & vſufructus, & ſic potuit de eis ſpecialiter, & generaliter diſponere. Si autem non habuiſſet habebant hęredes eius actionẽ ex teſtamento pro eis. Quia competit hære-
1 di talis actio. † Solum reſtat dubium de dictis fructibus perceptis. Et hic non inſiſtẽdo veritas eſt, quod in vſufructu legato ſemel cędit dies

dies ab adita hęreditate quoad petitionem, & potentiam utendi, fruendi. l. 1. in prin. & in fin. ff. quando dies legem cedit, non quoad tranſmiſſionem. l. uni. §. in nouiſſimo. C. de
b caduc. tollen. tunc enim morte tenetur.[b] In-
2 ſti. de uſufruct. §. finitur. † Sed tamen eſt neceſſe ad hoc vt fructuarius faciat fructus ſuos,
c quod fructus ſint ſeparati a terra,[c] ab ipſo fructuario, vel ab alio eius nomine. ff. quibus mod. vſuf. amit. l. ſi uſufructuarius meſſem, & ibi Bar. ff. de uſur. l. qui ſcit. ſ. præterea. Adeo ſi uſufructuarius decederet fructibus maturis exiſtentibus in fundo, nondum tamen perceptis hęres fructuari nihil habeat. ff. de annu. leg. ſi in ſingulos, in fin. Inſti. de rerum Diuis. §. is vero ad quem, cum ſimil. Vbi uero ſunt percepti fructus per ipſum fructuarium, vel alium eius nomine, ſunt ipſius fructuarij, &
d eos tranſmittit ad hæredem ſuum,[d] vt d. l. ſi vſufructuarius meſſem, & §. is vero, & ibi not. in gloſ. & in d. l. qui ſunt. Et eſt text. ad literam in l. defuncto in princip. ff. de uſufruct. facit l. qui vſufructum. §. fin. eod. titu. & ff. ſol. matr. l. diuortio ſ. 1. contrario, & ibi gloſ. quæ incipit pro certa locatione. Et ibi per Bar. Ex quibus omnibus cōcluditur, quod cum in caſu propoſito per Dominam Petrucciam, ſiue per aliū eius nomine eſſent percepti fructus aridi, Frumentum vt legumina in horreis recondita, & vinum ſit in uegetibus impoſitum per eam dicti fructus erant dictæ Dominę Petrucciæ. Et ad ipſum Lucam pertinent, & non ad hæredes Matthęi.

Andreas Alferius Cortonenſis legum Doctor.

ANNOTATIONES.

a *Dominium.* Quia dominium rei legatæ ſtatim recta uia tranſit in legatarium. Ruin. conſ. 55. nu. 3. l. 2. & conſ. 153. nu. 4. l. 3. Doct. in l. 1. ff. de leg. 1. vbi Iaſ. nu. 59. 81. & 115. & ſeq. Duen. lib. 1. regu. utr. iur. reg. 210. dominium recta uia.

b *Finitur.* Late Oldendor. in trac. action. foren. claſ. 3. acti. 6.

c *A terra.* Nicol. Bello. conſ. 3. nu. 5. Tiraq. l. 2. de retract. §. 5. gloſ. 4. in princ. Couar. lib. 1. variar. reſol. cap. 15. nu. 12.

d *Ad haredem ſuum.* Alex. cōſ. 15. l. 3. Bar. conſ. 231. Dominus Ioan. Bello. d. conſ. 3. nu. 11.

L V D. A L F.

CONSILIVM LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ciuitatis Cortonę in quo diſponitur, quod mulier habens virum non poſſit donare ſine certa ſolemnitate, ſi donat, dum eſt extra territorium. An debeat ſeruare talem formam, & per totum.*

2 *In contractibus debent adhiberi ſolēnitates, quę ſunt ordinatę in loco vbi celebratur actus vel cōtractus.*

3 *Statutum inducens ſolemnitatem in contractu, & loquens ſimpliciter, debet intelligi de perſona celebrāte intra ſuum territorium.*

4 *Mulier non dicitur prohibita indiſtincte contrahere per ſtatutū diſponentē, quod non poſſit contrahere ſine conſenſu viri, & vbique ligari.*

5 *Statutum poteſt inhabilitare ſubditum ſuū à contrahendo ubique & ſeq.*

6 *Vxor non prohibetur donare alij, quam Marito, iure diuino & humano.*

7 *Conſuetudo quando eſt ſtricti iuris eſt reſtringenda.*

8 *Statutum, quod quis non poſſit ſpecialiter dare ſua bona, & de eis diſponere pro libito voluntatis magis ſapit odium quam fauorem.*

QVædam Domina Catherina Cortonenſis habens virum ſuum exiſtēs in ciuitate Aretij donauit titulo donationis inter uiuos cuidam A. Bona ſua exiſtentia in comitatu Cortonæ non ſeruata ſolemnitate requiſita per ſtatuta Cortonæ loquentia de contractibus
a mulierum[a] habentium uirum. Dicitur nunc, quod dicta donatio non valet propter non ſeruatam formam ſtatutorum prædictorum. Reſpondetur, quod cum contraxerit extra territoriū ſufficit, quod ſeruauerit ſtatuta loci, in quo contraxerit. Quæritur quid iuris.

IN Nomine Patris & Filij &
1 Spiritus ſancti. Amen. † In quæſtione iſta eſſent plura uidenda: an iſta Cortonenſis ligetur ſtatuto Cortonij extra territorium Cortonēſe, tamen quia iſta materia eſt ſatis dilucide examinata per Doctor. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fid. catho. & in l. ſi non
2 ſpolſati. C. de teſti. ideo capiā concluſiones. † Et quia concluſio vera eſt, quòd in contractibus

buſdebent adhiberi ſolemnitates, quæ ſunt
ordinatæ in loco contractus, hoc eſt ubi cele
b bratur actus, ſiue contractus. [b] l.ſi fundus. ff.
de euictíon.l.2. C.quemadmodũ teſtam.ape-
rian.& ibi per Bald.facit.l. 3. §. eiuſdem.ff. de
teſtib.& per Bar.in l.cunctos populos,in 1.q.
Cũ ergo iſta Domina donauerit exiſtens ex-
tra territorium Cortonenſe, non erat neceſ-
ſe ſeruare ſolemnitatem inductam per ſtatu-
tum Cortonæ: ſed ſolum attendere morem
Aretij,vbi non requiritur conſenſus viri,pro
hoc l.1. C.de emancip.liber.& tenet Bar. ex-
preſſe in d.l.ſi non ſpeciali,ibi. Sed quid, ſi
3 non eſt priuilegium Principis.† Pro hoc ma-
gis vltra ſtatutum illud loquitur ſimpliciter
non dicẽdo aliquid de dicto loco.Ergo debet
intelligi de perſona contrahente in ipſum ter
ritorium.l.cum vnus.§.1.ff.de bonis,auth.iu-
di.poſſi.per Bar. in d.l.cunctos populos,in 8.
4 quæſtione.† Nec dicat quis hic inhabilitatur
perſona,quia hoc non eſt uerum,immo adij-
citur ſolemnitas iuri communi. Quod mu-
lier non poſſit cõtrahere ſimpliciter, ſed adij
citur qualitas ſcilicet de conſenſu uiri. Et ſic
non poteſt dici iſtam eſſe prohibitã indiſtin-
cte donare & ſe ubiq; ligari. l.is cui.ff. de uer-
5 bor. oblig. † licet enim ſtatutum poſſit inha-
bilitare ſubditum ſuum, vbique tamen hoc
non facit hic. Immo inducit addendo aliam
ſolemnitatem tali contractui, quam de iure
communi requiratur: ergo extra ſuum terri-
c torium non extenditur, [c] vt hoc expreſſe te-
net Bar. in d.l.cunctos populos in 6.quæſtio.
princip. Pro hoc de conſtitut. in 6.cap.vt ani-
6 marum.† Cum iſtud ſcilicet donare aliis quã
marito non ſit prohibitum uxori tam iure di
7 uino,quam humano.† Præterea conſuetudo
d eſt ſtricti iuris ergo reſtringẽda [d] extra de cõ-
8 ſuet.cap. cum dilectus . . . Non eſt
dubium,quod cum in hoc ſtatuto non expri-
matur aliqua cauſa,qnare hoc ſtatuerunt, q[illegible]
hoc ſtatutum ſapiat magis odium,quàm fauo
rem, quod quia nõ poſſit ſimpliciter dare ſua
e bona pro libito voluntatis diſponere [e] l.in re
mandata. C.mandat.ergo eſt reſtringendum,
vt in territorio ſuo loquatur.l.ex ea.ff.de po-
ſiti.l. extra territorium.ff.de iuriſd.omni.iud.
l. fin.ff.de offi.præfec.vrbis. Et ſic cõcluditur
dictum cõtractum donationis valere & tene-
re licet non ſit adhibitus cõſenſus uiri. Et ita
tenet Bal.in d.l.ſi non ſpeciale cũ ſimil.alleg.

Ita dico & conſulo ego Andreas de Alfe-
riis de Cortona. ll. Doctor.

ANNOTATIONES.

a *Contractibus mulierum*. In materia dicti ſtatuti uideas Doct.in Rub. C.de pact.in fin. & per ſcribẽtes in l.aliud eſt uendere.ff.de reg.iur.Marſil.ſingu.447. Alcia.de præſumpt.reg.1.præſumpt.52.nu.6.Tiraq. in tract. de retract. & 1.par. gloſſ. 1. num.200.Rip.reſponſ.1.titu.de reuoc.donat.nume.3. Idem Tiraq. in tract. Le mor ſaiſit leuif. in 1. declar. 7.par.nu.5.& in ll.connubialibus gl.4. num.26.& gloſ.1.num.57.& ſeq.& nume.227. & in l.ſi unquam, in uer.donatione largitus,nume.52.& 152. in quibus locis late congeritur dicta materia, vbi habebis ampliationes,& limitationes, & ne prohibita cõtrahere poterit donare. Iaſ. in l.2.nu.12.ff.de leg.1.

b *Siue contractus*. Fely.in cap.1. nu.23. de ſpõſalib. Arius Pinel. in 1.par.rub. C. de bonis mater.nu. 37. & in regulis nuper adiectis ad Socci.in tract. fallen.reg.88.ſtatutum.

c *Extenditur*. Alex.conſ.3.num.1.l.1.Fely.in cap.à nobis, il primo, nu.6.extra de ſenten.excommu. Duen.lib.1.regu.vtr.iur.regu. 146. conſuetudo non ligat ſubditos.

d *Reſtringenda*. Quia eſt contra ius cum prohibeat contrahere libere,cap.tranſlatione,de offi.legali. Fulg.conſ.66.incip.Ser Guatnerius.Roc.de Curte, in cap.fin.extra de conſuetu.nu. 321. cum ſequentibus.Grauet. de antiquit. tempo. 4. par. in princ.

e *Diſponere*. Quia unuſquiſque in re ſua debet eſſe moderator & arbiter. Marſ.ſing. 548. rei meæ, & 419. licet.

L V D. A L F.

CONSILIVM LXVIII.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum præciſe prohibẽs inducit inhabilitatem perſonæ, quæ prohibitio operatur etiam extra territorium.*

2 *Statutum modificate prohibens, ne contractus fiat ſine certa ſolemnitate, inducit nouam ſolemnitatem, ideo non arctat extra territorium.*

3 *Contractus proprie dicitur, quando eſt ultro citroq; obligatorius.*

4 *Verba in ſtatutis debent proprie intelligi.*

5 *Mulier prohibita per ſtatutum contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, vel mariti poteſt ſine eorum conſenſu adire.*

6 *Aditio non eſt proprie contractus, ſed quaſi.*

7 *Exceptio licet firmat regulam in non exceptuatis, non tamen ea dilatat, vt faciat ea comprehendere, quæ de ſe non comprehenduntur.*

8 *Caſus excepti ſapiunt reciprocam obligationem.*

9 *Dos habet obligationem correſpectiuam, quia vir tenetur ad onera matrimonij.*

ET

ET idem quod ſupraſcriptum
& cõcluſum eſt per eximiũ.
ll. Doctorem Dominum Andream, dico & conſulo ego
Onophrius Bartholinus de
1 Peruſio ll. Doctor. † Nam
a quando ſtatutum præciſe prohibet,[a] tunc inducit inhabilitatem perſonæ, quę prohibitio
2 operatur etiam extra territorium. † Sed quãdo modificate prohibet ne fiat ſine certa ſolemnitate, tunc ſtatutum inducit nouam ſolemnitatem, ideo non arctat extra territoriũ, ſed requiritur ſolẽnitas loci contractus, quia tractat̃ de ipſius abſentia. ff. de euictio. l. ſi fundus. Et de hoc plene per Bar. & Bald. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. Vbi hoc tenet aperte. Inſuper dici poteſt, quòd non ſolum dictum ſtatutum locum non habet propter rationes prędictas, quia non vetat ſimpliciter & præciſe contrahere: ſed ſolum ſine conſenſu viri prohibet, ſed etiam per aliam rationem non puto dictum ſtatutum locum habere in caſu noſtro, quoniam verba ſtatuti prohibent obligationem, & contractũ fieri ſine conſenſu viri: ſed hic neutrum iſtorũ reperitur in caſu de quo quæritur. Ergo ceſſant ſtatuti uerba. Nam obligatio non indu-
b citur, quia fuit contractus donationis,[b] non autẽ incipit à promiſſione, & ſic donans non obligatur. l. Ariſto. in princi. §. fin. ff. de donat. & C. de iure dot. l. 1. Item ex alio uerbo dum prohibet contractum ſine conſenſu uiri nõ
3 habent locũ in caſu noſtro. † Quoniam proprie loquendo contractus accipitur, quando
c vltro citroque eſt obligatorius,[c] vt l. labeo. §. contractu. ff. de uerb. ſignifi. Et hoc dicit gloſ. expreſſe, quòd alij contractus improprie di-
4 cuntur. † Sed in ſtatutis uerba debent accipi
d propriè.[d] l. 3. §. hęc uerba. ff. de nego. geſt. Et hoc expreſſe determinat Ioã. And. in Specul. de ſentẽ. §. iuxta uero. Item eſt nulla ratione litigatorum in additis Speculo. Pro hoc optime quod not. Bar. in l. apud Iulianum in fi. ff.
5 ex quibus cauſ. in poſſ. eat. † Vbi dicit, quod ſi ſtatutum prohibet mulierem cõtrahere ſine cõſenſu duorum propinquorum, vel ſine conſenſu uiri, quod talis mulier ſine conſen-
6 ſu eorum poterit adire hæreditatem. Quia † non proprie eſt contrahere, quod non habet
e locum in ſtatutis,[e] quoniam debent accipi proprie, & maxime quia exorbitant a iure cõmuni. l. quod vero contra. ff. de legi. Et debet intelligi in caſu, quo minus derogetur iuri
f communi,[f] cap. cum dilectus. uerſ. cæterum extra de conſuet. & C. de noxal. l. ſi ſerui ueſtri. Sed in propoſito non fuit contractus ultro citroque obligatorius, quia fuit donatio ſimplex ergo, &c. Idem tenuit Bald. in ſimili quæſtione ſupra poſita. ff. de acquit. hæredi. l. mutuum, vbi confirmat id, quod dicit Bar. in d. l. apud Iulianum in fin. quamuis etiam Bar. tangat in l. more. ff. de acquir. hæred. ſed non ita plenè, & clare ſicut in d. l. apud Iulianum. Nec obſtat, quod certi caſus excipiantur à ſtatuto, in quibus permittitur mulieri, ergo in cæteris prohibetur. l. maritus. C. de procura-
7 toribus. l. cum prætor. ff. de iudi. per gloſſ. † Quia licet exceptio firmat regulam in nõ ex-
g ceptuatis,[g] non tamen eam dilatat, vt faciat in ea comprehendi, quod ſui natura non cõ-
h prehenduntur.[h] l. generaliter. §. vxore. ff. de
8 uſuf. legato. † Præterea caſus excepti ſapiunt reciprocam obligationem, vbi eſt dos & do-
9 natio ꝓpter nuptias, quæ correlatiuæ ſunt. † Item & dos habet aliquam correſpectiuam obligationem, quia vir tenetur ad onera ma-
i trimonij.[i] l. pro oneribus. C. de iure dotium: ergo exceptio declarat regulam in contractibus ultro citroque obligatorijs. Ex quibus concludo donationem prædictam ualidã eſſe, licet forma ſtatuti non fuerit ſeruata. Et ideo ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillari feci ſalua ſaniore.

Ego Andreas Alferius Corronenſis.

ANNOTATIONES.

a *Prohibet.* Si prohibitio dirigitur in perſonam, ſi contrahatur etiam cum iuramento talis cõtractus non firmatur. Couar. in 2. par. releċt. cap. quamuis. §. 2. in prin. de pact. in 6.

b *Contractus donationis.* Et an donatio poſſit dici cõtractus, & comprehendatur ſub ſtatuto prohibente mulierem contrahere, quod cenſeretur etiam donare. Videas Iaſ. in l. 2. nu. 12. ff. de leg. 1. Bello. l. 2. ſup. ior. cap. 2. nu. 1. & conſ. 5. nu. 8. Coraſ. l. 1. miſcel. cap. 23. nu. 8. Duen. lib. in reg. utr. iur. reg. 19. in 6. ampliatione, & 2. limitatione de cõmuni, quod ſit cõtractus nominatus teſtatur Franciſcus Viuius, lib. 1. communium opinionũ, opinio. 84. Donatio tam olim.

c *Obligatorius.* Bello. l. 2. ſupput. iur. cap. 2.

d *Proprie.* Rip. in rub. ff. ſolu. matri. nu. 61. circa medium, Cagnol. in l. 1. num. 9. & 10. ff. de reg. iur. & in l. ſi conſtante. nu. 5. 67. & 83. ff. ſolu. matri. & in rub. extra de cauſa poſſeſſ. & propr. nu. 26. Bello. lib. 4. ſupp. iur. cap. 17. nom. 3. & conſ. 13. num. 13. Tiraq. de pœnis, cauſa 57. nu. 2. Iaſ. in l. omnes populi, nu. 25. de iuſt. & iur. quibus in lo

cis

cis tractatur iſta materia quando proprie, quãdo improprie, &c.

e *Inſtatutis.* Rip. in rub. extra de cauſa poſſ. eſt proprie, nu. 26.

f *Iuri communi.* Bar. in l. omnes populi, in 6. q. prin. & ibi Iaſ. nu. 60. Rip. in rub. ff. ſol. matri. num. 61. Gandi. in tract. malef. in rub. de obſeruat. ſtat. colum. 2. Marſil. ſingul. 15. circa medium ſtatutum. Alciat. in tract. de prçſumpt. in argumentis ſecũdæ regulæ. Rip. in l. 1. nu. 65. ff. de uulg. & pupil. Socci. conſ. 252. colum. 14. l. 2. Ruin. conſ. 28. nume. 5. lib. 3. Deci. conſ. 484. nume. 9. & Socci. cõſil. 88. col. 4. num. 14. circa præmiſſum. Alex. in l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. Et ſtrictiſſime eſt interpretandum etiamſi eſset derogatorium iuris ciuilis. Bello. lib. 4. ſup. iur. cap. 20 nu. 10. & 11. Nec extenditur Bello d. l. 4. cap. 19. nu. 8. & cõſ. 13. nu. 1. Tiraq. de pœn. cauſa 13. nu. 26. Areti. in §. ius autem, num. 18. Inſti. de iure natur. Et aliquando recipit interpretationem à communi uſu loquendi. Rip. in rub. extra de cauſa poſs. & propri. nu. 26. col. 2. in prin. & in reſponſ. 2. num. 2. tit. de conſtitu. & ſtatu.

g *Exceptuatis.* Bello lib. 4. ſupp. iur. cap. 4. nu. 2. & in conſ. 13. nu. 3. Cagno. in l. 1. nu. 25. ff. de regu. iur. dixi ſupra ad conſil. 13. ſub 57. in litera Z.

h *Comprehenduntur.* Cagn. in l. 1. nu. 25. ff. de regu. iur. Dida. Couar. lib. 2. uariar. reſol. cap. 3. Arius Pinel. late in prima par. rub. C. de bonis mater. nu. 38. & ſeq. Plot. in repe. l. ſi quando, nu. 16. C. vnde ui.

i *Onera matrimonij.* Alex. conſ. 78. col. 1. l. 5. & eſt repetitum, lib. 6. conſ. 26. Socci. conſ. 64. lib. 4. Ang. de Caſtro l. 1. conſiliorum matri. diuerſorũ, conſ. 31. nu. 7. ſupra conſ. 32. nu. 2. ſupra in mea alleg. 8. poſita ad finem huius uoluminis.

LVD. ALF.

CONSILIVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Societas tacita & præſumpta dicitur inter fratres ex communione & non conuentionalis maxime ſi vnus ex fratribus eſt minor.*

2 *Onus dotandi filiam pertinet ſolum ad Patrem.*

3 *Si vnus ex fratribus permanens in communione cum fratribus, dotauit filiam ſuam, debet in diuiſione bonorum computare dictam quantitatem dotis in ſuam partem.*

4 *Si vnus ex fratribus ſtantibus in communione condemnetur propter aliquod maleficium non reſpiciens cõmunem vtilitatem, nec fuit commiſſum reſpectu cõmunitatis, dicta condemnatio debet ſolui & imputari in partem, & de parte delinquentis.*

5 *Si vnus ex fratribus ſtantibus in communione aliquid expenderit, vel profluit meretricando, vel male ſe habendo, debet in ſuam partẽ computari, & non ab altero aliquid habere.*

6 *Si alter ex fratribus extantibus in communione, meretricando, vel male ſe habendo, auget ſocietatem in aliquo non compenſantur id quod acquirit.*

7 *Quilibet ex fratribus extantibus in communione, qui nuptias facit debet computare tales ſumptus in ſuã partem.*

8 *Si vnus ex fratribus extantibus in communione recepit dotem & probet eam profuiſſe in communi vtilitate, tunc ipſa dos debet deduci de communi.*

9 *L. 2. ff. famil. hercif. in quo caſu loquatur.*

10 *Si vnus ex fratribus extantibus in communione contraxerit debitum, niſi probetur vſus in cõmuni vtilitate, alij non tenentur.*

IN Nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. In cauſa iſta inter p̃dictos Vergarium, Iacomellũ, & Ioan. aliàs conſultus ſuper diuiſione bonorum ipſorum inter eos fienda, quod de nouo mihi proponitur per prçfatos acquiſita Cola & Petrum & etiã præfatum Vergarium fuiſſe ſolutas quãplures quantitates pecuniarum pro dotibus eorum filiarum, & etiam pro condemnationibus pro ipſis factis reuocatis in dubium, quoniam dictæ quantitates debeant detrahi & de
1 cuius portione. † Ideo ad euidentiam ego
præmitto, quod hic nos tractamus de quadã
ſocietate incidenti & tacita ſi qua eſt, & non
ſocietate conuentionali, & expreſſa iux. not.
in l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de admi-
niſt. tutor. & præcipue hic cum Ioannes Do-
minicus fuerit minor 25. an. eſt iſta ſocietas
a tacita.[a] † Et ideo dico, quod ſi quis ex manili-
2 bus in dicta communione dotauit filiã ſuam,
b cuius onus ſolum ad ipſum pertinebat,[b] uel
dotauit aliam perſonam extraneam, quod dotandi onus non pertinebat ad dictos ſtãtes in
3 d. communione. † Quod illam dotem, & illã
quantitatem dotis quam pendit, debet computari in ſuam partem, ita quod totum illud ipſe ſoluit pro dicta dote de ſua parte deductæ, niſi per pacta inter ipſos aliter eſſet conuentum, per text. ff. pro ſocio. l. ſi ſocius pro filia. hoc tenet Speculat. in tit. de iudi. §. ſequitur uidere. uerſ. Quid ſi unus ex fratribus. & tenuit Bal. in auth. ex teſtamento. C. de collatio. in 2. q. Et hoc de dotibus ſatis per ipſos
4 manentes in d. cõmunione. † Super ſecundo
videlicet de condemnatione per aliquem ex dictis fratribus ſtantibus in d. communione. Et in hoc eſt dicendũ concluſiue, quòd ſi maleficium, propter quod ipſe eſt condemnandus non reſpiciebat communem vtilitatem,

nec

nec ſiebat reſpectu communis vtilitatis, di-
ctas condemnationes debere ſolui & impu-
tari de parte & in partem delinquẽtis, l.cum
duobus.ſ.ſi fratres parẽtum, aliàs. l.ſi fratres.
ff.pro ſocio,& ibi per Bar. & tenet Speculat.
in d.§. ſequitur. verſ. quid ſi alter ex cohære-
dibus, & tenuit Bald. in d. auth.ex teſtamen-
to, & probatur in d.l.cum duobus.§.per con-
trarium, aliàs eſt ibi in l. Papinianus. §.ſi fra-
5 tres.ff.pro ſocio.† Quicquid enim talis ex ma
nẽtibus in dicta ſocietate expẽdidit,vel pro-
fluxerit meretricando, vel male ſe habendo,
in ſuam partem debet computari, & non ab
altero ſuo aliquid habere. tex.eſt in l.adeo in
fin. ff. pro ſocio, & tenuit gloſs. in d. §.ſi fra-
6 tres.† Adeo quod non compẽſantur ob eam
auctam. ff.pro ſocio, & tenet Specul.in d. §.
7 ſequitur. verſ. quid ſi alter ab hæredibus †Et
idem in d. communione, qui fecit nuptias ta
les ſumptus in ſua parte computet. ff.de mu-
ner. & honor.l.qui originem.§.fin.& ibi Bar.
& in l.1. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bonor.
Et Specul. in d. uerſ. quid ſi alter à cohæredi-
8 bus.† Super dotibus receptis per alium exi-
ſtentibus in communione,dico,quod ſiquidẽ
probatur, quod talis recipiens dotem, eam
poſuit in communi vtilitate, tunc iſta dos de-
bet deduci de communi. Si autem non pro-
bat per ipſum recipientem ipſam dotem eſſe
conuerſam in communi vtilitate, tunc non
c detrahitur[c] de communibus bonis.ibi tenet
expreſſe Specul. in d.ſ. ſequitur. Videatur
uerſ. quid ſi communione monile dos ab al-
tero eorum eſt recepta. Ita intelligit ipſe,ibi
9 tex.l.actione.§.fin.ff.pro ſocio.† Non obſtat
l.2.ff.fam.hercíſ. quia ibi loquitur de dote re-
cepta per patrem plurium filiorum, quo caſu
mortuo patre, filius, qui ſubſtinet onera ma-
trimonij percipit dotem uxoris ſuæ. Nos au-
tem loquimur de dote recepta per vnum ex
manẽtibus in d.communione. Et idem tenet
Bald. in l.ſi patruus. C. communia vtriuſque
iud. Non enim ſunt obligati alij ad dictã do-
tem ratione contractus, vt ex verbis contra-
ctus apparet,quia de eis nõ loquitur, alio mo
do non poſſunt obligari, ſi non ſunt pecuniæ
verſę in communem vtilitatem.l.iure ſocieta
10 tis. ff. pro ſocio. † Et idem dico ſi vnus ex di-
ctis fratribus contraxiſſet debitum, vt niſi
probetur verſum in communem vtilitatem,
alij non tenentur, ita tenet Specul. in d.§.ſe-
quitur videre. uerſ. Quid ſi duo fratres, vt alij
habent bona communia. Cum ergo in caſu
noſtro non poſſit dici ſocietas omnium bo-
norum expreſſa, immo tacita & præſumpta
ex dicta communione, maxime cũ d. Io.pro
maiori parte dicti temporis,quo ſteterunt in
d. communione minor 25.an.fuit,ſecũd.not.
per Bar.in d.l.Titium & Meuium.ſ.altero. Vt
concluſiue loquar ſunt prædicta de parte il-
lius, qui pręd ictos ſumptus fecit, deducenda.

Andreas Alſerius Cortonenſis II. Doctor.

ANNOTATIONES.

a *Societas tacita.* Addit. ad Alciat. in tract. de præſumpt.reg.1.pręſumpt.25. ſub num.2. Folle. in addi. ad Marant. de ord.iud in quarta par.4.diſtin.nu.3. cum ſequentibus.

b *Pertinebat.* L.obligamur. §. lege. vbi gl. de actio. Rip.in l.1.nume.12. 55.cum ſequen.& l.2.colũ. 9.ff. ſolut.matrimon. Bald.conſ.456.recolo.l.5. Brun.in tracta.de ſucceſſ. ab inteſt. in prima par. in 9. ar. 2.quęſtionis, nu.50. etiamſi eſſet ſpurius Duen.lib.1.reg.vtri.iur.reg.376.in 3.ampliat. Couaru. in epitome de ſponſal. cap.8.in 2. par. ſ.6. num.11.

c *Detrahitur.* Alex.conſ.66.uiſo themate per totũ. lib.4.vbi ſubſcribentes.

LVD. ALT.

CONSILIVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
Intellige, vt infra nu.15.
2 *Societas præſumitur diuiſa quando tacito conſenſu ſocij res ſocietatis tenentur à ſocijs diuiſę.*
3 *Societas poteſt tacite contrahi.*
Societas tacite inducitur quando res communiter tenentur d.nu.& nu.11.
4 *Actus ſufficiens ad diſſoluendum idem eſt ſufficiens ad inducendum.*
5 *Factum ab hærede quod non erat neceſſarium fieri ab eo vt hæres non venit in iudicio familiæ herciſcundæ.*
Intellige, vt infra nu.16.
6 *Societas præſumitur ex emptione facta communi nomine.*
7 *Clericus eſt miles cęleſtis militię & priuilegia commilitum habet.*
8 *Caſtrenſia vel quaſi, dicuntur bona quæſita à clericis ex præbenda.*
9 *Lucra quęſita per vnum ex ſocijs alijs communicũtur;*

10 *Caſtrenſia bona non ueniunt inter fratres diuidenda, & nu. 22.*

11 *Argumentum à conſequenti deſtructo valet.*

13 *Societas inter fratres non videtur contracta licet retineant hæreditatem communiter, ſi nullus vel tantum alter mercatur & alius non, vel ſi omnes mercãtur & lucra non ponunt in communi.*

14 *Lucra & damna prouenientia ex hęreditate, & non aliunde inter fratres ſtantes in communione ſunt cõmunicanda.*

17 *Clericus ſi aliquid acquirit ex præbenda, mortuarijs & ſimilibus an teneatur communicare alijs fratribus ſtantibus in communione, & nu. ſeq.*

18 *Relicta in teſtamento vel donatione cauſa mortis non veniunt in ſimplici ſocietate, ſed ſolum veniunt quæſita ex induſtria & opera.*

19 *Data clericis pręſumuntur data contemplatione diuini officij & ratione adminiſtrationis ſui.*

20 *In ſocietate expreſſa non veniunt quæſita vel relicta intuitu perſonę.*
Relicta intuitu perſonę non veniunt in ſocietate expreſſa d. num.

21 *Actus præſumptus non extenditur vltra rem ex qua prę ſumitur.*

23 *Emptio facta communi nomine vel de pecunia vnius fratris & ex redditibus clericorum an ſit commune cum omnibus vel detur repetitio.*

24 *Pœnę ſeu condemnationes ſolutę propter delicta commiſſa ab vno ex fratribus vel ſocijs debent ſolui de parte delinquentis.*

25 *Pręſumitur pro ſententia.*

26 *Frater ſi expendit meretricando vel ludendo in partẽ ſibi imputantur.*

27 *Munerum genera multa ſunt.*

28 *Onera perſonalia quædam ſunt quæ ſolum habẽt ſumptum vt per angariæ & quædam alia quæ non habent ſumptum vt angariæ.*

29 *Onus perſonale clericis indici non poteſt, & num. 32. & ſeq. vbi limit.*

30 *Onera perſonalia debent imponi perſonis ſubditis.*

31 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione iudicis ſecularis. Et a ſolutione onerũ perſonalium. ſupra num. pręced. & infra num. ſeq.*

32 *Clerici debent cuſtodire muros ciuitatis quando adeſt periculum, quia tunc vigilatur etiam pro cuſtodia Eccleſiarum.*

33 *Tributum quod dicatur.*

34 *Poſſeſſiones tributariæ transeunt etiam ad Eccleſiam cum onere ſuo.*
Clericus quando teneatur ad tributum. dicto numero.

35 *Datia ſeu collecta, quæ dicantur, & an pro rebus Eccleſię poſſint imponi.*

36 *Collecta an poſſit imponi clerico pro bonis & poſſeſſionibus quę non ſunt Eccleſiæ, & nu. ſeq.*
Quid in quæſitis ex mercatura, vel induſtria. ibi.

37 *Collecta debet imponi perſonæ ſubiectæ iuriſdictioni imponentis, & non ſufficit imponentem habere res pro quibus collecta imponitur in ſua iuriſdictione, ſi ille cui imponitur non eſt ſubiectus.*

38 *Priuilegia principum ſunt late interpretanda, maxime in fauorem clericorum.*

39 *Collecta dicitur munus ordinarium quando imponitur perſonę pro rebus, contra nu. 40.*
Clericus an excuſetur à munere ordinario, dicto nu. & ſeq.

40 *Munus ordinarium dicitur quando imponitur per legem vel ſtatutum.*

41 *Statutum factum contra ea quę clerici habent in priuilegium clericos non comprehendit, nec valet.*

42 *Excommunicati ſunt ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam ac etiam impone͂tes onera Eccleſiaſticis perſonis.*

43 *Gloſ. in l. Placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. quomodo intelligatur.*

44 *Clericus an & quando pro rebus ſuis teneatur contribuere & ſoluere tributa & collectas.*

45 *Dos data filio ab uno ex fratribus ſtãtibus in communione an debeat deduci de bonis paternis, cum nume. ſequen.*

46 *Frater non tenetur facere nuptias pro fratre ducente uxorem, nec dotare ſororem, nec neptem pro fratre, & nu. 48.*

47 *Dotare filiam vel neptem officium Patris & Aui eſt.*

49 *Gloſ. in l cum in plures. ff. de admi. tut. quomodo loquatur.*

50 *Dos præſumitur data de bonis illius qui tenetur mulierem dotare.*

51 *Dos data filiæ ab uno ex fratribus ſocijs præſumitur data de bonis dotantis & non alterius fratris.*

52 *Pactum quod non eſt vicißitudinarium non valet.*

53 *Socij adinuicem rationem reddere debent de adminiſtratis, ſiue ſit ſocietas tacita ſiue expreſſa.*
Fratres an debeant reddere rationem adinuicem adminiſtrationis ſi ſocietas inter ipſos tacente ſit contra cta d. num.

QVIDAM nomine Mutius ſupſtitibus duobus filijs ab inteſtato deceſſit quorũ vnus vocatus eſt Simon, alius Angelus & dictis fratribus alio hęreditas obuenit, & eas hęreditates ſimiliter tenuerunt, & communiter in domo viuebant, & D. Angelus dicta bona cõmunia adminiſtrauit per aliquod tẽpus, quouſque ipſe factus eſt clericus, & quod plus eſt eccleſiæ curam tunc habuit, & tunc ipſe dimiſit adminiſtrare, & incepit dicta bona hæreditaria com-

munia

uiuia adminiſtrare dictus Simon, &
ſumptis in domo de dictis bonis, vt pri
mo fecerunt; ita & tunc faciebant, &
dictus Angelus clericus quod lucrabat
vt ex relictis ſibi presbytero factis, &
ex mortuarijs ſibi retinebat, & ſi ali-
quid dicto Simoni dabat ſcribebat, &
ſi ex redditibus eccleſiæ dicto presby-
tero aliquid tangebat dictus Simon ip
ſe reddebat rationem dicto clerico Di-
ctus Simon plura delicta tempore eius
vitæ cõmiſit, ita quod plures condem-
nationes ſolutæ fuerunt de communi,
item plura datia, & collectas commu-
ni ſoluit, & filiam habuit, & ei dotem
dedit, & plures impenſę communi no-
mine amborum fratrum reperiuntur
factæ. Modo quæritur cum dictus Sĩ-
mon deceſſit inteſtatus relicta vna fi-
lia, quæ vult cum eius patruo diuidere.
An quæſita per dictum clericum de-
beant communicari. Secundo an con
demnationes prædictæ ſolutę debeant
ſolui de cõmuni an de parte delinquẽ-
tis tantum. Tertio an dicta datia, ſeu
collectę debeant ſolui de parte laici, &
non clerici an vtriuſque. Quarto an
dos debeat eſſe data de parte Simonis
tantum, & an quilibet eorum debeat
reddere rationem temporis quo admi
niſtrauit.

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti, Amen. Ad
a euidentiam [a] dicendorũ prę
mitto arguendũ fore an ali-
qua ſocietas ſit contracta in
ter fratres prædictos, & vide
1 tur quod ſic. Quia † contrariorum [b] eadem
b eſt diſciplina l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel ali.
iur. Plura per Bar. ff. de verb. oblig. l. inter ſti-
2 pulantem. §. ſacram. Sed ita eſt † quòd tacito
conſenſu ſocij tenendo res ſocietatis diuiſas
præſumitur ſocietas diuiſa vt l. itaque ff. pro
3 ſocio. ergo, & hic † tacito conſenſu tenendo
res communiter inducitur tacitã ſocietas cũ
tacite poſſit contrahi, vt l. . . . ff. pro ſocio
4 cum † actus ſufficiens ad diſſoluendum inter-
uenerit ad inducendum arg. inducendo per
contrarium, vt ſupra dixi l. ſi vt proponis l. 2.
C. de nupr. authen. de defenſor Ciuit. §. ſed
interim. col. 3. pro quo notat gloſſ. C. com-
muni diuid. l. ſi maior. Et quod not. per Bart.
ff. de acquiren. hered. l. qui in aliena. §. ſed ſi
noui ff. de vſur. l. cum de in rem verſo cum
5 multis ſequent. Secundo † ſic probatur il-
lud ꝙ quis facit quod non habet neceſſe fa-
cere, vt heres non venit in iudicio famil.
herciſc. vt ff. famil. herciſc. l. enim, & l. vt pu-
to, & l. veniunt, & l. qui erat, cum multis ſi-
mil. & C. de negot. geſt. l. 3. & not. per Bart.
ff. de verbo. oblig. l. 2. §. ex his, & §. Item in fa-
cto. Sed ſtare in iſta communione, admini-
ſtrare dicta bona, & ſumptus in domo face-
re non facit quod ex neceſſitate hereditaria,
ergo intelligatur facere alio modo ſcilicet vt
ſocius pro hoc faciat cum ætas nõ repugnet
vt in l. in conditionibus. ff. pro ſocio. Quia
vterq; iſtorum erat habilis ad ſocietatem ra-
tio inuicem non reddita, vt l. procula ff. de
probat. & ff. de donat. inter vir. & vxo l. ſi ſer-
uus. & quod plene not. per Bar. ff. ſol. matrim.
6 l. quæ dotis. Pro hoc † ſi inſtrumenta emptio-
num communi nomine factarum arg. l. præ-
dijs. §. ſi. de leg. 3. per Bart. l. Titium, & Meuiũ.
§. altero ff. de admin. tut. Sed dixi ꝙ ex emptio
ne communi nomine facta pręſumatur ſocie
tas, clarius probatur meo viſu. C. pro ſocio. l.
cum proponas. per hoc accedat in ſimili. ff. de
concubi. l. in concubinatu, & ff. de ritu nupt.
l. in libere. Si ergo videtur tacite contracta ſo
cietas reſtat dubium an quæſita per dictũ cle-
ricum debeãt communicari, & in hoc dubio
arguam pro vtraq; parte. Et videtur primo ꝙ
7 debeant communicari, quia † clericus dicitur
miles cœleſtis militiæ conmilitũ preuilegia.
habet l. miles in princ. ff. de re iud. & l. filius §.
8 miles ff. de procur. adeo † ꝙ quæſita a clerico
ex dicta præbenda dicitur caſtrenſe vel quaſi
l. ſacroſan. C. de epiſ. & cler. & auth. presbyte
ros. C. eod. tit. & quòd not. per Bart. ff. de ne-
9 got. geſt. l. litis. §. pater talia † lucra quæſita
per vnum ſocium communicantur, vt l. cum
duobus. §. Idem pap. ait ſi inter fratres ff. pro
ſocio, ergo iſte presbyter debet talia lucra
10 communicare. In contrarium facit quod †
lucra caſtrenſia non veniunt inter fratres di-
uidenda. l. ſi filius. C. famil. herc. & ff. de coll.
bo. l. 1. §. nec caſtrenſe, ergo & hic non debet
communicari.

Breuiter dic hoc non inſiſtendo licet in hoc dubio iura proxime allegata ſint contraria tamen circa rationem diuerſitatis nõ inſiſto quia aliter determinabo. Et redeo ad illud ꝙ promiſi & dico quòd hic nullo modo eſt cõ
11 tracta ſocietas ꝙ ſic probatur † ex ſola retenta communi hæreditate à fratribus non videtur cõtracta ſocietas l. ex parte §. ſi filius ff. fa. habere ſed hic ſola hereditas preſupponitur fuiſſe communiter retẽta & nil aliud actum, ergo non poteſt videri contracta ſocietas.

Secundo, ſic ſi ex ſola retentione communiter hereditatis præſumeretur ſocietas contracta hoc præſumeretur ſtatim, vel ſaltẽ ſpatio decem annorum, vt probatur in d. l. ſi maior C. communi diui. ergo illo tempore tolleretur actio familiæ hærciſc. & competeret acti pro ſocio. at iſtud eſt ſalſum quia primo durat triginta annis actio familiæ herciſcundæ ad diuiſionem petendam, vt C. de annali excep. l. 1. & quod infra per doct. & Bart. videtur dicendum ꝙ naſcitur actio familię herciſc. quando vnus vult diuidere, &c. ergo patet ꝙ ex ſola retentione cõmunione non vi
12 detur cõtracta ſocietas, & procedit iſtud † argumentum à conſequenti deſtr. vt l. nam ſi hoc verum. ff. de in rem verſo.

13 Tertio, ſic † licet enim fratres retineant hereditatem communiter, ſi tamen nullus, vel alter ipſorum tantum mercatur, & alius non, vel ſi mercantur omnes, lucra non ponunt in communi, ſocietas non debet videri contracta, vt not. in l. ſi patruus C. cõia vtriuſque
14 iudicum, & d. §. altero per Bar. † non enim veniunt tunc niſi lucra, & damna obuenientia ex dicta hereditate in communi, non autem aliunde deueniẽtia, vt ff. pro ſoc. l. cũ duob. §. pap. alias eſt lex quæ incipit ſi fratres parẽtũ.

Sed hic in caſu noſtro ſolum laicus mercabatur, & non clericus ergo non poteſt videri aliqua ſocietas contracta cum ipſe quæ quærebat ex eccleſia ſibi retinebat nec in communi ponebat. arg. not. in d. l. ſi patruus, & hoc ſcilicet, ꝙ eſſent ſocij inter eos non ſuit actum. arg. d. l. ex parte §. ſi filius per hoc faciat quia vt aſſeritur dictus clericus ſcribebat quãdo mutuabat aliquid dicto ſempronio, & ſic patet quòd non intendebat ei communicare, ergo &c. arg. l. non omnis ff. ſi cert. pet. & l. in ſeruus ff. de neg. ge. quòd infra per Bart. & l. qui in aliena prope fi. ff. de acq. heredit. & l. nuda ff. de dona. &c. contra per Bart. & in l. non ſolum §. morte ff. de nou. ope. nunt. & infra clarius per Bar.

Non ob. primum arg. dum dicitur contrariorum eadem debet eſſe diſciplina &c. quia illud eſt verum ſi ratio in quolibet contrariorum eſt eadẽ, ſed hic etiam eſt diuerſa ergo, &c. vt not. in d. §. ſacrã. quòd ſit diuerſa patet quia quando ſocij tenent diuiſim bona nihil aliud poteſt præſumi niſi diſſolutio ſocietatis nec poteſt præſumi ꝙ aliud. . . . hoc ita tenent niſi ꝙ velit ſocietatem diuidere. ſed hic eſt alia ratio quia non tenent, vt ſocietate velint contrahere, ſed quia in hac communione inciderunt, non enim ex ſola communicatione communiter, & quòd communiter res agatur pręſumitur ſocietas l. vt ſit pro ſocio actio. ff. pro ſocio. & per hoc facit quòd ſupradixi ſupra in 1. arg. pro hac parte.

16 Non † ob. ſecundum arg. quia facit potius pro, quam contra. quia ea quę quis facit ex voluntate licet nõ veniant in actione famil. herciſc. non tamen veniunt in act. pro ſoc. ſed in act. negociorum geſtorum, ergo patet quòd non eſt contracta ſocietas, & ex alia cauſa poſſunt dicta bona retineri cõmuniter quàm ex ſocietate §. ex hæreditaria, id eſt quia ex hæreditate communi eis obueniunt in hac cõmunione inciderunt.

Non obſtat ꝙ ratio nõ fuerit reddita. quia illud eſt verum in dubio, ſed hic ſumus in caſu certo ꝙ ſocietas non eſt cõtracta. pro vt aſſerit contra in facto ꝙ ille laicus de eo quod tangebat de bonis iſtius clerici ſibi reddebat rationem.

Non obſtat, quòd emptiones fuerunt factæ communiter: quia dico, ꝙ illud eſt quòd videtur facta ſocietas in illa re quæ eſt communiter empta. Concluditur ergo quantum ad primum ꝙ præmiſi, ꝙ nulla ſocietas eſt contracta; ſed ſolum videtur facta retentio communiter ex cauſa hereditaria, & ad diuidendũ competit iudicium famil. herciſ. & non actio pro ſocio.

17 Ad illud † ꝙ quæritur an quęſita per iſtum clericum debeant communicari, & vere dicendum eſt ꝙ non per d. l. ſi filius. quia ſolum res hęreditarias, & non obuenientia debent diuidere. & ſi non obſtat, quod extra hoc dubium allegaui, primo vt communicarentur
18 quia ille §. idem pap. ait ſi inter fratres, loquitur vbi eſt ſocietas expreſſe contracta. hic vero nulla eſt expreſſe contracta ergo, &c.

Secundo, hoc probatur poſito ꝙ aliqua ſocietas diceretur contracta eſſet ſocietas ſim
19 plex: ſed ita eſt. † quòd in ſimplici ſocietate non veniunt relicta in teſtamento, vel donatione

natione cauſa mortis. vt l. cohiri & l. nec
audiuit. ff. pro ſocio. quia ſola quæſita ex in-
duſtria, & opera perſonæ in tali ſocietate ve-
niunt, vt l. quæſtus ff. pro ſocio, ergo hic data
pro eleemoſyna iſti presbytero non debent
cum non quærantur ex induſtria perſonę, ſed
ratione diuini officij. arg. C. de de epiſc. & cle.
ante licentiam, & extr. de teſta. c. requiſiſti &
per Inno. in c. cum in officij. c. iij. & de ſucep.
ab inte. C. ſancte, & quod habetur 11. q. 2. c. ſit
ſcilicet manifeſte.
19 Eſt enim † pręſumendum ſemper ꝙ fuerit
datum contemplatione diuini officij, & non
intuitu perſonæ. argum. l. non plures. C. de
ſacroſanct. eccl. in glo. & l. annalia §. 1. ff. de
annu. le. & ꝙ ibi per Bart. maxime cum pro-
ponatur talem clericum habuiſſe eccleſiam
curatam, & eius regimen, & adminiſtrationē
habebat, & ſic potius videtur data ratione ad-
miniſtrationis rei eccleſiaſticæ, & ratione di-
uini officij. arg. not. in l. ciuibus ff. de re. du.
per Bart. patet, ꝙ pręſumatur data potius con-
templatione diuini officij quam, vt perſonæ
ſingulari eſt fauor animarum dantium vel re
linquentium: quia ſi contemplatione diuini
officij, & tanquam perſonæ eccleſiaſticę da-
tur nulla orationis macula impedit orationis
officium pro dignio. 1. q. 1. ſi fuit. de conſe-
cra. diſt. 4. quomodo. ſed ſecundo caſu tamen
impedit ergo eſt præſumendum quod fauora
biliter animæ dantis. arg. l. ſancimus C. de ſa-
croſan. eccle. cum talia relicta dicantur pro
anima, vt not. l. ſi quis Titio de leg. 2.
20 Tertio † ſic in expreſſa ſocietate non ve-
niunt quæſita contemplatione perſonę vide
licet ſi ſocietas fuerit cauſa amicitiæ ſecundū
Bar. ff. ſol. matr. l. ſi not. §. Item quicquid per l.
ſocium qui in eo. in fi. cum l. ſe. ff. pro ſocio &
quanto magis in hac ſocietate tacita & præ-
ſumpta ſi aliqua dici poſſet non venient iſta
quæſita per clericum cum ſocietas non fuerit
nec pręſumatur fuiſſe cauſa proxima, vel re-
mota dicti lucri. arg. l. qui propo. §. procur. ff.
de procu. & quid ibi per Iac. Bu. & glo.
Quarto, ſic ſi hic eſſet aliqua ſocietas, eſſet
21 ficta & pręſumpta, ſed ita eſt ꝙ actus † pręſum
ptus non extenditur vltra rem ex qua pręſu-
mitur, vt C. ne ux. pro mar. l. ſi. ff. de in. atq. pri
ua. l. 1. §. ſi quis interdum, & ibi per Bart. pro
hoc ff. de admin. tu. l. tutorum qui poſt §. qui
ſe in fi. §. ſed hic in quæſt. noſtra res ex quibus
hoc poteſt pręſumi ſit ſolum res hęreditaria,
& lucra, & damna ex eis prouenientia, quia
ea ſolum fuerunt communiter retenta, ergo
extra res hereditaria non poteſt præſumi ali-
qua ſocietas, ergo quæſita per dictum presby
terum nō ſunt communicanda, cum fuerint
quæſita extra res hereditarias, & nunquam in
communi fuerint poſita. cum ergo ſolum res
hereditarias tenuerint communiter de eis tā-
tum, & lucris, & damnis inde prouenietibus
ſi aliqua ſocietas poſſet dici cōtracta, eſſet in
eis & nō in alijs ff. p ſoc. l. cū duob. §. pap. alias
incipit l. ſi fratres. Et ideo cum nullo modo,
vt ſupradixi, aliqua ſocietas poſſet dici con-
tracta, & ſi poſſet dici; tantum concluderetur
talia quæſita per dictum clericum nō debere
cōicari, & maxime quia quęſita à clerico vide
licet ex eius induſtria tamen dicuntur eſſe fa
cta ſacræ religionis, vt l. 2. C. de epi. & cle.
22 Nec ob. † ꝙ dicantur caſtrenſia. l. ſacroſan.
C. eod. tit. & ideo cōmunicāda d. §. Idem pap.
ait quia eſt verum ꝙ ſunt caſtrenſia. quantum
ad hoc vt de eis clericus poſſit diſponere.
Nec obſtat d. §. Idē pap. quia loquitur quan
do expreſſe hoc eſt dictum, vt ibi patet, con-
cluditur ergo dictum clericum dicta lucra pręę
23 cipua habere. Ex † quo concludo ꝙ ſi emptio
c alicuius rei eſſet facta communi nomine [c], &
tamē eſſe ſoluta de pecunia iſtius clerici quę-
ſita ex eleemoſyna, vel ex rebus eccleſiæ, pre
tiū ꝙ ſoluiſſet pro parte poſſet repetere. arg.
pręalleg. l. cum proponas. in fi. C. pro ſoc. per
hoc optime quod not. Bart. in d. l. litis §. pater
ff. de negot. geſt. Similiter dico ꝙ ſi probare-
tur ꝙ dictus presbyter ſoluiſſet de dicta pecu-
nia aliquid pro dicto laico, ꝙ ab eo poſſet re-
peti arg. dictorum iurium, & quod plene not.
in l. fratri à fratre. ff. de cond. inde. niſi feciſſet
animo donandi arg. eius quod not. per glo. in
l. ſed ſi ego. ff. ad Velleia. & ff. ſi cert. peta. l.
cum quid per Bar. ſi autem eſſet emptum ali-
quid de pecunia communi, ſiquidem commu
ni nomine bene quidem quia eſſet communi
ſi autem nomine proprio alicuius eorum eſ-
ſet ementis contineretur portionem pretij
reſtitueret alteri fratri arg. d. §. altero ſæpius
altera, & l. ſi patruus. C. communia, vt vidi.
24 Super eo vero de quo quæritur an † pene
condemnationes ſolute propter delicta com
miſſa ab aliquo ipſorum dico ꝙ ſine dubio ſi
delicta fuerunt commiſſa poſt mortem eorū
patris debent ſolui de parte delinquentis, &
non de communi ff. pro ſoc. l. adeo in fi. & l.
cum duobus. §. fi. & not. per Bart. in d. l. ſi fra-
tres per hoc quod not. in l. 2. §. ex hijs & §. Itē
in facto, & l. eadem §. cato. ff. de verb. oblig.
per Bar. & per hoc ff. fam. herc. l. inter cohe-
redes

redes.§. vſufr. & l.heredes.§.an.ea. & §. idem
iure cum ſimi. & per hoc bene facit quod di-
citur d. §. filius.l.ex parte.ff.famil.herc.

Nec obſtat ſi diceretur ꝙ ſententia fuerit
25 iniqua quia † pro ea præſumitur. ff. de euic.
l.heremus.§.gaia, & C.de offic. ciuil. iud.l. 3.
max. cum non fuerit appellatum arg. l.ab eo.
C.quomodo & quando iudex, & per hoc, ꝙ
ille contra quem eſt lata ſententia ſibi de-
beat imputare facit.l.ſi per imprudentiam. ff.
de ciuit.clarius,& melius in l.except. ff.de fi-
deiuſ.per Bar. vbi bene probatur ꝙ nõ poteſt
ſocio, vel fratri aliquod onus ex hoc impone
re. Et quod dico de pęnis ſolutis propter eius
maleficium, vt de eius parte tantum compu-
26 tetur: idem dico de eo quod † alter frater ſpẽ-
didit meretricando, vel ludendo ad earundẽ.
arg. l.ſi non §.adoleſcens.ff.man. & C.de col-
lat.auth. ꝙ locum, & quod not.in auth. ex te-
ſtamento.C.de collat.per Bald.in 16.cap.

Super eo vero quod quæritur de ſolutis ꝓ
datijs collectis, & alijs impoſitis à communi,
dico ꝙ licet multa poſſent ex hoc dici, tamen
cauſa breuitatis venio ad illud quod mihi vi-
27 detur verius. quod † licet multa ſint genera
munerũ quia quædã perſonalia, quædam rea-
lia, & quædam mixta, vt plene not.in l.flauia.
ff.de mu.& ho.& per glo. C. de mune. pat. ſu-
per rubr. & C. de excu. tut. l. voluptarie per
Cyn.& per Bart.C.de mulie.& in quo lo.l.ita
lib. 11. & tangitur in rubr. C. de anno & tri-
but. lib. 10. Actamen non inſiſtendo. dico
28 † ꝙ onera perſonalia quædam habent ſum-
ptum. vt per angarie, quædam habent ſolum
onus perſonæ ſiue ſumptu, vt angarie, vt pro-
batur. C.de ſacroſan.eccl.l.neminem, & ext.
29 de immun.eccle.c. non minus in glo.& iſte †
non poſſunt aliquo modo clerico indici, vt
dictis iuribus, & C.de epiſ.& cler.l.2. & auth.
presbyteros.

Et ratio eſt duplex primo, ne ſe immiſceãt
clerici rebus profanis, & propter temporalia
diuinum officiũ retardetur.l.repetita.C.epiſ.
30 & cler. & de teſta. l. conſulta ſecunda ratio †
eſt quia iſta onera perſonalia debent imponi
perſonæ ſubditæ l. 1.ff.de tut.& cur.da.ab hijs
cum ſim. quod in l.ciues. C. de incol. lib. 11.
31 ſed † clericus eſt exemptus a iuriſdictione iu
dicis ſecularis, vt C.de epiſ.& cle. auth.ſtatui-
mus, & extr. de fo. compe.c. ſi diligenti, & c.
ꝓpoſuiſti, & de iudi.c. at ſi clerici, cũ ſim. ergo
ei non poſſunt imponi, & hoc tenet expreſſe
Roſ.in tit.de immu. eccl. & hoc probatur ex-
preſſe.C.de ſac.ſan.eccl.auth. Itẽ nulla cõitas.

Patet ergo ꝙ onera perſonalia nullo mo-
do clericis poſſunt imponi, ſiue dicta onera
requirant ſumptum, ſiue non: niſi in caſu.
32 ſi cum Ciuitas eſſet in diſcrimine; quia † tunc
propter commune periculum clerici debent
cuſtodire muros ciuitatis, vt alij, ſi tunc eſſet
periculum, quia tunc vigilatur pro cuſtodia
eccleſiarum, vt aliorum ſecundum Hoſt. &
Inno.& pro hoc 23.q.4. c.igitur, & c.ſæpe, &
c. ſi, & ita intelligit Io. And.c. peruenit extra
de immuni. eccle. & ita etiam tenet Roſ. ſu-
per dicto tit.de immuni. eccle. fallit etiam in
caſu l.neminem, & l.ad inſtructionem. C.de
33 ſacroſan.eccle. Eſt † & aliud munus reale, vt
eſt onus impoſitum rei quod dicitur tributũ,
vt not.in rub. de anno.& tribu.C.lib. 10. vt ꝙ
de prædio ſoluantur tot corbes frumenti, vel
34 tot ſegetes vini, & † tunc tales poſſeſſiones
dicuntur tributariæ, & tranſirent ſine dubio
ad eccleſiam, vel ad clericum cum onere ſuo,
& pro illis deberet ſolui tributum à clerico,
vt not.in l.de hijs C.de epiſ.& cle. & l.placet.
C.de ſacroſan.eccle.& l.iubemus nullam na-
uem, ꝙ hoc 11.q. 1.c. ſi tributum, & 13.q.vlt.
c.tributum, & c. ſecundum apoſtolicam, & ꝙ
ibi per glo. & quòd not. per Innoc. in c. non
minus, ext.de immuni.eccle. & probatur per
not. Bar.in præall. l.placet, & in l.reſcripto.§.
ſi.ff.de mune.& hon.& tenet Roſ.in d.titu.de
35 immuni. eccle. Eſt † & aliud ꝙ non imponi-
tur rei, ſed perſonæ pro rebus, vt ſoluatur tan
tum pro libra, & dicitur vulgariter datiũ, vel
collecta, & de iſto non eſt dubium quòd pro
rebus eccleſiæ non poteſt imponi, vt d.l. 2.C.
36 de epiſ. & cle. Sed † reſtat dubium an ſi cleri-
cus habet aliquas poſſeſſiones, quæ non ſunt
eccleſiæ, ei poſſit imponi collecta, vt eſt in
quęſtione noſtra. Et videtur, quòd poſſit in-
dici ſecundum glo. in pręalleg. l. placet, quę
incipit non timeat in prima ſol.contrari.

Cauſam ideo ꝙ nullo modo clerico poſſit
imponi pro poſſeſſionibus ſuis, quòd ſic pro-
bo primo per text.l.2. C.de epiſ.& cler.quem
tex.ſic deduco tex.ibi dicit, quòd pro quæſitis
a clerico ex mercatura ex ſua induſtria nulla
collecta poteſt imponi, vt in pr̨.l.in prin.ſed
talia quęſita ſunt propria clerici, vt l. ſacro-
ſanctę ſuperius alleg.quòd probatur extra de
pecul. cleric. per totum ergo patet quòd pro
rebus quę ſunt clerici nulla collecta ei poteſt
imponi probatur etiam in d. l. 2. ibi dum nec
eorumdem facultates, &c.

37 Secundo † probo per rationem nam talis
collecta ſiue datium debet imponi perſonę

ſubiectę

ſubiectę iuriſdictioni imponentis,& non ſufficit imponentem habere res pro quibus imponit in ſua iuriſdictione,ſi ille cui imponit non eſt ei ſubiectus. ut not. in l. indictiones. C.de anno. & tribu. lib. 10. & clarius in l. res quæro. §. fin. præall. ſed ita eſt quòd clericus non eſt ſubiectus laicis licet res laicis ſint ſubiectæ,vt probatum eſt ſupra adeo ꝙ ſtatuere non poſſunt laici de eis contra cõtenta in eorum fauorem extra de conſti. cap. cum eccleſiarum, & c. eccleſia ſanctæ Mariæ, ergo dicto clerico, cum non ſit ſubiectus laico, non poteſt imponi collecta pro rebus ſuis, hoc ſentit expreſſe Bar. in dicta l. reſcripto.

38 Tertio probatur per tex. auth. Item nulla communitas. C.de ſacro ſanct. eccle. & extra de immuni. eccle. c. nõ minus,& c. aduerſus: maxime quia priuilegia principis ſunt late interpretanda in fauorem clericorum l. priuilegia. C. de ſacro ſan. eccle. Non obeſſe dicatur eccleſia non excuſatur à munere ordina-

39 rio præall. l. placet, ſed collecta† quæ imponitur perſonę pro rebus eſt ordinatium munus. no. Glo. C. de indictio. lib. 10. ergo cleri

40 cus ab ea non excuſatur. Reſponſio,† ꝙ tunc demum dicitur munus ordinarium quod per legem vel ſtatutum hoc indicitur, vt l. omnes C. de anno. & tribu. lib. 10. ibi. ſignatum &c. ſed ut plurimum iſtæ collectæ non imponuntur per legem, vel per ſtatutũ, ergo eſt extra ordinariam,& ita tenet Bar. in d. l. omnes, er-

41 go ab eis clericus excuſatur d. l. placet. Et† ſi fuiſſet de hoc factum ſtatutum tamẽ clericos non comprehenderet cum reſultaret contra ea quæ clerici habẽt in priuilegium, vt extra de ſent. exco. c. nouit. per Innoc. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fide catho. per Bar. & ſtat. quę clericis imponerent talia onera non valerent, quia eſſent contra Eccleſiaſticam libertatem. auth. Caſſa. C. de ſacroſan.

42 eccle. adeo † quòd imponentes vel talem legem condentes incurrerent excommunicationem dicto cap. nõ minus & c. aduerſus de immuni. eccle. & dicta auth. Item nulla communitas.

43 Non obſtat glo. dicta l. placet, quia debet intelligi quòd velit ſoluere contrarium, ſcilicet an prædia Eccleſiæ propter non ſoluta tributa patiantur tranſlationem in fiſcum & dicit quòd prędia eccleſię licet non patiantur, ſed prędia clerici ſic, & ſic non ob. quia loquitur in tributis & ſic de oneribus realibus & rebus impoſitis, & ita intelligit Roſ. in dicto titu. de immuni. eccle. & not. in l. fin. C. de exactio. tribu. lib. 10. per ſcribentes, & ſi illa gloſ. aliter intelligeretur, non eſſet bonus intellectus & iuri eſſet contrarius, ergo non ſumendus. l. cum patrem. C. de condi. inſer. cum ſi.

44 Concluditur,† ergo quòd quicquid eſt ſolutum prius mortem illorum, quorum hæreditates ad iſtos fratres peruenerũt,& poſtquã ipſe eſt factus clericus debet intelligi ſolutũ pro parte iſtius Simonis, ne alias pſumamus delictum imponentium, vt ſupra probatur. ff. de donat. inter virum & uxor. l. quintus, & quia nõ eſt præſumendum ipſos eſſe immemores etiam ſuæ ſalutis. l. fin. C. ad le. uel repe. ſi ergo eſt ſolutum pro parte iſtius Simonis, ergo ſibi debet cõputari, & de eius parte deduci dicta l. ex parte. §. ſi filius. ſæpius alleg.

Illud autem ꝙ eſſet ſolutum pro tempore anteriori, vt puta ſi priuſquam ſuit impoſitũ datium, vel collecta decederet ille cui eſſet impoſitũ, & poſſeſſio perueniret ad clericũ: iſte tamen clericus tenetur ſoluere ar. no. in l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſur. & C. de ſacr. ſan. eccle. authẽ. quas actiones, & C. de reſti. mili. l. quę a patre. C. de impen. lucrã. de ſcrip. l. 1. & ea medium. lib. 10. videtur enim præuẽta res, vel perſona. ar. no. in l. inſola el ſecũdo:

45 ff. ad municip. Quarto † quęritur an dos data à dicto Simone pro eius filia debet deduci de bonis patris, & dicendum eſt indubitanter ꝙ ſic, quia licet ſit dubium ſi pater iſtorum detiſſet dotem ipſe per not. in l. filium. & l. dedit. ff. de coll. per Bar. & tangitur in l. & ideo, in fi. cum l. ſe. ff. de in rem uerſo, tamen in caſu noſtro dico non eſſe dubium, & primo ꝓ

46 bo, † quod frater non tenetur facere nuptias pro fratre ducẽte vxorem. l. & qui originẽ. §. ſi. ff. de mu. & ho. ergo multo minus tenetur dotare ſororem vel neptem pro fratre non tenetur dotare ſororem niſi in caſu inopiæ vt l. cum in plurales. §. ſi. ff. de adim. tu. & not. in l. non omni. C. ti. & l. fin. C. de dot. eod.

47 promiſi, † ergo multo minus neptem, quod eſt officium patris & aui dotare filiam vel neptem. l. & in l. in rem uerſo. & l. qui liberos. ff. de ritu nupt.

48 Nec† ob. quod uidetur ſentire gloſſ. in d. l. cũ in plurales. quę incipit, ſed quid &c. infra, ſed ideo, &c. ubi uidetur innuere, ꝙ quando frater & ſoror ſunt ſimul in ſucceſſione, ſoror dotetur de communi, & ſic quando frater teneatur dotare ſororem de communi quãdo bona non ſunt diuiſa, quia non eſt uerũ, quia licet tunc dotaretur de cõmuni tamen ſibi in

eius

eius partem computaret, & tantominus acci petet; nam ſi dotem datam à patre pro ſe ipſa ſibi computetur in portionē.l.ſi pater,& l. filiam cum infinitis ſi. C.& ff.de coll.dot. per tot. cuius officiũ eſt filiam dotare dicta l. qui liberos, multo magis ſi ſe dotaret poſt mortē

49 patris.voluit ergo † dicere illa glo.quòd ideo dixit tex. ex alio patre, quia tunc poterat eſſe ꝙ frater habebat, & ſoror non habebat aliquid, ſed quando ſunt ex eodem patre,nō poteſt eſſe ꝙ non habeat tantum unus,quantum alter. ar. auth. in ſucceſſione.C.de ſuis,& le. & C.de li.præte.l.maximum vitium,& ſic nō eſt neceſſe ꝙ tunc frater dotet. Et ſi aliter illa glo. intelligeretur non bene diceret, ſi ergo frater non tenetur dotare ſororem,multo minus neptem, nec poteſt dici ꝙ hic eſſet caſus inopiæ,& ſic tunc teneatur dotare, quia non eſt verum,quia eſt pars patris iſtius puellæ,de qua potuit dare dotem.

50 . Nec ſemper † pręſumitur dos data de bonis illius, qui tenetur mulierem dotare dicta l.fin. de dote promiſi, ergo intelligatur data de bonis iſtius patris cum eius ſit officium dotare,& nō fratris,pro hoc facit in ratione ſui. l.neſcimus.ff. de neg.geſt.& l.fin.ff.de pet.hæ

51 red.Nam † etiamſi hic diceretur aliqua ſocietas contracta, tamen iſta dos debet intelligi data de bonis iſtius Sēpronij, & nō alterius. ff. pro ſoc.l.ſocius pro filia, & hoc tenet Baldus expreſſe in terminis noſtris,in auth.ex teſtamēto. C.de coll.in 16.epilogo. patet enim in dicta l.ſocius,ꝙ niſi expreſſe pacta fuerint facta, & eſſent reciproca, quia in vtroque ſociorum poſſet habere locum ſemper debet dari de parte patris mulieris; ſed hic nullum pactum de hoc fuit factum,& ſi fuiſſet factum

52 pactum non valeret, quia † nō eſſet uiciſcitudinarium,& non poſſe habere locũ,in quolibet ipſorum quia non in clerico. ar. l.nepos proculo,de uer.ſi.ergo non ualeret ar.l.luce, & l.iam hoc.iure.ff.de vulg. & pup.& l.in teſtamento. C. de teſta. mili.cum ſi.debet ergo data dos deduci de parte iſtius Simonis.

53 . De eo † quod vltimo quæritur an quilibet ipſorum teneatur reddere rationem adminiſtrationis. Credo ꝙ ſic ſiue dicamus tacitam contractam ſocietatem.ar.l.quædam.§.1.ff.de eden. & l.pro ſoc.& l.ſed nec has.ff.pro ſoc.& hoc tenet Roſ.in rub.de act. per ſoc.uere ponit formam libelli, & contra glo.in l.1.C. de eden. & quod not.in l.1.§.officio.ff.de . . . . & quod ibi per Bar. ſiue dicamus, quòd nulla fuerit ſocietas,ſed ad . . . . . bona hæreditaria communia, quia per actio. neg. geſt. tenetur reddere rationem, ut per in dicta l.1.ff.de eden.& C.c.l.1. ſunt per iudicium fam. herciſ. dico debere reddi ratio adminiſtrationis cum ſit iudicium generale vel bona C. fam. herciſc. & in eo multa veniunt videnda & de vero putanda, vt patet per totũ ti.ff. fam.herc. maxime in l.his.conſequētur. §.ſumptuum.& l. meuius. §.arbiter cum ſi.& iuxta illum reddere rationem uillicationis tuæ, &c.

Andreas de Alferiis de Cortonio.

ANNOTATIONES.

a *Ad euidentiam.* Hoc conſilium mihi datum fuit in fine impreſsionis aliorum & typographus expectare nō potuit, nec in eo valui quidquam addere & corrigere, & multa dici poterant,ideo excuſatum habeas & recurras ad Petrum de Perus, in tract. de duobus fratribus.

b *Contrariorum.* Doct. in rub.ff.de acqui.poſſ.ſiluæ nupt.lib.1.nu.212. Cagno.in l.3.num.3. & l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.Tiraq.de utro. re tract.1.par.§.12.glo.1. nu.16.

c *Communi nomine.* Bar.in l.2. C.pro ſoc. videas, & etiam in iſta materia.Berous q.46.nu.3.Rom.cõſi.274.Deci.conſ.348.nu.4.& conſ.442.nu.38. Alex.conſ.80.num.7. lib.2.& conſ.77.lib.6.& conſ.134.nu.8.lib.5.Boer.deciſ.23.nu.3.Rom.cõſi.3.& 291. Bar.in l.rura.C.de omni agro, de ſer. lib.10.

d *Imponi.* Vide late deciſion. Pedemon. 68. & ibi conſ Balbi.in fin.ubi recurras.Et Card.Alban.in tract.de immuni.eccleſ.Capra in ſuis reg.& tract. concluſione 96.per totum.

e *Excommunicationem.* Capra, ubi ſupra nume. 77.

f *Dos data.* Vide late infra in meo conſ.11. per totũ.

Lvd. Alf.

FINIS.

CONSILIA ET ALLEGATIONES EIVSDEM D. LVDOVICI ALFERII V. I. D. CORTONENSIS,

Cum Summarijs & Indice locupletiſsimo.

SVMMARIVM.

1 NIHIL eſt quod rectum Principem magis deceat, quàm iuſtitiam colere & obſeruare, ac recta iuſtitiæ trutina imperium moderare.
2 Veritas ſuper omnia amanda eſt.
3 Proditor dicitur, qui veritatem libere non pronunciat.
4 Falſum committit, qui verum tacet.
5 Deum ipſum ſequitur, qui veritatem ſequitur.
6 Veritatis vis eſt tam magna, vt ſuperet aſtutias, & calliditates, & ſeipſam contra ficta ſimulataque figmenta tuetur.
7 Oppidum Sanctæ Anatoliæ eſt recomendatum ciuitati Camerini, licet ſit in prouincia Marchiæ Anconitana. & nu. 13. 15. contra, nu. 17. & 22. & habet merum & mixtum imperium, nu. 23.
8 Veritas eſt res ſolidiſsima, & murus inexpugnabilis.
9 Litem immortalem facere non licet.
10 Qui confidit in veritate non it per mendicata ſuffragia, ſed feſtinat, vt veritas inquiratur.
11 Oppidum Sanctæ Anatoliæ eſt ſitum inter oppidum Matelicię & Fabriani.
12 Oppida Matelicie & Fabriani ſunt in Prouincia Marchię.
14 Prouincialis dicitur qui in prouincia domicilium habet.
16 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.
18 Terræ recomendatæ, & quæ ſubmiſerunt ſe protectioni alicuius ciuitatis certis pactis ſubditæ non ſunt, ſed dicuntur terrę liberę, & de per ſe, & nume. 20.
19 Repreſalię conceſſę contra aliquam ciuitatem, nõ poſſunt exerceri contra oppida recomendata illi ciuitati.
21 Feudalem rem non facit ſola recomendatio appoſita, etiam in ſignum ſuperioritatis, & quo minus ſit libera.
23 Oppidum recomendatum habet propriam iuriſdictionem.
24 In dubio id quod ſolitum & conſuetudo attendi debet.
25 Actus recipit interpretationem à conſuetudine.
26 Error non poteſt preiudicare veritati.
27 Veritas errore originis non amittitur, & falſa demonſtratione non viciatur, nec ei nocet, qui eam poſtponit, & nu. ſeq.
28 Aſſumptio originis, quę non eſt naturę, veritatẽ non perimit.
29 Nihil immutatur in re propter noſtrum affirmare, vel negare, & nu. 30. vbi ampliatur.
31 Ius publicum non immutatur factis vel aſſertionibus priuatorum.

S Sola

32 *Sola profeſſio erronea cum de veritate appareat in contrarium per profitentem, vel aliter nihil nocet.*
33 *Error non nocet ipſi, qui errauit.*
34 *Error probatur eo ipſo, quod contrarium probatur per euidentiam facti.*
35 *Error in dubio potius præſumitur, quàm fraus & dolus.*
36 *Mentiendo, quis ſibi poteſt præiudicare, quoad pœnā mendacij.*
37 *Origini quis non poteſt renunciare.*
38 *Conſuetudo ad hoc vt inducatur, non ſufficit vnicus actus, ſed geminatus.*
39 *Et quod ſit decurſum decennium.*

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO DOM. IO. BAPTISTAE CASTANEO

ARCHIEPISCOPO ROSSANENSI,
Tunc Peruſiæ, Vmbriæq́ Gubernatori,
Nunc Cardinali ampliſſimo.

1 CVm † nihil ſit Reuerendiſ-
ſime Domine, quod rectum
Principē magis deceat, quā
Iuſtitiam colere & obſeruā-
re, ac recta iuſtitiæ trutina
imperium moderari; idque
à te fieri omnibus, qui ſub tua reguntur iuriſ-
dictione notiſſimum ſit, facere non potui-
mus, quominus dubium illud, quod de iure
diſputandū nobis tradidiſti, rebus in eo præ-
ſuppoſitis ſic ſtantibus veriſſimum pro parte
Sapientię Nouæ ingenue fatemur. Cū quod
ea iura ſunt clariſſima, & Doctorum infinitæ
propemodum opiniones communiter rece-
ptæ, quæ licet cauillis multis potuiſſent à no
bis impugnari, tamen id nos omittere ma-
luimus, quā tibi his nugis noſtris, & ineptiis
moleſtię eſſe, cum ſatis nobis proſpectum ſit
vbi & apud quem res noſtra agatur. Idque eo
2 libentius faciendum eſſe duximus. † Cum ve-
ritas ſuper omnia amanda ſit, l. cū ita legatū.
3 ff. de condit. & demonſtr. † Et proditoris di-
catur, qui veritatem libere non pronunciat.
4 cap. nolite timere. 11. q. 3. † Falſumque com
mittit, qui verum tacet. l. presbyteri. C. de epi
5 ſco. & clericis. † Et qui veritatem ſequitur,
Deum ipſum ſequitur, cap. quiſquis. 11. q. 3.
Quamobrem te etiam atque etiam oramus,
vt nos negligētiæ nota non accuſes, cum ali-
cui non pepercerimus ſtudio, & labori, ut par
tes noſtras. i. Sapiētiæ veteris defenderemus.
Sed potius id dē rei facilitati, & veritati tri-
buas quod nos facile cōſecuturos cōfidimus
ob ſingularem tuam erga nos beneuolentiā,
ac immortalis animi tui dotes, quæ tales ac
tantæ ſunt, vt citra adulationem humanę lin
guę officium excedat. Nec mirum ubi uideri
debet, ſi nihil circa dubium illud in medium
6 adduximus. Nam † tam magna eſt vis verita-
tis, ut Iſidorus de ſummo bono exclamat, vt
omnia ingenia, aſtutias & calliditates ſupe-
ret, & ſeipſum contra ficta, ſimulataq. figmē-
ta tuetur. Verum ne iniuſtam cauſam peni-
tus tueri uideamur, aliam elegimus viā, quæ
tuto nos ad pręfixum noſtri deſiderij ſcopū
7 perducet. † Eaque eſt ut ille Ioannes Paulus
Pongellus a Sancta Anatolia recomendata
ciuitati Camerini, vere tamen poſita in pro-
uincia Marchiæ poſſit dare votum ſuum pro
Marchia, quod verum indubitanter dicimus,
& pro nobis pronunciandum tum iuribus &
8 rationibus, de quibus infra. † Tum quia hæc
eſt mera veritas, quę res eſt ſolidiſſima, & mu
rus inexpugnabilis, vt dicitur in 2. lib. Ezdræ,
cap. 3. & ex noſtris Bald. in cap. ſicut de
9 probati. † Nec propterea dicendum erit, nos
velle

velle facere litem iſtam immortalem contra
10 l. properandum. C. de iudi.† Quia ut dicit
Bal. in cap. licet cauſam in 5. char. de probat.
qui confidit in veritate non it per mendicata
ſuffragia, ſed feſtinat vt veritas inquirat; ſed vt
in arenam tandem prodeamus de his hacte-
11 nus.† Cum oppidum S. Anatolię ſit ſitum in-
12 ter oppidum Mattelicæ & Fabriani.† Quæ
quidem vt patet tam per Coſmographos quã
Marchiæ conſtitutiones, ſunt in prouincia
13 Marchiæ. Sequitur ex neceſſitate,† quod etiã
Sancta Anatolia dicatur eſſe eiuſdem prouin
cię. Et ſic D. Ioannes Paulus Pongellus ex di
cto loco ſcholaris Sapientię veteris poſſit da-
re votũ ſuum pro creatione Conſiliarij pro
14 d. prouincia.† Cum dicatur Prouincialis il-
lius prouinciæ. Iſte enim non ſolum habet
domicilium, ſed ẽt originem. l. prouinciales.
15 ff. de uerb. ſign.† Nec obſtat, ſi diceretur, qđ
Sãcta Anatolia eſt ſub dominio, & ſub tutela
Camerini, & quod ideo iſte debeat dare uotũ
ſuum pro ea prouincia, prout ſcholares Ca-
merini dant; & ſic pro Romana ex conſuetu
dine huius Gymnaſij, vt patet in matricula
ſcholarium, cum dictum oppidum ſit quoddã
16 acceſſorium ciuitatis Camerini.† Et acceſſo
rium ſequatur naturam ſui principalis, iuri-
17 bus vulgaribus.† Reſpondetur enim negan-
do d. oppidum eſſe ſub dominio & iuriſdictio
ne, & eſſe acceſſorium dictæ ciuitatis Came-
rini. Sed dicitur, quòd eſt duntaxat recomen-
datum, & confęderatum illius ciuitatis, &
ſubmiſit ſe protectioni illius cum certis pa-
ctis, vt aliàs fuit etiam recomendatum huic ci
uitati Peruſinæ, prout probabitur, quando
18 opus erit. Sed† terræ recomendatæ, & quæ
ſubmiſerunt ſe protectioni alicuius ciuitatis
certis pactis ſubditi non ſunt, ſed dicũtur ter-
ræ liberę, & de per ſe. l. nõ dubito. ff. de capti.
& poſtli. reuer. vbi Bar. num. 2. dicit quod ca-
ſtra & uillæ recomendatæ alicui ciuitati, di-
cuntur populi liberi non ſunt illius ciuitatis
ciues. Et idem ſentit Dominus Alex. in addi.
alios allegans pro hoc, iſtud etiam tradit idẽ
Bart. in tract. reſp. in 3. q. prima, q. princi. Et
poſt eum ſequitur Petrus de Anchar. & alij
quos copioſe allegat Dominus Alexan. cum
19 apoſtil.† ex quo infertur, vt ibi per Bar. quod
repreſaliæ conceſſæ contra aliquam ciuita-
tem non poſſunt exerceri contra oppida re-
20 comendata illi ciuitati.† Et quod dicantur ter
ræ liberæ, & non ſub dominio illius ciuitatis
cui ſunt recomendatæ, voluit Deci. in cap.
nouit. de iudi. num. 62. & Cardi. Paris. cõſ. 16.
21 lib. 4. nu. 25. vbi dicit.† Quod ſola recomen-
datio appoſita etiam in ſignum ſuperioritatis
non facit rem feudalem, & quo minus ſit li-
22 bera.† Vnde ex his ſtaret, quod dictum oppi-
dum Sanctæ Anatolię eſſet liberum, & nihil
haberet negocij cum Camerino, niſi quoad
23 protectionem.† Immo habet propriam iu-
riſdictionem. Cum habeat merum & mixtũ
imperium, & gladij poteſtatem iuxta tradita
per Deci. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud.
Itaque non põt fieri illatio: ſcholaris Camer
tes dant uocem pro Romana: ergo & illi de
Sancta Anatolia, cum iſta ſint diuerſa, ergo
remanet concluſio, quod illi de dicto loco
cum ſint Marchiæ Prouincialis pro Marchia
votare debent. Nec etiam obſtat ſi diceretur,
quod anno pręterito ille Dom. Ioan. Paulus
dedit votum prò Romana, & quod etiã hoc
anno pro eadem dare debet, non pro Mar-
24 chia.† Cum in dubio id quod ſolitum eſt, &
conſuetudo attẽdi debeat, ut per Alex. in l. ſi
25 finita in 2. not. ff. de dam. infect.† Et quibus
actus à conſuetudine recipiat interpretatio-
nem, vt late tendit Deci. in l. in ſtipulationi-
bus. ff. de regu. iur. Nam reſpondetur, quod
26 iſte fuit error.† Et iſte error non potuit prę-
27 iudicare ueritati.† Errore enim veritas ori-
ginis non amittitur, & falſa demonſtratione
non vitiatur, nec ei nocet, qui eam poſtpo-
ſuit. l. licitus. §. veritas, vbi glo. de offi. præſi.
l. cum falſa, vbi gloſſ. C. de iuris & facti igno.
l. fin. in fin. ff. de probat. Soccin. iunior con-
ſil. 52. nume. 17. & conſil. 108. & 83. lib. 2. &
conſ. 65. nume. 15. & conſ. 112. nume. 1. & 2.
lib. 1. Et in terminis eſt text. not. in l. aſſum-
28 ptio. in prin. ff. ad municipal. de incol.† Vbi
aſſumptio originis, quæ non eſt naturæ veri-
29 tatem non perimit, & ſumatur per Docto.†
Quod propter noſtrum negare vel affirmare
nihil immutatur in re, de quo late more ſuo
per Andr. Tiraq. in trac. de utroque retrac. pri
30 ma par. §. 32. gloſſ. uni. nu. 34. cum ſequen.†
Et maxime hoc procedit in caſu noſtro cum
tractetur de iure publico unius vniuerſitatis
31 .i. Marchię prouincię.† Nam priuatorum fa-
ctis vel aſſertionibus ius publicum non im-
mutatur. l. ius publicum. ff. de pact. not. Barto.
Bald. & cęteri Doctor. & præſertim Cur. iun.
32 in l. pen. C. eod. de pactis.† Et ſola profeſſio
erronea, cum de veritate appareat in contra-
rium per profitentẽ, vel aliter, nihil nocet. l.
non nudis rebus. vbi Salicet. C. de probatio.
33 Adeo quidem† vt nec ipſi qui errant noceat.
d. l. cũ falſa. C. de iuris & facti. igno. vbi Paul.

34 Caſtren. † Error autem in propoſito proba-
tur, eo ipſo, quod contrarium probatur per
euidentiam facti.l. poſt diuiſionem, vbi Bald.
& alij. C.de iuris & facti ignor. Soccin. in cō-
ſil.52.num.3. Paris.conſil.89.nu.28.& conſ.
92.num.30.& conſ.131.nu.29. lib.1.Soccin.
35 iuni.conſ.47.num.33. lib. 1. † Et in dubio in
propoſito præſumitur potius error quā fraus
& dolus. l. quod ad libitum in fin.ff.de his qui
inteſta.ſibi aſcri. Anton. conſ. 47. uiſis,col.2.
Bal. l. 2. & fin. uerſ.ibi nota. C.de legi. Deci.
conſ.175.nu.5. Paris.conſ.169.num.59.lib.4.
Et quod error huiuſmodi non poſſit præiudi-
care in caſu noſtro procedit ſine dubio. Cum
vt ſupra dictum eſt, tractetur de iure vnius
36 vniuerſitatis, & de præiudicio tertij. †
Nam licet mentiendo quis ſibi poſſit præiu-
dicare quoad pœnam mendacij, quando non
erraſſet, licet hoc in caſu noſtro non con-
ſideretur, quia ſine dubio error interuenit,
tamē quoad tertium nullum potuit fieri præ-
37 iudicium, vt per Bart. in d.l.aſſumptio. † Im-
mo ſi quis vellet renunciare origini, nō poſ-
ſet, vt eſt tex. expreſſus in fine d.l aſſumptio.
& ibi gloſ.adducit concordantes, & præcipue
probatur in l.2. in fin. C.de incol.lib.10. ibi.
Mēdacium quo minus muneribus fungaris,
non proderit, & in l.origine.C.de munici. &
orig. lib.10. dum inquit origine propria ne-
minem poſſe voluntate ſua eximi manifeſtū
eſt, & in l.fin.C.eod.titu. Cum igitur rei veri
tate iſte ſit prouincialis Marchiæ per iſtum
errorem, quod dederit uocem anno præteri-
to pro Romana non debet poſſe reici ab ele
ctione actiua conſiliarij illius prouinciæ, cu
ius uere eſt prouincialis per ſupra alleg. Et
licet conſuetudo in dubio attendi debeat, vt
ſupra fuit dictum: tamen reſpondetur negā-
38 do conſuetudinem iſtam, † quia conſuetudo
non eſt. Nam ad hoc vt ea inducatur non ſuf
ficit vnicus actus, ſed geminatus, ut per Alex.
in l. prouinciales. §. ſi quis prætor.ff.de nou.
oper.nunc.num.2. Immo plus non ſolum re-
39 quirantur bini actus, vel duæ uices. † Sed eſt
neceſſe, quod ſit decurſum decennium.l.diu-
tina. ff. de legi.& uoluit gloſ. in l.1. C.quæ ſit
longa conſuet. & gloſ.in l.de quibus. §.inue-
terata vbi d.Iaſ.nu.41. & 85.ff.de legi. Sed in
caſu noſtro non poteſt allegari, niſi vnicus
actus. Item non eſt decurſum decennium:
ergo non poteſt dici conſuetudo, & ille uni-
cus actus tanquam erroneus nullius debet
eſſe cōſiderationis. Quare nulla videtur poſ-
ſe affirmari ratio probabilis. Cum iſte Dom.
Ioan. Paulus non ſit admittendus in creatio-
ne conſiliarij Marchiæ.

Et ita allegatum fuit per nos Ludouicum Alferium de Cortona, Philippum Matiū de Vltraiecto, Horatium Magoniū de vrbe Veteri, & Tullium de Sutrio ſcholares, in almo ſtudio Perusino. Et in noſtri fauorem iudicatum fuit per Illuſtriſsimum & Reuerēdiſs. D. Ioan. Baptiſtam Caſtaneum Archiepiſcopum Roſſanen. tunc temporis Peruſiæ prouinciæ Vmbrię Gubernatorem, nunc Cardinalem.

CONSILIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides pręſumitur in poſſidente.*
2 *Dotis promiſſæ retentio plurimis de cauſis contingere poteſt, in quibus non cadat mala fides.*
3 *Mala fides an præſumatur in promiſſore dotis, ſi putet ſe dotem ex voluntate eius cui eſt promiſſa detinere, vel quod putet illum dotem velle ſibi remittere, vel ſaltem meliorem gratiam facere.*
4 *Mala fides an attendatur in præſcriptione longiſſimi temporis, vel negligentia non petentis, & 24. Et an purgetur ſpacio 30. annorum, nu. 28. & 37.*
5 *Mala fides de iure canonico omnem præſcriptionē tollit. & quomodo intelligatur, nu 10. & ſeq.*
Intell. ad cap. fin. de præſcrip. & cap. poſſeſſor malæ fidei. de reg. iur. in 6. Et an procedant etiam in actionibus perſonalibus d. num. & num. 10. 13. & uſque ad numerum 21.
6 *Dotem promittens ſcit ad eam perſoluendam eſſe obligatum.*
7 *Mala fides poſſidet, qui vel debiti ſcientiam habet, vel rem alteri debitam ſcienter detinet.*
8 *Dotem promittens, ſi interpellatur ab eo cui dos eſt promiſſa incipit eſſe malę fidei poſſeſſor.*
Ignorantia in facto proprio intolerabilis eſt. dicto nume. 7.
9 *Dies appoſita in promiſsione dotis ſoluendę interpellat pro homine, & conſtituit debitorem in mora, & num. 20.*
Interpellatio diei tantum operari debet, quantum hominis, dicto num.
11 *Mala fides mortale peccatum inducit.*
12 *Leges ſtatui non debent, vt eius authoritate anima alterius mortali peccato grauata in perpetuam perniciem ruat.*
14 *Lex quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
15 *Dictio. Nulla, omnem in vniuerſam proſcriptionem excludit.*
16 *Rei, appellatione non minus iura & actiones comprehenduntur, quàm res corporales.*
17 *Omne, quod nō eſt ex fide peccatum eſt, quid in actionibus perſonalibus ibi, & nu. ſeq.*
18 *Eadem diſpoſitio militat, vbi eadem ratio.*

Extenſio

19 *Extenſio etiam fit in correctorijs ad caſus ſub ratione comprehenſos, quando in lege non reperitur expreſſa ratio. Et fauore animæ, etiam ad impropria.*

20 *Mora ſua nemo prodeſt.*

21 *Præſumptio omnis veritati cedit.*

22 *Debitor an poſt acceptum beneficium poſſit creditorẽ proſcriptionis exceptione remouere.*

24 *Declaratio ad dicta per Bar. in l. ſequitur. §. ſi viam. num. 2. ff. de vſucap. per totum.*

25 *Actio omnis an tollatur ſpacio longiſsimi temporis.*

26 *Mala fides defuncti an noceat hæredi exiſtenti in bona fide & ex perſona ſua præſcribere volente, & num. ſequen.*

27 *Ius canonicum attendi debet in materia præſcriptionis, maxime, quando interuenit mala fides, & num. 20. col. 2. uer. vnde Bar.*

29 *Hæres preſcribendo an releuet animum defuncti à peccato. nu. 30. & 38.*

30 *Præſcriptio habet vim ſolutionis, & nu. 38.*

31 *Statutum ciuitatis Cortonæ, ſub rub. 36. lib. 2. in quo diſponitur, quod omnis actio ſpacio 30. ann. tollatur quoniam intelligatur. nu. 40. & ſeq.*

32 *Hæredes ſuccedunt in vitium defuncti.*
Mala fides defuncti trãſit ad hæredes, & impedit præſcriptionẽ etiamſi velit incipere ex perſona propria d. num & nu. ſeq.
Quid de iure canonico, nu. 34.

33 *Hæres tenetur exponere conſcientiam defuncti, & ad exonerationem non ſufficit, quod credat defunctum bonam fidem habuiſſe.*

34 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*

35 *Intellige ad dicta per Dyn. in regu. poſſeſſor. num. 42. de regu. iur. & num. ſeq.*

36 *Succedens in beneficium nõ habet cauſam à defuncto, ſed à ſuperiore confirmante, & mala fides ipſius nõ nocet.*

37 *Doctrina Bar. in l. fin. C. vnde vi, in fi. quando & quoniam procedat.*

39 *Peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

40 *Statutum debet interpretari ſecundum ius commune, ne quis indebite damnum patiatur, & ſtrictiſſime, vt minus lædat ius commune, quàm ſit poſſibile.*

41 *Statutum inducens, quòd debitor præſcriberet, etiam cum mala fide non valet, quia inducit peccatum.*

42 *Opinio communis rem claram & indubitatam reddit, & ab ea non iudicando, & conſulendo non eſt recedendum.*

43 *Iudex iudicãs contra communem, præſumitur propter imperitiam, & eſt nimis ignorans, & nimis fatuus eſt, quando recedit à communi. ſupra nu. 24.*

SPiritus Omnipotẽtis Dei dirigat verba oris mei in uiam veritatis & iuſtitiæ. In præſenti conſultatione duo diſcutiẽda ſunt. Primo vtrum ille, qui dotem à ſe promiſſam non exſoluit, poſsit dici mala fide dotem detinuiſſe, ad impediendũ actionis ad dotem præſcriptionem. (Videas ſupra Alferium, conſ. 64. per totum.) Secundo: an hæredes in propoſito dotis actionem præſcribere poſſint, etiamſi vellent incipere ex perſona propria.

1 Circa primum videtur, quod non. Primo quia in poſſidente præſumitur bona fides. l. pen. C. de euictio. gloſ. in cap. ſi diligenti, & ibi Doctor. de præſcriptio. cum concordan. per Alex. conſ. 200. Viſo & diſcuſſo, colũ. 1. lib. 2. & conſ. 75. col. pen. lib. 4. & Alciat. reg. 3. præſumpt. 5. in princ. Paris. conſ. 15. nu. 21. lib. 1. In propoſito ergo dotem promiſſam poſſidens cum bona fide poſſidere præſumitur.

2 Secundo dotis promiſſæ retentio plurimis de cauſis cõtingere poteſt, veluti ſi pater, qui pro filia Genero dotem promiſerat ad inopiam redactus dotis beneficio, quæ ſupererat ſe ſuamque familiam alat, hic nulla interuenit mala fides. Immo nec a patre inuito genero dotem hoc caſu extorquere poteſt, niſi in quantum facere poteſt. l. ex aduerſo. ff. ſoluto
3 matrimo. l. pen. ff. de iure dot. † Item ſi dotis promiſſor putet ſe dotem ex voluntate eius, cui eſt promiſſa detinere, vel quod putet illũ dotem velle ſibi remittere, vel ſaltem maiorem gratiam facere. arg. cap. 1. commoditati. Socci. conſ. 203. nume. 2. uerſ. 3. vol. 2. Franc. Rip. in titu. de præſcript. acti. per ſe. reſpon. 1. in princi. In his itaque & ſimilibus caſibus promiſſor dotis de mala fide argui poſſe non uidetur. Nullum enim habet decipiendi, vel circumueniendi animũ, vt per ſe patet. Vnde cum dotis retentio ex multis cauſis accidere poteſt, in quibus nulla cadit mala fides, in dubio in meliorem partem interpretationem faciendo dicendum erit dotis promiſſorẽ dotem a ſe promiſſam bona fide potius, quàm mala fide detinuiſſe, cap. eſtote, de regu. iur. & per ea, quæ in hanc ſententiã ſcribit Alexan. conſ. 30. ex alleg. col. 2. lib. 7. Rom. conſ. 113. pro diuiſione cum concordantibus traditis per Marſil. in lib. 1. num. 68. C. ad l. Corne. de Sicari. & in rub. de fideiuſſ. nume. 47. & Curt. ſenior conſ. 20. Domine labia. colũ. 18. Alci. reg. 3. præſumpt. 5. & ibi additio. Dẽpta

itaque mala fide nihil ſupereſt, quod impe-
diat in propoſito præſcriptionem ſiue iuris ci
uilis, ſiue canonici diſpoſitionē inſpiciamus,
toto titulo .ff. & C. de præſcrip. 30. an. & titu.
de pręſcrip. extra.
4 Tertio, poſito quod in propoſito mala fides
interueniſſet circa detentionē dotis promiſ-
ſæ, illa tamen pręſcriptione longi temporis
impediri poſſe nō uidetur. l. omnes. & l. ſicut
rem. C. de pręſcript. 30. vel 40. anno. per tex.
Clarum in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap.
iuncta. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. uendice.
& l. fin. ff. quo nam, ſerui. amit. Quibus iuri-
bus probatur, quod in longi temporis præ-
ſcriptione, vt hic, non attenditur mala fides
præſcribentis, ſed ſola negligentia non petē-
tis, vt in terminis voluit Barto. d. l. ſequitur. §.
ſi viam, nu. 2. Hoſtien. in ſum. titu. de pręſcri-
ptio. iur. immuni. §. quę res præſcribi poſ-
ſunt. Inno. in cap. iura ad fin. de iure patron.
Maria. Socci. ſen. conſ. 14. comes in ultima
cart. Barth. Soccin. conſ. 203. lib. 2. Corn. con
ſil. 277. ad euidentiam. Alex. conſ. 99. in fin.
lib. 4. Nellus in tracta. Banni. in 2. par. 2. temp.
q. 12. quorum authoritate ita fuiſſe iudicatum
teſtatur Guid. PP. deciſ. 199. in cauſa. & Tho-
loſę, vt capella Tholo. q. 76.
5 Nec obſtat, quod de iure canonico mala
fides omnem pręſcriptionem impediat cap.
poſſeſſor malę fidei, de reg. iur. in 6. cap. fi. de
præſcription. quaſi ius canonicum propter
peccatum velit derogare diſpoſitioni iuris ci
uilis permittentis præſcriptionem cum mala
fide, quia per ſupra alleg. auth. reſpondetur
illud procedere in iſtis rebus, ad quarū præ-
ſcriptionem poſſeſſio requiritur. Secundum
quod videntur ſonare iura canonica, dum de
poſſeſſione mentionem faciunt d. cap. poſſeſ
ſor malæ fidei. Sed actionum perſonalium
pręſcriptio, vt hic, non tam poſſeſſione præ-
ſcribentis, quę nulla videtur, quam aduerſa-
rij non petentis negligentia completur. Vn-
de non debet ad vſum de quo non loquatur,
extendi, per l. præcipimus. C. de appella. cap.
expediat, de electio. in 6. cum ſimilibus.
His tamen in contrarium non obſtātibus
verius eſſe exiſtimo detentionem dotis pro-
miſſę malam fidem ſufficiētem ad impediēdā
præſcriptionem inducere.
6 Primo, quia qui alij dotem promiſit, ſcit
ad eam perſoluendam ſe eſſe obligatū. l. ſcire
debuiſti. C. de contrahen. & commit. ſtipula.
& ex definitione obligationis, ibi alicuius rei
ſoluendæ clare demonſtratur. Igitur poſt do-
tis conſtitutionem, ſcit ſe rem alteri debitam
detinere. (Couar. in materia, tamen in aliis
ternis, lib. 1. reſolu. cap. 9. nu. 5. & in relect. c.
poſſeſſor, in 2. par. §. 7. nu. 4. de regu. iur. in 6.
7 infra conſ. 10. nu. 4. & ſeq.) † Vnde ſubintrat
communis omnium doctrina. Eum videlicet
mala fide poſſidere, qui vel debiti ſcientiam
habet, vel alteri rem debitam ſciēter detinet.
l. ſi fundum ueſtrum C. de rei uendi. Bart. in l.
Celſus. nu. 18. ff. de vſucap. Abb. in d. cap. fin.
vltimo & penul. notan. Bal. conſ. 13. ſuper eo
quæritur circa fin. l. 1. Boeri. deciſ. 328. nu. 2.
verſ. & ideo licet. Paris. conſ. 92. nu. 27. vol. 3.
& conſ. 27. num. 123. lib. 1. Socci. Iunior. cōſ.
80. nu. 22. uol. 3. Grauet. conſ. 116. nu. 6. lib. 1.
In facto enim proprio improbabilis eſt &
intolerabilis ignorantia. l. fin. ff. pro ſocio. l.
quacunque, & ibi gloſſ. ff. ad Velleia. cap. ab
excommunicato, ubi gloſs. extra de reſcrip.
Socci. Iun. cōſ. 80. nu. 22. quæ omnia cum hic
interueniat merito, &c.
8 Secundo promittens dotem ſi interpella-
tur ab eo cui dos eſt promiſſa, incipit eſſe ma
lę fidei poſſeſſor. d. l. ſi fundum. C. de rei uēdi.
l. item veniunt. §. petam autem fiſco. ff. de pe-
ti. hæredi l. nemo. C. de acquir. poſſ. Alexan.
conſ. 53. col. 4. vol. 5. Boeri. d. deciſ. 328. nu. 2.
9 verſ. Sed in caſu noſtro. † Sed in propoſito
dies promiſſionis de dote ſoluenda appoſita
interpellat pro homine, ergo poſt diei inter-
pellationē dotis poſſeſſor malæ fidei eſſe inci
pit. tm̄. n. diei interpellatio quātum hominis
operari debet. l. magnā. C. de contrah. & cō-
mit. ſtipul. l. ſi ex legati cā. ff. de uerb. oblig. l. 2.
C. de iure emphy. c. fin. extra locati. l. quoties
in diē. ff. de verb. obl. Doct. in l. vinū. ff. ſi cert.
peta. Bar. in l. ita ſtipulatus in 2. q. princ. verſ.
3. extra. ff. de uerb. obli. Alex. conſ. 99. nu. 9.
vol. 4. Afflit. deciſ. 316. Deci. conſ. 133. colū.
fin. Iaſ. inſti. de actio. §. plus, nu. 27. Siue itaq;
propriam ſcientiam ex natura ipſius contra-
ctus prouenientem: ſiue diei interpellatio-
nē conſideremus, manifeſto liquet dotis pro-
10 miſſionem mala fide dotem detinuiſſe. Quæ
cum ita ſint, neceſſario ſubintrat diſpoſitio,
cap. poſſeſſor malæ fidei de reg. iur. in 6. & c.
fin. extra de præſcriptio. quibus probatur ma-
11 lę fidei poſſeſſorem nunquam præſcribere. †
Quia mala fides mortale peccatum inducit.
12 d. cap. fin. † Leges autem ſtatui non debēt, vt
earū authoritate aīa alterius peccato grauata
in perpetuam perniciem ruat, c. erit autē lex.
diſt. 4. Silua. nupt. lib. 4. nu. 121. Nec mihi pla
cet iſta reſtrictio ſupra nu. 5. adducta quaſi ius
can.

can. nihil in prȩſcriptione actionum perſo-
nalium immutet, quia cõtrarium verius eſſe
probatur.
13 Primo per tex. clarum, d.c.fi. vbi dicitur q̃d
nulla tam can. quã ciuilis abſq; bona fide ua-
let prȩſcriptio, quia oẽ quod non eſt ex fide,
peccatum eſt, ponderãdum eſt, quod tex. ille
loquit̃ generaliter, nec diſtinguit inter actio-
14 nes reales & perſonales, ergo. † Nec nos di-
ſtinguere debemus. l. de precio. ff. de publi. in
rem actio. l. preces la 2. ff. de offi. præſid. Cõn-
firmatur, quia text. ibi utitur uniuerſali pro-
poſitione. Videlicet, nulla prȩſcriptio, ergo
nec præſcriptionem actionum perſonalium
15 ammittit. † Dictio enim, nulla, oẽm in vniuer
ſum præſcriptionem excludit. l. nullam. C. de
inſami. l. nulli. C. de indi. Alexã. conſ. 185. Re-
dẽptoris. nu. 33. lib. 2. & cõſ. 99. nu. 5. uolu. 4.
16 Secundo per eundem tex. in d. cap. fin. ibi.
Vnde oportet qui præſcribit in nullã tẽporis
partem rei alienæ conſcientiam habeat: Põ-
derandum eſt illud uerbum Rei, per q̃d non
minus iura & actiones, quàm res corporales
cõprehendũtur. l. rei appellatione. ff. de uerb.
ſign. l. 1. in fin. ff. ſi cert. pet. glo. in l. 1. ff. de ſta.
homi. vbi Guliel. & Bart. & tex. in l. 1. verſ. &
quidam. ff. de rerum diuiſ. Bar. in l. quintus. §.
argento. ff. de auro & arg. leg. Alex. cõſ. 185.
nu. 33. lib. 2. & conſ. 63. nu. 5. vol. 4. & in l. prȩ-
tor. §. de his. ff. de dam. infect. & conſ. 99. Chri
ſti enim, nu. 6. vol. 4. & Rip. in tit. de præſcrip.
acti. perſon. reſpõ. 1. nu. 3. igit̃ tex. de rebus in
gñe loquens, ẽt iura & actiones cõprehẽdit.
17 Tertio per generalẽ rationem huius text:
ibi in prin. q̃m oẽ quod non eſt ex fide pecca-
tum eſt, quæ non æque militat in actionibus
18 perſonalibus quàm aliis, ergo † militat eadẽ
quoq; diſpoſitio vulgata. l. illud. ff. ad l. aquil.
l. à Titio. ff. de uer. obli. l. 3. §. 1. ff. de iniuſt. rup.
teſta. Tiraq. ceſſante cauſa. par. 1. nu. 151. maxi
19 me ſtante prima rõne ſupra adducta, nu. 6. †
Nam vbicunq; in lege reperitur rõ expreſſa
fit extenſio, ẽt in correctorijs ad caſus ſub rõ-
ne comprehenſos. Bal. in auth. quas actiones.
C. de ſacroſanct. eccleſ. per tex. in l. his ſolis.
C. de reuocã. dona. & l. cum mulier. §. 1. ff. ſol.
mat. Immo cũ in actionibus pſonalibus eadẽ
rõ militet, quatentis de mala fide tractemus,
quæ in actionibus realibus hic non erit dicẽ-
da extenſio vel ampliatio ad d. cap. fin. Sed po-
tius veræ mentis enucleatio, per ea quȩ late
more ſuo tradit Tiraquel. ceſſante cauſa par.
1. nu. 136. cum multis ſeq. Quæ quidem inter-
pretatio in propoſito eo magis eſt admitten-
da, quod vulgo receptum ſit in correctoriis,
vt hic, licitam eſſe extenſionem ẽt ad impro-
pria ratione & fauore animȩ. Bald. in auth. ſa-
cramenta puberũ. C. ſi aduer. uendi. Io. And.
Areti. & Panor. in cap. ex tenore. Qui fil ſint
legit. Iaſ. in auth. quas actiones. C. de ſacro-
ſanc. eccleſ. Fel. in cap. translato. col. 6. extra
de conſti. Alexan. conſ. 63. num. 6. vol. 4. Rip.
vbi ſup. num. 4.
20 Quarto per hãc interpellationem, de qua
ſupra, nu. 8. & 9. debitor conſtituitur in mora.
iuribus ibidem allegatis. Itaque ſi huiuſmodi
debitor prȩſcribere licite poſſet, mora ſua ſi-
bi prodeſſet. Sed hoc fieri non debet. l. non
fraudatur. §. nemo. ff. de reg. iur. cap. mora, de
reg. iur. in 6. l. itaque fullo. ff. de fur. Rip. ut ſup.
nu. 5. merito, &c. adde Rip. in l. fin. nu. 232.
C. de reuoc. donat.
Et quod d. cap. poſſeſſor, & cap. fi. compre-
hendant præſcriptionem actionũ etiã perſo-
nalium, voluerunt gloſ. Inno. Hoſtien. Paul.
Caſtren. in d. l. ſequitur. §. viam. & in l. 1. C. de
præſcrip. 30. ann. (Rip. in l. fin. nu. 232. C. de
reuoc. donat.) Et idem Ang. in repeti. l. 1. C.
de iudi. Bald. in l. 1. C. de ſerui. & aqua. & in
auth. ad hoc. C. de vſur. & in l. quibus diebus.
§. dominus. ff. de condit. & demonſtrat. Anto:
Imo. & Abb. in d. cap. fin. Cardin. in cap. Vi-
gilate. de præſcripti. Anchar. conſi. 5. In Chri
ſti nomine, & conſ. 139. Viſa. Bald. conſ. 350.
uol. 2. & conſ. 279. uol. 3. & conſ. 186. Quidã
M. deceſſit, uol. 5. & in q. Statuto cauetur, co
lum. 12. Paul. Caſtren. conſ. 290. Paris. conſ.
92. nu. 28. & 66. nu. 93. volu. 3. Maria. Socci. iu
ni. conſ. 86. num. 6. uol. 3. Abb. conſ. 45. domi-
na, colum. 8. Et iſta magis communis eſt ſen
tentia, vt nominatim voluerunt Alex. conſ.
34. num. 1. uolu. 3. & conſ. 99. num. 8. uolu. 4.
& conſ. 63. num. 4. d. uol. Paul. Caſtren. d. §. ſi
viam. nu. 6. Franc. Balb. in tract. prȩſcrip. par.
4. quartæ par. princip. q. 8. nume. 2. Affliſt. de-
ciſ. 13. num. 6. Paris. d. conſ. 92. nume. 128. vo-
lu. 3. & in cap. fin. vbi alios citat num. 15. ex-
tra de præſcrip. Rip. vbi ſupra, num. 1. (Rip. in
d. l. fin. nu. 232. C. de reuocan. donat.) Vnde
Bart. in d. l. ſequitur. §. ſi uiam, recte ſe ſubmit-
tit iudicio Eccleſiæ, & Theologorũ, cum ſua
opinio de iure cano. ſubſiſtere nullo modo
põt, vt ex ſupra allegatis patet. Quod ius ca-
nonicum in præſenti materia omnino ſerua-
ri; vt nominatim voluerunt Abb. in d. c. fin.
Bal. in auth. ſuper longi. C. de præſcrip. longi
tẽp. Io. And. d. c. poſſeſſor. Alex. cõſ. 99. nu. 3.
vol. 4. Bart. Soccin. conſ. 203. in prin. uol. 2. &
conſ.

10 *Caſtrenſia bona non ueniunt inter fratres diuidenda, & nu. 22.*

12 *Argumentum à conſequenti deſtructo valet.*

13 *Societas inter fratres non videtur contracta licet retineant hæreditatem communiter, ſi nullus vel tantum alter mercatur & alius non, vel ſi omnes mercãtur & lucra non ponunt in communi.*

14 *Lucra & damna prouenientia ex hęreditate, & non aliunde inter fratres ſtantes in communione ſunt cõmunicanda.*

17 *Clericus ſi aliquid acquirit ex prabenda, mortuarijs & ſimilibus an teneatur communicare alijs fratribus ſtantibus in communione, & nu. ſeq.*

18 *Relicta in teſtamento vel donatione cauſa mortis non veniunt in ſimplici ſocietate, ſed ſolum veniunt quæſita ex induſtria & opera.*

19 *Data clericis prꝗſumuntur data contemplatione diuini officij & ratione adminiſtrationis ſui.*

20 *In ſocietate expreſſa non veniunt quæſita vel relicta intuitu perſonę.*

Relicta intuitu perſonę non veniunt in ſocietate expreſſa d. num.

21 *Actus præſumptus non extenditur vltra rem ex qua prꝗſumitur.*

23 *Emptio facta communi nomine vel de pecunia vnius fratris & ex redditibus clericorum an ſit commune cum omnibus vel detur repetitio.*

24 *Pœnę ſeu condemnationes ſolutę propter delicta commiſſa ab vno ex fratribus vel ſocijs debent ſolui de parte delinquentis.*

25 *Prꝗſumitur pro ſententia.*

26 *Frater ſi expendit meretricando vel ludendo in partẽ ſibi imputantur.*

27 *Munerum genera multa ſunt.*

28 *Onera perſonalia quædam ſunt quæ ſolum habẽt ſumptum vt per angaria & quædam alia quæ non habent ſumptum vt angariæ.*

29 *Onus perſonale clericis indici non poteſt, & num. 32. & ſeq. vbi limit.*

30 *Onera perſonalia debent imponi perſonis ſubditis.*

31 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione iudicis ſecularis. Et à ſolutione onerũ perſonalium. ſupra num. prꝗced. & infra num. ſeq.*

32 *Clerici debent cuſtodire muros ciuitatis quando adeſt periculum, quia tunc vigilatur etiam pro cuſtodia Eccleſiarum.*

33 *Tributum quod dicatur.*

34 *Poſſeſſiones tributariæ tranſeunt etiam ad Eccleſiam cum onere ſuo.*

Clericus quando teneatur ad tributum. dicto numero.

35 *Datiæ ſeu collectæ, quæ dicantur, & an pro rebus Eccleſię poſſint imponi.*

36. *Collecta, an poſſit imponi clerico pro bonis & poſſeſſionibus quę non ſunt Eccleſiæ, & nu. ſeq.*

Quid in quæſitis ex mercatura, vel induſtria. ibi.

37 *Collecta debet imponi perſonæ ſubiectæ iuriſdictioni imponentis, & non ſufficit imponentem habere res pro quibus collecta imponitur in ſua iuriſdictione, ſi ille cui imponitur non eſt ſubiectus.*

38 *Priuilegia principum ſunt late interpretanda, maxime in fauorem clericorum.*

39 *Collecta dicitur munus ordinarium quando imponitur perſonę pro rebus, contra nu. 40.*

Clericus an excuſetur à munere ordinario, dicto nu. & ſeq.

40 *Munus ordinarium dicitur quando imponitur per legem vel ſtatutum.*

41 *Statutum factum contra ea quę clerici habent in priuilegium clericos non comprehendit, nec valet.*

42 *Excommunicati ſunt ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam ac etiam imponẽtes onera Eccleſiaſticis perſonis.*

43 *Gloſ. in l. Placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. quomodo intelligatur.*

44 *Clericus an & quando pro rebus ſuis teneatur contribuere & ſoluere tributa & collectas.*

45 *Dos data filio ab uno ex fratribus ſtãtibus in communione an debeat deduci de bonis paternis, cum nume. ſequen.*

46 *Frater non tenetur facere nuptias pro fratre ducente uxorem, nec dotare ſororem, nec neptem pro fratre, & nu. 48.*

47 *Dotare filiam vel neptem officium Patris & Aui eſt.*

49 *Gloſ. in l cum implures. ff. de admi. tut. quomodo loquatur.*

50 *Dos præſumitur data de bonis illius qui tenetur mulierem dotare.*

51 *Dos data filiæ ab uno ex fratribus ſocijs præſumitur data de bonis dotantis & non alterius fratris.*

52 *Pactum quod non eſt vicißitudinarium non valet.*

53 *Socij adinuicem rationem reddere debent de adminiſtratis, ſiue ſit ſocietas tacita ſiue expreſſa.*

Fratres an debeant reddere rationem adinuicem adminiſtrationis ſi ſocietas inter ipſos tacente ſit contracta d. num.

QVIDAM nomine Mutius ſupſtitibus duobus filijs ab inteſtato deceſſit quorũ vnus vocatus eſt Simon, alius Angelus & dictis fratribus alio hęreditas obuenit, & eas hęreditates ſimiliter tenuerunt, & communiter in domo viuebant, & D. Angelus dicta bona cõmunia adminiſtrauit per aliquod tẽpus, quouſque ipſe factus eſt clericus, & quod plus eſt eccleſiæ curam tunc habuit, & tunc ipſe dimiſit adminiſtrare, & incepit dicta bona hæreditaria com

uiuia adminiſtrare dictus Simon, &
ſumptis in domo de dictis bonis, vt pri
mo fecerunt; ita & tunc faciebant, &
dictus Angelus clericus quod lucrabat
vt ex relictis ſibi presbytero factis, &
ex mortuarijs ſibi retinebat, & ſi ali-
quid dicto Simoni dabat ſcribebat, &
ſi ex redditibus eccleſiæ dicto presby-
tero aliquid tangebat dictus Simon ip
ſe reddebat rationem dicto clerico Di-
ctus Simon plura delicta tempore eius
vitæ cõmiſit, ita quod plures condem-
nationes ſolutæ fuerunt de communi,
item plura datia, & collectas commu-
ni ſoluit, & filiam habuit, & ei dotem
dedit, & plures impenſę communi no-
mine amborum fratrum reperiuntur
factæ. Modo quæritur cum dictus Si-
mon deceſſit inteſtatus relicta vna fi-
lia, quæ vult cum eius patruo diuidere.
An quæſita per dictum clericum de-
beant communicari. Secundo an con
demnationes prædictæ ſolutę debeant
ſolui de cõmuni an de parte delinquẽ-
tis tantum. Tertio an dicta datia, ſeu
collectę debeant ſolui de parte laici, &
non clerici an vtriuſque. Quarto an
dos debeat eſſe data de parte Simonis
tantum, & an quilibet eorum debeat
reddere rationem temporis quo admi
niſtrauit.

IN Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti, Amen. Ad
a euidentiam [a] dicendorũ prę
mitto arguendũ fore an ali-
qua ſocietas ſit contracta in
ter fratres prædictos, & vide
1 tur quod ſic. Quia † contrariorum [b] eadem
b eſt diſciplina l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel ali-
iur. Plura per Bar. ff. de verb. oblig. l. inter ſti-
2 pulantem. §. ſacram. Sed ita eſt † quod tacito
conſenſu ſocij tenendo res ſocietatis diuiſas
præſumitur ſocietas diuiſa vt l. itaque ff. pro
3 ſocio. ergo, & hic † tacito conſenſu tenendo
res communiter inducitur tacitã ſocietas cũ
tacite poſſit contrahi, vt l. . . . ff. pro ſocio
4 cum † actus ſufficiens ad diſſoluendum inter-
uenerit ad inducendum arg. inducendo per
contrarium, vt ſupra dixi l. ſi vt proponis l. 2.
C. de nupt. authen. de defenſor Ciuir. §. ſed
interim. col. 3. pro quo notat gloſſ. C. com-
muni diuid. l. ſi maior. Et quod not. per Bart.
ff. de acquiren. hered. l. qui in aliena. §. ſed ſi
noui ff. de vſur. l. cum de in rem verſo cum
5 multis ſequent. Secundo † ſic probatur il-
lud ꝙ quis facit quod non habet neceſſe fa-
cere, vt heres non venit in iudicio famil.
herciſc. vt ff. famil. herciſc. l. enim, & l. vt pu-
to, & l. veniunt, & l. qui erat, cum multis ſi-
mil. & C. de negot. geſt. l. 3. & not. per Bart.
ff. de verbo. oblig. l. 2. §. ex his, & §. Item in fa-
cto. Sed ſtare in iſta communione, admini-
ſtrare dicta bona, & ſumptus in domo face-
re non facit quod ex neceſſitate hereditaria,
ergo intelligatur facere alio modo ſcilicet vt
ſocius pro hoc faciat cum ætas nõ repugnet
vt in l. in conditionibus. ff. pro ſocio. Quia
vterq; iſtorum erat habilis ad ſocietatem ra-
tio inuicem non reddita, vt l. procula ff. de
probat. & ff. de donat. inter vir. & vxo l. ſi ſer-
uus. & quod plene not. per Bar. ff. ſol. matrim.
6 l. quæ dotis. Pro hoc † ſi inſtrumenta emptio-
num communi nomine factarum arg. l. præ-
dijs. §. fi. de leg. 3. per Bart. l. Titium, & Meuiũ.
§. altero ff. de admin. tut. Sed dixi ꝙ ex emptio
ne communi nomine facta prę ſumatur ſocie
tas, clarius probatur meo viſu. C. pro ſocio. l.
cum proponas. per hoc accedat in ſimili. ff. de
concubi. l. in concubinatu, & ff. de ritu nupr.
l. in libere. Si ergo videtur tacite contracta ſo
cietas reſtat dubium an quæſita per dictũ cle-
ricum debeãt communicari, & in hoc dubio
arguam pro vtraq; parte. Et videtur primo ꝙ
7 debeant communicari, quia † clericus dicitur
miles cœleſtis militiæ conmilitũ preuilegia.
habet l. miles in princ. ff. de re iud. & l. filius §.
8 miles ff. de procur. adeo † ꝙ quæſita a clerico
ex dicta præbenda dicitur caſtrenſe vel quaſi
l. ſacroſan. C. de epiſ. & cler. & auth. presbyte
ros. C. eod. tit. & quòd not. per Bart. ff. de ne-
9 got. geſt. l. litis. §. pater talia † lucra quæſita
per vnum ſocium communicantur, vt l. cum
duobus. §. Idem pap. ait ſi inter fratres ff. pro
ſocio, ergo iſte presbyter debet talia lucra
10 communicare. In contrarium facit quod †
lucra caſtrenſia non veniunt inter fratres di-
uidenda. l. ſi filius. C. famil. herc. & ff. de coll.
bo. l. 1. §. nec caſtrenſe, ergo & hic non debẽt
communicari.

Breuiter dic hoc non inſiſtendo licet in hoc dubio iura proxime allegata ſint contraria tamen circa rationem diuerſitatis nõ inſiſto quia aliter determinabo. Et redeo ad illud ꝙ promiſi & dico quòd hic nullo modo eſt cõ
11 tracta ſocietas ꝙ ſic probatur † ex ſola retenta communi hæreditate à fratribus non videtur cõtracta ſocietas l. ex parte §. ſi filius ff. ſa. habere ſed hic ſola hereditas præſupponitur fuiſſe communiter retẽta & nil aliud actum, ergo non poteſt videri contracta ſocietas.

Secundo, ſic ſi ex ſola retentione communiter hereditatis præſumeretur ſocietas contracta hoc præſumeretur ſtatim, vel ſaltẽ ſpatio decem annorum, vt probatur in d. l. ſi maior C. communi diui. ergo illo tempore tolleretur actio familiæ hærciſc. & competeret acti pro ſocio. at iſtud eſt falſum quia primo durat triginta annis actio familiæ herciſcundæ ad diuiſionem petendam, vt C. de annali excep. l. 1. & quod infra per doct. & Bart. videtur dicendum ꝙ naſcitur actio familię herciſc. quando vnus vult diuidere, &c. ergo patet ꝙ ex ſola retentione cõmunione non vi-
12 detur contracta ſocietas, & procedit iſtud † argumentum à conſequenti deſtr. vt l. nam ſi hoc verum. ff. de in rem verſo.

13 Tertio, ſic † licet enim fratres retineant hereditatem communiter, ſi tamen nullus, vel alter ipſorum tantum mercatur, & alius non, vel ſi mercantur omnes, lucra non ponunt in communi, ſocietas non debet videri con-tracta, vt not. in l. ſi patruus C. cõia vtriuſque
14 iudicum, & d. §. altero per Bar. † non enim veniunt tunc niſi lucra, & damna obuenientia ex dicta hereditate in communi, non autem aliunde deueniẽtia, vt ff. pro ſoc. l. cũ duob. §. pap. alias eſt lex quæ incipit ſi fratres parẽtũ.

Sed hic in caſu noſtro ſolum laicus mercabatur, & non clericus ergo non poteſt videri aliqua ſocietas contracta cum ipſe quæ quærebat ex eccleſia ſibi retinebat nec in communi ponebat. arg. not. in d. l. ſi patruus, & hoc ſcilicet, ꝙ eſſent ſocij inter eos non fuit actum. arg. d. l. ex parte §. ſi filius per hoc faciat quia vt aſſeritur dictus clericus ſcribebat quãdo mutuabat aliquid dicto ſempronio, & ſic patet quòd non intendebat ei communicare, ergo &c. arg. l. non omnis ff. ſi cert. pet. & l. in ſeruus ff. de neg. ge. quòd infra per Bart. & l. qui in aliena prope fi. ff. de acq. heredit. & l. nuda ff. de dona. &c. contra per Bart. & in l. non ſolum §. morte ff. de nou. ope. nunt. & infra clarius per Bar.

Non ob. primum arg. dum dicitur contrariorum eadem debet eſſe diſciplina &c. quia illud eſt verum ſi ratio in quolibet contrario rum eſt eadẽ, ſed hic etiam eſt diuerſa ergo, &c. vt not. in d. §. ſacrã. quòd ſit diuerſa patet, quia quando ſocij tenent diuiſim bona nihil aliud poteſt præſumi niſi diſſolutio ſocietatis nec poteſt præſumi ꝙ alia d. . . . hoc ita tenent niſi ꝙ velit ſocietatem diuidere. ſed hic eſt alia ratio quia non tenent, vt ſocietate velint contrahere, ſed quia in hac communione inciderunt, non enim ex ſola communicatione communiter, & quòd communiter res agatur præſumitur ſocietas l. vt ſit pro ſocio actio. ff. pro ſocio. & per hoc facit quòd ſupradixi ſupra in 1. arg. pro hac parte.

16 Non † ob. ſecundum arg. quia facit potius pro, quam contra. quia ea quę quis facit ex voluntate licet nõ veniant in actione famil. her ciſc. non tamen veniunt in act. pro ſoc. ſed in act. negociorum geſtorum, ergo patet quòd non eſt contracta ſocietas, & ex alia cauſa poſ ſunt dicta bona retineri cõmuniter quàm ex ſocietate §. ex hæreditaria, id eſt quia ex hæreditate communi eis obueniunt in hac cõmunione inciderunt.

Non obſtat ꝙ ratio nõ fuerit reddita. quia illud eſt verum in dubio, ſed hic ſumus in caſu certo ꝙ ſocietas non eſt cõtracta. pro vt aſſerit contra in facto ꝙ ille laicus de eo quod tangebat de bonis iſtius clerici ſibi reddebat rationem.

Non obſtat, quòd emptiones fuerunt ſactæ communiter: quia dico, ꝙ illud eſt quòd videtur facta ſocietas in illa re quæ eſt communiter empta. Concluditur ergo quantum ad primum ꝙ præmiſi, ꝙ nulla ſocietas eſt contracta; ſed ſolum videtur facta retentio communiter ex cauſa hereditaria, & ad diuidendũ competit iudicium famil. herciſ. & non actio pro ſocio.

17 Ad illud † ꝙ quæritur an quęſita per iſtum clericum debeant communicari, & vere dicendum eſt ꝙ non per d. l. ſi filius. quia ſolum res hęreditarias, & non obuenientia debent diuidere. & ſi non obſtat, quod extra hoc dubium allegaui, primo vt communicarentur
18 quia ille §. idem pap. ait ſi inter fratres, loquitur vbi eſt ſocietas expreſſe contracta. hic vero nulla eſt expreſſe contracta ergo, &c.

Secundo, hoc probatur poſito ꝙ aliqua ſocietas diceretur contracta eſſet ſocietas ſim-
19 plex, ſed ita eſt † quòd in ſimplici ſocietate non veniunt relicta in teſtamento, vel do-

ratione cauſa mortis. vt l. cohiri & l. nec audiuit. ff. pro ſocio. quia ſola quæſita ex induſtria, & opera perſonæ in tali ſocietate veniunt, vt l. quæſtus ff. pro ſocio, ergo hic data pro eleemoſyna iſti presbytero non debent cum non quærantur ex induſtria perſonę, ſed ratione diuini officij. arg. C. de epiſc. & cle. ante licentiam, & extr. de teſta. c. requiſiſti & per Inno. in c. cum in officij. c. iij. & de ſucceſ. ab inte. C. ſancte, & quod habetur 11. q. 2. c. ſit ſcilicet manifeſte.

19 Eſt enim † pręſumendum ſemper ꝙ fuerit datum contemplatione diuini officij, & non intuitu perſonæ. argum. l. non plures. C. de ſacroſanct. eccl. in glo. & l. annalia §. 1. ff. de annu. le. & ꝙ ibi per Bart. maxime cum proponatur talem clericum habuiſſe eccleſiam curatam, & eius regimen, & adminiſtrationē habebat, & ſic potius videtur data ratione adminiſtrationis rei eccleſiaſticæ, & ratione diuini officij. arg. not. in l. ciuibus ff. de re. du. per Bart. patet, ꝙ pręſumatur data potius contemplatione diuini officij quam, vt perſonæ ſingulari eſt fauor animarum dantium vel relinquentium: quia ſi contemplatione diuini officij, & tanquam perſonæ eccleſiaſticę datur nulla orationis macula impedit orationis officium pro dignio. 1. q. 1. ſi fuit. de conſecra. diſt. 4. quomodo. ſed ſecundo caſu tamen impedit ergo eſt præſumendum quod fauorabiliter animæ dantis. arg. l. ſancimus C. de ſacroſan. eccle. cum talia relicta dicantur pro anima, vt not. l. ſi quis Titio de leg. 2.

20 Tertio † ſic in expreſſa ſocietate non veniunt quæſita contemplatione perſonę videlicet ſi ſocietas fuerit cauſa amicitiæ ſecundū Bar. ff. ſol. matr. l. ſi not. §. Item quicquid per l. ſocium qui in eo. in fi. cum l. ſe. ff. pro ſocio & quanto magis in hac ſocietate tacita & præſumpta ſi aliqua dici poſſet non venient iſta quæſita per clericum cum ſocietas non fuerit nec pręſumatur fuiſſe cauſa proxima, vel remota dicti lucri. arg. l. qui propo. §. procur. ff. de procu. & quid ibi per Iac. Bu. & glo.

Quarto, ſic ſi hic eſſet aliqua ſocietas, eſſet
21 ficta & pręſumpta, ſed ita eſt ꝙ actus † pręſumptus non extenditur vltra rem ex qua pręſumitur, vt C. ne ux. pro mar. l. ſi. ff. de in. atq. priua. l. 1. §. ſi quis interdum, & ibi per Bart. pro hoc ff. de admin. tu. l. tutorum qui poſt §. qui ſe in fi. ſ. ſed hic in quæſt. noſtra res ex quibus hoc poteſt pręſumi ſit ſolum res hereditaria, & lucra, & damna ex eis prouenientia, quia ea ſolum fuerunt communiter retenta; ergo extra res hereditaria non poteſt præſumi aliqua ſocietas, ergo quæſita per dictum presbyterum nō ſunt communicanda, cum fuerint quæſita extra res hereditarias, & nunquam in communi fuerint poſita. cum ergo ſolum res hereditarias tenuerint communiter de eis tātum, & lucris, & damnis inde prouenietibus ſi aliqua ſocietas poſſet dici cōtracta, eſſet in eis & nō in alijs ff. p ſoc. l. cū duob. §. pap. alias incipit l. ſi fratres. Et ideo cum nullo modo, vt ſupradixi, aliqua ſocietas poſſet dici contracta, & ſi poſſet dici; tantum concluderetur talia quæſita per dictum clericum nō debere cōicari, & maxime quia quęſita à clerico videlicet ex eius induſtria tamen dicuntur eſſe facta ſacræ religionis, vt l. 2. C. de epi. & cle.

22 Nec ob. † ꝙ dicantur caſtrenſia. l. ſacroſan. C. eod. tit. & ideo cōmunicāda d. ſ. Idem pap. ait quia eſt verum ꝙ ſunt caſtrenſia. quantum ad hoc vt de eis clericus poſſit diſponere.

Nec obſtat d. ſ. Idē pap. quia loquitur quando expreſſe hoc eſt dictum, vt ibi patet, concluditur ergo dictum clericum dicta lucra prę
23 cipua habere. Ex † quo concludo ꝙ ſi emptio
c alicuius rei eſſet facta communi nomine [c], & tamē eſſe ſoluta de pecunia iſtius clerici quęſita ex eleemoſyna, vel ex rebus eccleſiæ, pretiū ꝙ ſoluiſſet pro parte poſſet repetere. arg. pręalleg. l. cum proponas. in fi. C. pro ſoc. per hoc optime quod not. Bart. in d. l. litis §. parer ff. de negot. geſt. Similiter dico ꝙ ſi probaretur ꝙ dictus presbyter ſoluiſſet de dicta pecunia aliquid pro dicto laico, ꝙ ab eo poſſet repeti arg. dictorum iurium, & quod plene not. in l. fratri à fratre. ff. de cond. inde. niſi feciſſet animo donandi arg. eius quod not. per glo. in l. ſed ſi ego. ff. ad Velleia. & ff. ſi cert. peta. l. cum quid per Bar. ſi autem eſſet emptum aliquid de pecunia communi, ſiquidem communi nomine bene quidem quia eſſet communi ſi autem nomine proprio alicuius eorum eſſet ementis contineretur portionem pretij reſtitueret alteri fratri arg. d. §. altero ſæpius altera, & l. ſi patruus. C. communia, vt vidi.

24 Super eo vero de quo quæritur an † pene condemnationes ſolute propter delicta commiſſa ab aliquo ipſorum dico ꝙ ſine dubio ſi delicta fuerunt commiſſa poſt mortem eorū patris debent ſolui de parte delinquentis, & non de communi ff. pro ſoc. l. adeo in fi. & l. cum duobus. §. fi. & not. per Bart. in d. l. ſi fratres per hoc quod not. in l. 2. §. ex hijs & ſ. Irē in facto, & l. eadem §. caro. ff. de verb. oblig. per Bar. & per hoc ff. fam. herc. l. inter coheredes

redes.§. vſufr. & l.heredes.§.an.ea. & §. idem
iure cum ſimi. & per hoc bene facit quod di-
citur d. §. filius.l.ex parte.ff.ſamil.herc.

Nec obſtat ſi diceretur ꝙ ſententia fuerit
25 iniqua quia † pro ea præſumitur. ff. de euic.
l.heremus.§.gaia, & C.de offic. ciuil. iud.l.3.
max. cum non fuerit appellatum arg. l.ab eo.
C.quomodo & quando iudex, & per hoc, ꝙ
ille contra quem eſt lata ſententia ſibi de-
beat imputare facit.l.ſi per imprudentiam. ff.
de ciuit.clarius, & melius in l.except. ff. de fi-
deiuſ.per Bar. vbi bene probatur ꝙ nõ poteſt
ſocio, vel fratri aliquod onus ex hoc impone
re. Et quod dico de pęnis ſolutis propter eius
maleficium, vt de eius parte tantum compu-
26 tetur: idem dico de eo quod † alter frater ſpẽ-
didit meretricando, vel ludendo ad earundẽ.
arg.l.ſi non §.adoleſcens.ff.man. & C.de col-
lat.auth. ꝙ locum, & quod not.in auth. ex te-
ſtamento.C.de collat.per Bald.in 16.cap.

Super eo vero quod quæritur de ſolutis ꝑ
datijs collectis, & alijs impoſitis à communi,
dico ꝙ licet multa poſſent ex hoc dici, tamen
cauſa breuitatis venio ad illud quod mihi vi-
27 detur verius. quod † licet multa ſint genera
munerũ quia quædã perſonalia, quædam rea-
lia, & quædam mixta, vt plene not.in l.flauia.
ff.de mu.& ho.& per glo. C. de mune. pat. ſu-
per rubr. & C. de excu. tut. l. voluptarie per
Cyn.& per Bart.C.de mulie.& in quo lo.l.ita
lib. 11. & tangitur in rubr. C. de anno & tri-
but. lib. 10. Actamen non inſiſtendo. dico
28 † ꝙ onera perſonalia quædam habent ſum-
ptum. vt per angarie, quædam habent ſolum
onus perſonæ ſiue ſumptu, vt angarie, vt pro-
batur. C.de ſacroſan.eccl.l.neminem, & ext.
29 de immun.eccle.c. non minus in glo.& iſte †
non poſſunt aliquo modo clerico indici, vt
dictis iuribus, & C.de epiſ.& cler.l.2. & auth.
presbyteros.

Et ratio eſt duplex primo, ne ſe immiſceãt
clerici rebus profanis, & propter temporalia
diuinum officiũ retardetur.l.repetita.C.epiſ.
30 & cler. & de teſta. l.conſulta ſecunda ratio †
eſt quia iſta onera perſonalia debent imponi
perſonæ ſubditæ l.1.ff.de tut.& cur.da.ab hijs
cum ſim. quod in l.ciues. C. de incol. lib. 11.
31 ſed † clericus eſt exemptus a iuriſdictione iu
dicis ſecularis, vt C.de epiſ.& cle. auth.ſtatui-
mus, & extr. de fo. compe.c.ſi diligenti, & c.
ꝑpoſuiſti, & de iudi.c.at ſi clerici, cũ ſim.ergo
ei non poſſunt imponi, & hoc tenet expreſſe
Roſ.in tit.de immu. eccl. & hoc probatur ex-
preſſe.C.de ſac.ſan.eccl.auth.Itẽ nulla cõitas.

Patet ergo ꝙ onera perſonalia nullo mo-
do clericis poſſunt imponi, ſiue dicta onera
requirant ſumptum, ſiue non: niſi in caſu.
32 ſi cum Ciuitas eſſet in diſcrimine; quia † tunc
propter commune periculum clerici debent
cuſtodire muros ciuitatis, vt alij, ſi tunc eſſet
periculum, quia tunc vigilatur pro cuſtodia
eccleſiarum, vt aliorum ſecundum Hoſt. &
Inno.& pro hoc 23.q.4. c.igitur, & c.ſæpe, &
c. ſi, & ita intelligit Io. And.c. peruenit extra
de immuni. eccle. & ita etiam tenet Roſ. ſu-
per dicto tit.de immuni. eccle. ſallit etiam in
caſu l.neminem, & l.ad inſtructionem. C.de
33 ſacroſan.eccle. Eſt † & aliud munus reale, vt
eſt onus impoſitum rei quod dicitur tributũ,
vt not.in rub.de anno.& tribu.C.lib.10. vt ꝙ
de prædio ſoluantur tot corbes frumenti, vel
34 tot ſegetes vini, & † tunc tales poſſeſſiones
dicuntur tributariæ, & tranſirent ſine dubio
ad eccleſiam, vel ad clericum cum onere ſuo,
& pro illis deberet ſolui tributum à clerico,
vt not.in l.de hijs C.de epiſ.& cle. & l.placet.
C.de ſacroſan.eccle.& l.iubemus nullam na-
uem, ꝙ hoc 11.q.1.c. ſi tributum, & 13.q.vlt.
c.tributum, & c. ſecundum apoſtolicam, & ꝙ
ibi per glo. & quòd not. per Innoc. in c. nón
minus, ext.de immuni.eccle. & probatur per
not. Bar. in præall.l.placet, & in l.reſcripto.§.
ſi.ff.de mune.& hon.& tenet Roſ.in d.titu.de
35 immuni. eccle. Eſt † & aliud ꝙ non imponi-
tur rei, ſed perſonæ pro rebus, vt ſoluatur tan
tum pro libra, & dicitur vulgariter datiũ, vel
collecta, & de iſto non eſt dubium quòd pro
rebus eccleſiæ non poteſt imponi, vt d.l.2.C.
36 de epiſ. & cle. Sed † reſtat dubium an ſi cleri-
cus habet aliquas poſſeſſiones, quæ non ſunt
eccleſiæ, ei poſſit imponi collecta, vt eſt in
quęſtione noſtra. Et videtur, quòd poſſit in-
dici ſecundum glo. in pręalleg. l. placet, quę
incipit non timeat in prima ſol.contrari.

Cauſam ideo ꝙ nullo modo clerico poſſit
imponi pro poſſeſſionibus ſuis, quòd ſic pro-
bo primo per text.l.2. C.de epiſ.& cler. quem
tex. ſic deduco tex. ibi dicit, quòd pro quæſitis
a clerico ex mercatura ex ſua induſtria nulla
collecta poteſt imponi, vt in prę.l.in prin.ſed
talia quęſita ſunt propria clerici, vt l. ſacro-
ſanctę ſuperius alleg. quòd probatur extra de
pecul. cleric. per totum ergo patet quòd pro
rebus quę ſunt clerici nulla collecta ei poteſt
imponi probatur etiam in d.l.2. ibi dum nec
eorumdem facultates, &c.

37 Secundo † probo per rationem nam talis
collecta ſiue datium debet imponi perſonę
ſubiectę

ſubiectę iuriſdictioni imponentis,& non ſufficit imponentem habere res pro quibus imponit in ſua iuriſdictione,ſi ille cui imponit non eſt ei ſubiectus. ut not. in l.indictiones. C.de anno. & tribu. lib.10. & clarius in l. res quæro. §. fin. præall. ſed ita eſt quòd clericus non eſt ſubiectus laicis licet res laicis ſint ſubiectæ,vt probatum eſt ſupra adeo ꝙ ſtatuere non poſſunt laici de eis contra cōtenta in eorum fauorem extra de conſti. cap.cum eccleſiarum, & c.eccleſia ſanctæ Mariæ,ergo dicto clerico, cum non ſit ſubiectus laico, non poteſt imponi collecta pro rebus ſuis, hoc ſentit expreſſe Bar.in dicta l.reſcripto.

38 Tertio probatur per tex. auth. Item nulla communitas.C.de ſacro ſanct. eccle. & extra de immuni. eccle.c.nō minus,& c.aduerſus: maxime quia priuilegia principis ſunt late interpretanda in fauorem clericorum l.priuilegia. C. de ſacro ſan.eccle.Non obeſſe dicatur eccleſia non excuſatur à munere ordina-
39 rio præall.l.placet, ſed collecta † quæ imponitur perſonę pro rebus eſt ordinarium munus. no. Glo.C.de indictio.lib.10.ergo cleri
40 cus ab ea non excuſatur.Reſponſio,† ꝙ tunc demum dicitur munus ordinarium quod per legem vel ſtatutum hoc indicitur,vt l.omnes C. de anno. & tribu.lib.10. ibi. ſignatum &c. ſed ut plurimum iſtæ collectæ non imponuntur per legem, vel per ſtatutū, ergo eſt extra ordinariam,& ita tenet Bar.in d.l.omnes, er-
41 go ab eis clericus excuſatur d.l.placet. Et † ſi fuiſſet de hoc factum ſtatutum tamē clericos non comprehenderet cum reſultaret contra ea quæ clerici habēt in priuilegium, vt extra de ſent.exco. c.nouit.per Innoc.in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& fide catho. per Bar.& ſtat.quę clericis imponerent talia onera non valerent, quia eſſent contra Eccleſiaſticam libertatem.auth.Caſſa.C.de ſacroſan.
42 eccle. adeo † quòd imponentes vel talem legem condentes incurrerent excommunicationem dicto cap. nō minus & c.aduerſus de immuni.eccle. & dicta auth.Item nulla communitas.

43 Non obſtat glo. dicta l.placet, quia debet intelligi quòd velit ſoluere contrarium, ſcilicet an prædia Eccleſiæ propter non ſoluta tributa patiantur translationem in fiſcum & dicit quòd prędia eccleſię licet non patiantur, ſed prędia clerici ſic, & ſic non ob. quia loquitur in tributis & ſic de oneribus realibus & rebus impoſitis, & ita intelligit Roſ.in dicto titu. de immuni. eccle. & not. in l. fin. C. de exactio. tribu. lib. 10. per ſcribentes, & ſi illa gloſ. aliter intelligeretur, non eſſet bonus intellectus & iuri eſſet contrarius, ergo non ſumendus.l.cum patrem. C. de condi. inſer.cum ſi.

44 Concluditur,† ergo quòd quicquid eſt ſolutum prius mortem illorum, quorum hæreditates ad iſtos fratres peruenerūt,& poſtquā ipſe eſt factus clericus debet intelligi ſolutū pro parte iſtius Simonis,ne alias pſumamus delictum imponentium,vt ſupra probatur.ff. de donat. inter virum & uxor. l. quintus ,& quia nō eſt præſumendum ipſos eſſe immemores etiam ſuæ ſalutis. l.fin. C. ad le. uel repe. ſi ergo eſt ſolutum pro parte iſtius Simonis, ergo ſibi debet cōputari, & de eius parte deduci dicta l.ex parte.§.ſi filius.ſæpius alleg.

Illud autem ꝙ eſſet ſolutum pro tempore anteriori, vt puta ſi priuſquam fuit impoſitū datium, vel collecta decederet ille cui eſſet impoſitū, & poſſeſſio perueniret ad clericū iſte tamen clericus tenetur ſoluere ar. no. in l.cum quidam.§.fiſcus.ff.de vſur.& C.de ſacr. ſan.eccle. authē. quas actiones, & C. de reſti. mili.l.quę a patre.C.de impen.lucrā.deſcrip. l.1.& ea medium.lib.10. videtur enim præuēta res,vel perſona.ar.no.in l.inſola el ſecūdo:
45 ff. ad municip. Quarto † quęritur an dos data à dicto Simone pro eius filia debet deduci de bonis patris, & dicendum eſt indubitanter ꝙ ſic, quia licet ſit dubium ſi pater iſtorum dediſſet dotem ipſe per not. in l. filium.& l.dedit. ff.de coll.per Bar.& tangitur in l.& ideo, in fi. cum l. ſe.ff.de in rem uerſo,tamen in caſu noſtro dico non eſſe dubium, & primo ꝓ-
46 bo, † quod frater non tenetur facere nuptias pro fratre ducēte vxorem. l. & qui originē.§. fi.ff.de mu. & ho.ergo multo minus tenetur dotare ſororem vel neptem pro fratre non tenetur dotare ſororem niſi in caſu inopiæ vt l.cum in plurales.§.ſi.ff.de adim. tu. & not. in l.non omni. C. ti.& l. fin. C. de dot.
47 promiſi, † ergo multo minus neptem, quod eſt officium patris & aui dotare filiam vel neptem.l.& in l.in rem uerſo.& l.qui libertos.ff. de ritu nupt.

48 Nec † ob.quod uidetur ſentire gloſſ.in d.l. cū in plurales.quę incipit, ſed quid &c. infra, ſed ideo, &c. ubi uidetur innuere, ꝙ quando frater & ſoror ſunt ſimul in ſucceſſione, ſoror dotetur de communi,& ſic quando frater teneatur dotare ſororem de communi quādo bona non ſunt diuiſa, quia non eſt uerū,quia licet tunc dotaretur de cōmuni tamen ſibi in

eius

eius partem computaret, & tantominus acci peret; nam ſi dotem datam à patre pro ſe ipſa ſibi computetur in portionē.l.ſi pater,& l. filiam cum infinitis ſi. C.& ff.de coll.dot. per tot. cuius officiū eſt filiam dotare dicta l. qui liberos, multo magis ſi ſe dotaret poſt mortē
49 patris.voluit ergo † dicere illa glo.quòd ideo dixit tex. ex alio patre, quia tunc poterat eſſe ꝙ frater habebat, & ſoror non habebat aliquid, ſed quando ſunt ex eodem patre,nō poteſt eſſe ꝙ non habeat tantum unus,quantum alter. ar. auth. in ſucceſſione.C.de ſuis,& le. & C.de li.præte.l.maximum vitium,& ſic nō eſt neceſſe ꝙ tunc frater dotet. Et ſi aliter illa glo. intelligeretur non bene diceret, ſi ergo frater non tenetur dotare ſororem,multo minus neptem, nec poteſt dici ꝙ hic eſſet caſus inopiæ,& ſic tunc teneatur dotare, quia non eſt verum,quia eſt pars patris iſtius puellæ,de qua potuit dare dotem.
50 . Nec ſemper † prǽſumitur dos data de bonis illius, qui tenetur mulierem dotare dicta l.fin. de dote promiſi, ergo intelligatur data de bonis iſtius patris cum eius ſit officium dotare,& nō fratris,pro hoc facit in ratione ſui. l.neſcimus.ff. de neg.geſt.& l.fin.ff.de pet.hæ
51 red.Nam † etiamſi hic diceretur aliqua ſocietas contracta, tamen iſta dos debet intelligi data de bonis iſtius Sēpronij, & nō alterius. ff. pro ſoc.l.ſocius pro filia, & hoc tenet Baldus expreſſe in terminis noſtris,in auth.ex teſtamēto. C.de coll.in 16.epilogo. patet enim in dicta l. ſocius,ꝙ niſi expreſſe pacta fuerint facta, & eſſent reciproca, quia in vtroque ſociorum poſſet habere locum ſemper debet dari de parte patris mulieris; ſed hic nullum pactum de hoc fuit factum,& ſi fuiſſet factum
52 pactum non valeret, quia † nō eſſet uiciſcitudinarium,& non poſſe habere locū,in quolibet ipſorum quia non in clerico. ar. l.nepos proculo,de uer.ſi.ergo non ualeret ar. l.luce, & l.iam hoc.iure.ff.de vulg. & pup.& l.in teſtamento. C. de teſta. mili.cum ſi.debet ergo data dos deduci de parte iſtius Simonis.
53 De eo † quod vltimo quæritur an quilibet ipſorum teneatur reddere rationem adminiſtrationis. Credo ꝙ ſic ſiue dicamus tacitam contractam ſocietatem.ar.l.quædam.§.1.ff.de eden.& l.pro ſoc.& l.ſed nec has.ff.pro ſoc.& hoc tenet Roſ.in rub.de act. per ſoc.uere ponit formam libelli, & contra glo.in l.1. C. de eden. & quod not.in l.1.§.officio.ff.de . . . . . & quod ibi per Bar. ſiue dicamus, quòd nulla fuerit ſocietas,ſed ad . . . . . bona hæreditaria communia; quia per actio. neg. geſt. tenetur reddere rationem, ut per in dicta l.1.ff.de eden.& C.c.l.1. ſunt per iudicium fam. herciſ. dico debere reddi ratio adminiſtrationis cum ſit iudicium generale vel bona C. fam. herciſc. & in eo multa veniunt videnda & de vero putanda, vt patet per totū ti.ff. fam.herc. maxime in l.his.conſequetur. §.ſumptuum.& l. meuius. §.arbiter cum ſi.& iuxta illum reddere rationem uillicationis tuæ, &c.

Andreas de Alferiis de Cortonio.

ANNOTATIONES.

e *Ad euidentiam.* Hoc conſilium mihi datum fuit in fine impreſsionis aliorum & typographus expectare nō potuit, nec in eo valui quidquam addere & corrigere, & multa dici poterant, ideo excuſatum habeas & recurras ad Petrum de Perus, in tract. de duobus fratribus.

b *Contrariorum.* Doct. in rub.ff.de acqui.poſſ.ſilua nupt.lib.1.nu.212. Cagno.in l.3.num.3. & l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.Tiraq.de utro. re tract.1.par.§.12.glo.1. nu.16.

c *Communi nomine.* Bar.in l.2. C.pro ſoc. videas, & etiam in iſta materia. Berous q.46.nu.3.Rom.cōſi.274.Deci.conſ.348.nu.4.& conſ.442.nu.38. Alex. conſ.80.num.7. lib.2.& conſ.77.lib.6.& conſ.134.nu.8.lib.5.Boer.deciſ.23.nu.3.Rom.cōſi.3.& 291. Bar.in l.rura.C.de omni agro, de ſer. lib.ro.

d *Imponi.* Vide late deciſion. Pedemon. 68. & ibi conſ Balbi.in fin. ubi recurras. Et Card. Alban. in tract.de immuni.eccleſ. Capra in ſuis reg.& trac. concluſione 96.per totum.

e *Excommunicationem.* Capra, ubi ſupra nume. 77.

f *Dos data.* Vide late infra in meo conſ.11. per totū.

LVD. ALF.

FINIS.

CONSILIA
ET ALLEGATIONES
EIVSDEM D. LVDOVICI ALFERII V. I. D. CORTONENSIS,

Cum Summarijs & Indice locupletiſsimo.

SVMMARIVM.

1 *NIHIL eſt quod rectum Principem magis deceat, quàm iuſtitiam colere & obſeruare, ac recta iuſtitiæ trutina imperium moderare.*
2 *Veritas ſuper omnia amanda eſt.*
3 *Proditor dicitur, qui veritatem libere non pronunciat.*
4 *Falſum committit, qui verum tacet.*
5 *Deum ipſum ſequitur, qui veritatem ſequitur.*
6 *Veritatis vis eſt tam magna, vt ſuperet aſtutias, & calliditates, & ſeipſam contra ficta ſimulataque figmenta tuetur.*
7 *Oppidum Sanctæ Anatoliæ eſt recomendatum ciuitati Camerini, licet ſit in prouincia Marchiæ Anconitana, & nu. 13. 15. contra, nu. 17. & 22. & habet merum & mixtum imperium, nu. 23.*
8 *Veritas eſt res ſolidiſsima, & murus inexpugnabilis.*
9 *Litem immortalem facere non licet.*
10 *Qui confidit in veritate non it per mendicata ſuffragia, ſed feſtinat, vt veritas inquiratur.*
11 *Oppidum Sanctæ Anatoliæ eſt ſitum inter oppidum Matelicię & Fabriani.*
12 *Oppida Matelicię & Fabriani ſunt in Prouincia Marchię.*
14 *Prouincialis dicitur qui in prouincia domicilium habet.*
16 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
18 *Terra recomendata, & quæ ſubmiſerunt ſe protectioni alicuius ciuitatis certis pactis ſubdita non ſunt, ſed dicuntur terrę liberę, & de per ſe, & nume. 20.*
19 *Repreſalię conceſſę contra aliquam ciuitatem, nõ poſſunt exerceri contra oppida recomendata illi ciuitati.*
21 *Feudalem rem non facit ſola recomendatio appoſita, etiam in ſignum ſuperioritatis, & quo minus ſit libera.*
23 *Oppidum recomendatum habet propriam iuriſdictionem.*
24 *In dubio id quod ſolitum & conſuetudo attendi debet.*
25 *Actus recipit interpretationem à conſuetudine.*
26 *Error non poteſt prçiudicare veritati.*
27 *Veritas errore originis non amittitur, & falſa demonſtratione non vitiatur, nec ei nocet, qui eam poſtponit, & nu. ſeq.*
28 *Aſſumptio originis, quę non eſt naturę, veritatę non perimit.*
29 *Nihil immutatur in re propter noſtrum affirmare, vel negare, & nu. 30. vbi ampliatur.*
31 *Ius publicum non immutatur factis vel aſſertionibus priuatorum.*

32 Sola profeſsio erronea cum de veritate appareat in contrarium per profitentem, vel aliter nihil nocet.
33 Error non nocet ipſi, qui errauit.
34 Error probatur eo ipſo, quod contrarium probatur per euidentiam facti.
35 Error in dubio potius præſumitur, quàm fraus & dolus.
36 Mentiendo, quis ſibi poteſt præiudicare, quoad pœnã mendacij.
37 Origini quis non poteſt renunciare.
38 Conſuetudo ad hoc vt inducatur, non ſufficit vnicus actus, ſed geminatus.
39 Et quod ſit decurſum decennium.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO DOM. IO. BABTISTAE CASTANEO

ARCHIEPISCOPO ROSSANENSI, Tunc Peruſiæ, Vmbriaq. Gubernatori, Nunc Cardinali ampliſsimo.

1 CVM † nihil ſit Reuerendiſ-
ſime Domine, quod rectum
Principẽ magis deceat, quã
Iuſtitiam colere & obſeruã-
re, ac recta iuſtitiæ trutina
imperium moderari; idque
à te fieri omnibus, qui ſub tua reguntur iuriſ-
dictione notiſſimum ſit, facere non potui-
mus, quominus dubium illud, quod de iure
diſputandũ nobis tradidiſti, rebus in eo præ-
ſuppoſitis ſic ſtantibus veriſſimum pro parte
Sapientiç Nouæ ingenue fatemur. Cũ quod
ea iura ſunt clariſſima, & Doctorum infinitæ
propemodum opiniones communiter rece-
ptæ, quæ licet cauillis multis potuiſſent à no
bis impugnari, tamen id nos omittere ma-
luimus, quã tibi his nugis noſtris, & ineptiis
moleſtiç eſſe, cum ſatis nobis proſpectum ſit
vbi & apud quem res noſtra agatur. Idque eo
2 libentius faciendum eſſe duximus. † Cum ve-
ritas ſuper omnia amanda ſit, l. cũ ita legatũ.
3 ff. de condit. & demonſtr. † Et proditor is di-
catur, qui veritatem libere non pronunciat.
4 cap. nolite timere. 11. q. 3. † Falſumque com
mittit, qui verum tacet. l. presbyteri. C. de epi
5 ſco. & clericis. † Et qui veritatem ſequitur,
Deum ipſum ſequitur, cap. quiſquis. 11. q. 3.
Quamobrem te etiam atque etiam oramus,
vt nos negligẽtiæ nota non accuſes, cum ali-
cui non pepercerimus ſtudio, & labori, ut par
tes noſtras. i. Sapiẽtiæ veteris defenderemus.
Sed potius id õẽ rei facilitati, & veritati tri-
buas quod nos facile cõſecuturos cõfidimus
ob ſingularem tuam erga nos beneuolentiã,
ac immortalis animi tui dotes, quæ tales ac
tantæ ſunt, vt citra adulationem humanç lin
guç officium excedat. Nec mirum tibi uideri
debet, ſi nihil circa dubium illud in medium
6 adduximus. Nam † tam magna eſt vis verita-
tis, ut Iſidorus de ſummo bono exclamat, vt
omnia ingenia, aſtutias & calliditates ſupe-
ret, & ſeipſum contra ficta, ſimulataq. figmẽ-
ta tuetur. Verum ne iniuſtam cauſam peni-
tus tueri uideamur, aliam elegimus viã, quæ
tuto nos ad præfixum noſtri deſiderij ſcopũ
7 perducet. † Eaque eſt ut ille Ioannes Paulus
Pongellus a Sancta Anatolia recomendata
ciuitati Camerini, vere tamen poſita in pro-
uincia Marchiæ poſſit dare votum ſuum pro
Marchia, quod verum indubitanter dicimus,
& pro nobis pronunciandum tum iuribus &
8 rationibus, de quibus infra. † Tum quia hæc
eſt mera veritas, quę res eſt ſolidiſſima, & mu
rus inexpugnabilis, vt dicitur in 2. lib. Ezdræ,
cap. 3. & ex noſtris Bald. in cap. ſicut de
9 probati. † Nec propterea dicendum erit, nos
velle

velle facere litem iſtam immortalem contra
10 l. properandum. C. de iudi.† Quia ut dicit
Bal.in cap. licet cauſam in 5. char. de probat.
qui confidit in veritate non it per mendicata
ſuffragia,ſed feſtinat vt veritas inquirat;ſed vt
in arenam tandem prodeamus de his hacte-
11 nus.†Cum oppidum S.Anatoliç ſit ſitum in-
12 ter oppidum Mattelicæ & Fabriani.† Quæ
quidem vt patet tam per Coſmographos quã
Marchiæ conſtitutiones, ſunt in prouincia
13 Marchiæ.Sequitur ex neceſſitate,† quod etiã
Sancta Anatolia dicatur eſſe eiuſdem prouin
ciç. Et ſic D.Ioannes Paulus Pongellus ex di
cto loco ſcholaris Sapientiç veteris poſſit da-
re votũ ſuum pro creatione Conſiliarij pro
14 d.prouincia. † Cum dicatur Prouincialis il-
lius prouinciæ. Iſte enim non ſolũm habet
domicilium, ſed ẽt originem.l.prouinciales.
15 ff.de uerb.ſign.† Nec obſtat,ſi diceretur,qđ
Sãcta Anatolia eſt ſub dominio, & ſub tutela
Camerini,& quod ideo iſte debeat dare uotũ
ſuum pro ea prouincia, prout ſcholares Ca-
merini dant; & ſic pro Romana ex conſuetu
dine huius Gymnaſij, vt patet in matricula
ſcholarium,cum dictum oppidum ſit quoddã
16 acceſſorium ciuitatis Camerini.† Et acceſſo
rium ſequatur naturam ſui principalis, iuri-
17 bus vulgaribus. † Reſpondetur enim negan-
do d.oppidum eſſe ſub dominio & iuriſdictio
ne,& eſſe acceſſorium dictæ ciuitatis Came-
rini. Sed dicitur,quòd eſt duntaxat recomen-
datum, & confęderatum illius ciuitatis, &
ſubmiſit ſe protectioni illius cum certis pa-
ctis,vt aliàs fuit etiam recomendatum huic ci
uitati Peruſinæ, prout probabitur, quando
18 opus erit.Sed† terræ recomendatæ, & quæ
ſubmiſerunt ſe protectioni alicuius ciuitatis
certis pactis ſubditi non ſunt,ſed dicũtur ter-
ræ liberç,& de per ſe.l.nõ dubito. ff. de capti.
& poſtli.reuer. vbi Bar.num.2.dicit quod ca-
ſtra & uillæ recomendatæ alicui ciuitati, di-
cuntur populi liberi non ſunt illius ciuitatis
ciues. Et idem ſentit Dominus Alex.in addi.
alios allegans pro hoc,iſtud etiam tradit idẽ
Bart.in tract. reſp. in 3.q.prima,q. princi. Et
poſt eum ſequitur Petrus de Anchar. & alij
quos copioſe allegat Dominus Alexan.cum
19 apoſtil.† ex quo infertur,vt ibi per Bar.quod
repreſaliæ conceſſæ contra aliquam ciuita-
tem non poſſunt exerceri contra oppida re-
20 comendata illi ciuitati.†Et quod dicantur ter
ræ liberæ, & non ſub dominio illius ciuitatis
cui ſunt recomendatæ, voluit Deci. in cap.
nouit. de iudi.num.62.& Cardi.Paris.cõſ.16.
21 lib.4.nu.25. vbi dicit. † Quod ſola recomen-
datio appoſita etiam in ſignum ſuperioritatis
non facit rem feudalem, & quo minus ſit li-
22 bera.† Vnde ex his ſtaret,quod dictum oppi-
dum Sanctæ Anatoliç eſſet liberum, & nihil
haberet negocij cum Camerino, niſi quo ad
23 protectionem. † Immo habet propriam iu-
riſdictionem. Cum habeat merum & mixtũ
imperium, & gladij poteſtatem iuxta tradita
per Deci. in l.imperium.ff.de iuriſd. om. iud.
Itaque non põt fieri illatio: ſcholaris Camer
tes dant uocem pro Romana: ergo & illi de
Sancta Anatolia, cum iſta ſint diuerſa, ergo
remanet concluſio, quod illi de dicto loco
cum ſint Marchiæ Prouincialis pro Marchia
votare debent. Nec etiam obſtat ſi diceretur,
quod anno pręterito ille Dom. Ioan. Paulus
dedit votum pro Romana, & quod etiã hoc
anno pro eadem dare debet, non pro Mar-
24 chia.† Cum in dubio id quod ſolitum eſt, &
conſuetudo attẽdi debeat, ut per Alex. in l.ſi
25 finita in 2.not. ff.de dam. infect.† Et quibus
actus à conſuetudine recipiat interpretatio-
nem, vt late tendit Deci. in l.in ſtipulationi-
bus.ff.de regu. iur. Nam reſpondetur,quod
26 iſte fuit error. † Et iſte error non potuit prę-
27 iudicare ueritati.† Errore enim veritas ori-
ginis non amittitur, & falſa demonſtratione
non vitiatur, nec ei nocet, qui eam poſtpo-
ſuit. l.licitus. §. veritas, vbi glo.de offi. præſi.
l.cum falſa, vbi gloſſ.C. de iuris & facti igno.
l.fin. in fin. ff. de probat. Soccin. iunior con-
ſil.52.nume.17. & conſil.108. & 83.lib.2. &
conſ.65. nume. 15. & conſ.112.nume. 1. & 2.
lib. 1. Et in terminis eſt text. not. in l. aſſum-
28 ptio.in prin.ff.ad municipal.de incol.† Vbi
aſſumptio originis, quæ non eſt naturæ veri-
29 tatem non perimit, & ſumatur per Docto.†
Quod propter noſtrum negare vel affirmare
nihil immutatur in re, de quo late more ſuo
per Andr.Tiraq.in trac.de vtroque retrac. pri
30 ma par.§. 32.gloſſ. uni. nu. 34.cum ſequen.†
Et maxime hoc procedit in caſu noſtro cum
tractetur de iure publico unius vniuerſitatis
31 .i.Marchię prouincię.† Nam priuatorum fa-
ctis vel aſſertionibus ius publicum non im-
mutatur.l.ius publicum.ff.de pact.not.Barto.
Bald.& cęteri Doctor. & præſertim Cur.iun.
32 in l. pen.C. eod. de pactis.† Et ſola profeſſio
erronea, cum de veritate appareat in contra-
rium per profitentẽ,vel aliter, nihil nocet.l.
non nudis rebus.vbi Salicet. C.de probatio.
33 Adeo quidem† vt nec ipſi qui errant noceat.
d.l.cũ falſa. C.de iuris & facti. igno.vbi Paul.

34 Caſtren. † Error autem in propoſito proba-
tur, eo ipſo, quod contrarium probatur per
euidentiam facti.l. poſt diuiſionem, vbi Bald.
& alij. C. de iuris & facti ignor. Soccin. in cō
ſil.52.num.3. Paris.conſil.89.nu.28.& conſ.
92.num.30.& conſ.131.nu.29. lib.1.Soccin.
35 iuni.conſ.47.num.33. lib.1. † Et in dubio in
propoſito præſumitur potius error quā fraus
& dolus. l. qnod ad libitum in fin.ff.de his qui
inteſta.ſibi aſcri. Anton. conſ.47. uiſis,col.2.
Bal. l. 2. & fin. uerſ.ibi nota. C.de legi. Deci.
conſ.175.nu.5. Paris.conſ.169.num.59.lib.4.
Et quod error huiuſmodi non poſſit præiudi-
care in caſu noſtro procedit ſine dubio. Cum
vt ſupra dictum eſt, tractetur de iure vnius
36 vniuerſitatis, & de præiudicio tertij. †
Nam licer mentiendo quis ſibi poſſit præiu-
dicare quoad pœnam mendacij, quando non
erraſſet, licet hoc in caſu noſtro non con-
ſideretur, quia ſine dubio error interuenit,
tamē quoad tertium nullum potuit fieri præ-
37 iudicium, vt per Bart. in d.l.aſſumptio. † Im-
mo ſi quis vellet renunciare origini, nō poſ-
ſet, vt eſt tex. expreſſus in fine d.l. aſſumptio.
& ibi gloſ. adducit concordantes, & præcipue
probatur in l.2. in fin. C.de incol.lib.10. ibi.
Mēdacium quo minus muneribus fungaris,
non proderit, & in l.origine.C.de munici. &
orig. lib.10. dum inquit origine propria ne-
minem poſſe voluntate ſua eximi manifeſtū
eſt, & in l.fin.C.eod.titu. Cum igitur rei veri
tate iſte ſit prouincialis Marchiæ per iſtum
errorem, quod dederit uocem anno præteri-
to pro Romana non debet poſſe reici ab ele
ctione actiua conſiliarij illius prouinciæ, cu
ius uere eſt prouincialis per ſupra alleg. Et
licet conſuetudo in dubio attendi debeat, vt
ſupra fuit dictum: tamen reſpondetur negā-
38 do conſuetudinem iſtam, † quia conſuetudo
non eſt. Nam ad hoc vt ea inducatur non ſuf
ficit vnicus actus, ſed geminatus, ut per Alex.
in l. prouinciales. §. ſi quis prætor.ff.de nou.
oper.nunc.num.2. Immo plus non ſolum re-
39 quirantur bini actus, vel duæ uices. † Sed eſt
neceſſe, quod ſit decurſum decennium.l.diu-
tina. ff. de legi. & uoluit gloſ. in l.1. C.quæ ſit
longa conſuet. & gloſ. in l.de quibus. §.inue-
terata vbi d.Iaſ.nu.41. & 85.ff.de legi. Sed in
caſu noſtro non poteſt allegari, niſi vnicus
actus. Item non eſt decurſum decennium:
ergo non poteſt dici conſuetudo, & ille uni-
cus actus tanquam erroneus nullius debet
eſſe cōſiderationis. Quare nulla videtur poſ-
ſe affirmari ratio probabilis. Cum iſte Dom.
Ioan. Paulus non ſit admittendus in creatio-
ne conſiliarij Marchiæ.

Et ita allegatum fuit per nos Ludouicum Alferium de Cortona, Philippum Matiū de Vltraiecto, Horatium Magoniū de vrbe Veteri, & Tullium de Sutrio ſcholares, in almo ſtudio Peruſino. Et in noſtri fauorem iudicatum fuit per Illuſtriſsimum & Reuerēdiſs. D. Ioan. Baptiſtam Caſtaneum Archiepiſcopum Roſſanen. tunc temporis Peruſiæ prouinciæ Vmbriȩ Gubernatorem, nuuc Cardinalem.

CONSILIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præſumitur in poſſidente.*
2 *Dotis promiſſæ retentio plurimis de cauſis contingere poteſt, in quibus non cadat mala fides.*
3 *Mala fides an præſumatur in promiſſore dotis, ſi putet ſe dotem ex voluntate eius cui eſt promiſſa detinere, vel quod putet illum dotem velle ſibi remittere, vel ſaltem meliorem gratiam facere.*
4 *Mala fides an attendatur in præſcriptione longiſſimi temporis, vel negligentia non petentis, & 24. Et an purgetur ſpacio 30. annorum, nu.28. & 37.*
5 *Mala fides de iure canonico omnem præſcriptionē tollit. & quomodo intelligatur, nu 10. & ſeq.*
Intell. ad cap. fin. de præſcrip. & cap. poſſeſſor malæ fidei. de reg. iur. in 6. Et an procedant etiam in actionibus perſonalibus d.num. & num.10. 13. & uſque ad numerum 21.
6 *Dotem promittens ſcit ad eam perſoluendam eſſe obligatum.*
7 *Mala fides poſſidet, qui vel debiti ſcientiam habet, vel rem alteri debitam ſcienter detinet.*
8 *Dotem promittens, ſi interpellatur ab eo cui dos eſt promiſſa incipit eſſe malȩ fidei poſſeſſor.*
Ignorantia in facto proprio intolerabilis eſt. dicto nume.7.
9 *Dies appoſita in promiſsione dotis ſoluendȩ interpellat pro homine, & conſtituit debitorem in mora, & num.20.*
Interpellatio diei tantum operari debet, quantum hominis, dicto num.
11 *Mala fides mortale peccatum inducit.*
12 *Leges ſtatui non debent, vt eius authoritate anima alterius mortali peccato grauata in perpetuam perniciem ruat.*
14 *Lex quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
15 *Dictio. Nulla, omnem in vniuerſam proſcriptionem excludit.*
16 *Rei, appellatione non minus iura & actiones comprehenduntur, quàm res corporales.*
17 *Omne, quod nō eſt ex fide peccatum eſt, quid in actionibus perſonalibus ibi, & nu. ſeq,*
18 *Eadem diſpoſitio militat, vbi eadem ratio.*

Extenſio

19 Extenſio etiam fit in correctorijs ad caſus ſub ratione comprehenſos, quando in lege non reperitur expreſſa ratio. Et fauore animæ, etiam ad impropria.
20 Mora ſua nemo prodeſt.
21 Præſumptio omnis veritati cedit.
22 Debitor an poſt acceptum beneficium poſſit creditorē proſcriptionis exceptione remouere.
24 Declaratio ad dicta per Bar. in l. ſequitur. §. ſi viam. num. 2. ff. de vſucap. per totum.
25 Actio omnis an tollatur ſpacio longiſsimi temporis.
26 Mala fides defuncti an noceat hæredi exiſtenti in bona fide & ex perſona ſua præſcribere volente, & num. ſequen.
27 Ius canonicum attendi debet in materia preſcriptionis, maxime, quando interuenit mala fides, & num. 20. col. 2. ucr. vnde Bar.
29 Heres preſcribendo an releuet animum defuncti à peccato. nu. 30. & 38.
30 Præſcriptio habet vim ſolutionis, & nu. 38.
31 Statutum ciuitatis Cortonæ, ſub rub. 36. lib. 2. in quo diſponitur, quod omnis actio ſpacio 30. ann. tollatur quoniam intelligatur. nu. 40. & ſeq.
32 Hæredes ſuccedunt in vitium defuncti.
Mala fides defuncti trãſit ad hæredes, & impedit præſcriptionē etiamſi velit incipere ex perſona propria d. num & nu. ſeq.
Quid de iure canonico, nu. 34.
33 Hæres tenetur exponere conſcientiam defuncti, & ad exonerationem non ſufficit, quod credat defunctum bonam fidem habuiſſe.
34 Heres repræſentat perſonam defuncti.
35 Intellige ad dicta per Dyn. in regu. poſſeſſor. num. 42. de regu. iur. & num. ſeq.
36 Succedens in beneficium nõ habet cauſam à defuncto, ſed à ſuperiore confirmante, & mala fides ipſius nõ nocet.
37 Doctrina Bar. in l. fin. C. vnde vi, in fi. quando & quoniam procedat.
39 Peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum.
40 Statutum debet interpretari ſecundum ius commune, ne quis indebite damnum patiatur, & ſtrictiſſime, vt minus lædat ius commune, quàm ſit poſſibile.
41 Statutum inducens, quòd debitor preſcriberet, etiam cum mala fide non valet, quia inducit peccatum.
42 Opinio communis rem claram & indubitatam reddit, & ab ea non iudicando, & conſulendo non eſt recedendum.
43 Iudex iudicãs contra communem, preſumitur propter imperitiam, & eſt nimis ignorans, & nimis fatuus eſt, quando recedit à communi, ſupra nu. 24.

SPiritus Omnipotẽtis Dei dirigat verba oris mei in uiam veritatis & iuſtitię. In præſenti conſultatione duo diſcutiẽda ſunt, Primo vtrum ille, qui dotem à ſe promiſſam non exſoluit, poſsit dici mala fide dotem detinuiſſe, ad impediendũ actionis ad dotem præſcriptionem. (Videas ſupra Alferium, conſ. 64. per totum.) Secundo: an hæredes in propoſito dotis actionem præſcribere poſſint, etiamſi vellent incipere ex perſona propria.

1 Circa primum videtur, quod non. Primo quia in poſſidente præſumitur bona fides. l. pen. C. de euictio. gloſ. in cap. ſi diligenti, & ibi Doctor. de præſcriptio. cum concordan. per Alex. conſ. 200. Viſo & diſcuſſo, colũ. 1. lib. 2. & conſ. 75. col. pen. lib. 4. & Alciat. reg. 3. præſumpt. 5. in princ. Paris. conſ. 15. nu. 21. lib. 1. In propoſito ergo dotem promiſſam poſſidens cum bona fide poſſidere præſumitur.

2 Secundo dotis promiſſæ retentio plurimis de cauſis cõtingere poteſt, veluti ſi pater, qui pro filia Genero dotem promiſerat ad inopiam redactus dotis beneficio, quæ ſupererat ſe ſuamque familiam alat, hic nulla interuenit mala fides. Immo nec a patre inuito genero dotem hoc caſu extorquere poteſt, niſi in quantum facere poteſt. l. ex aduerſo. ff. ſoluto
3 matrimo. l. pen. ff. de iure dot. † Item ſi dotis promiſſor putet ſe dotem ex voluntate ejus, cui eſt promiſſa detinere, vel quod putet illũ dotem velle ſibi remittere, vel ſaltem maiorem gratiam facere. arg. cap. 1. commoditati. Socci. conſ. 203. nume. 2. uerſ. 3. vol. 2. Franc. Rip. in titu. de præſcript. acti. per ſe. reſpon. 1. in princi. In his itaque & ſimilibus caſibus promiſſor dotis de mala fide argui poſſe non uidetur. Nullum enim habet decipiendi, vel circumueniendi animũ, vt per ſe patet. Vnde cum dotis retentio ex multis cauſis accidere poteſt, in quibus nulla cadit mala fides, in dubio in meliorem partem interpretationem faciendo dicendum erit dotis promiſſorē dotem a ſe promiſſam bona fide potius, quàm mala fide detinuiſſe, cap. eſtote, de regu. iur. & per ea, quæ in hanc ſententiã ſcribit Alexan. conſ. 30. ex alleg. col. 2. lib. 7. Rom. conſ. 113. pro diuiſione cum concordantibus traditis per Marſil. in lib. 1. num. 68. C. ad l. Corne. de Sicari. & in rub. de fideiuſſ. nume. 47. & Curt. ſenior conſ. 20. Domine labia. colũ. 18. Alci. reg. 3. præſumpt. 5. & ibi additio. Dẽpta

itaque mala fide nihil ſupereſt, quod impe-
diat in propoſito præſcriptionem ſiue iuris ci
uilis, ſiue canonici diſpoſitionē inſpiciamus,
toto titulo .ff.& C.de præſcrip. 30. an. & titu.
de prẹſcrip. extra.
4 Tertio, poſito quod in propoſito mala fides
interueniſſet circa detentionē dotis promiſ-
ſæ, illa tamen prẹſcriptione longi temporis
impediri poſſe nō uidetur. l.omnes. & l.ſicut
rem. C.de prẹſcript. 30. vel 40. anno. per tex.
Clarum in l. ſequitur. §. ſi viam. ff.de vſucap.
iuncta. l.ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. uendice.
& l. fin. ff. quo nam, ſerui. amit. Quibus iuri-
bus probatur, quod in longi temporis præ-
ſcriptione, vt hic, non attenditur mala fides
præſcribentis, ſed ſola negligentia non petē-
tis, vt in terminis voluit Barto. d. l. ſequitur. §.
ſi viam, nu. 2. Hoſtien. in ſum. titu. de prẹſcri-
ptio. iur. immuni. §. quẹ res præſcribi poſ-
ſunt. Inno. in cap. iura ad fin. de iure patron.
Maria. Socci. ſen. conſ. 14. comes in ultima
cart. Barth. Soccin. conſ. 203. lib. 2. Corn. con
ſil. 277. ad euidentiam. Alex. conſ. *99.* in fin.
lib. 4. Nellus in tracta. Banni. in 2. par. 2. temp.
q. 12. quorum authoritate ita fuiſſe iudicatum
teſtatur Guid. PP. deciſ. 1*99.* in cauſa. & Tho-
loſẹ, vt capella Tholo. q. *76.*
5 Nec obſtat, quod de iure canonico mala
fides omnem prẹſcriptionem impediat cap.
poſſeſſor malẹ fidei, de reg. iur. in *6.* cap. fi. de
præſcription. quaſi ius canonicum propter
peccatum velit derogare diſpoſitioni iuris ci
uilis permittentis præſcriptionem cum mala
fide, quia per ſupra alleg. auth. reſpondetur
illud procedere in iſtis rebus, ad quarū præ-
ſcriptionem poſſeſſio requiritur. Secundum
quod videntur ſonare iura canonica, dum de
poſſeſſione mentionem faciunt d. cap. poſſeſ
ſor malæ fidei. Sed actionum perſonalium
prẹſcriptio, vt hic, non tam poſſeſſione præ-
ſcribentis, quẹ nulla videtur, quam aduerſa-
rij non petentis negligentia completur. Vn-
de non debet ad vſum de quo non loquatur,
extendi, per l. præcipimus. C.de appella. cap.
expediat, de electio. in *6.* cum ſimilibus.
His tamen in contrarium non obſtātibus
verius eſſe exiſtimo detentionem dotis pro-
miſſẹ malam fidem ſufficiētem ad impediēdā
præſcriptionem inducere.
6 Primo, quia qui alij dotem promiſit, ſcit
ad eam perſoluendam ſe eſſe obligatū. l.ſcire
debuiſti. C.de contrahen. & commit. ſtipula.
& ex definitione obligationis, ibi alicuius rei
ſoluendæ clare demonſtratur. Igitur poſt do-
tis conſtitutionem, ſcit ſe rem alteri debitam
detinere. (Couar. in materia, tamen in aliis
ternis, lib. 1. reſolu. cap. *9.* nu. 5. & in relect. c.
poſſeſſor, in 2. par. ſ. 7. nu. 4. de regu. iur. in *6.*
7 infra conſ. 10. nu. 4. & ſeq.) † Vnde ſubintrat
communis omnium doctrina. Eum videlicet
mala fide poſſidere, qui vel debiti ſcientiam
habet, vel alteri rem debitam ſciēter detinet.
l. ſi fundum ueſtrum C. de rei uendi. Bart. in l.
Celſus. nu. 18. ff. de vſucap. Abb. in d. cap. fin.
vltimo & penul. notan. Bal. conſ. 13. ſuper eo
quæritur circa fin. l. 1. Boeri. deciſ. 328. nu. 2.
verſ. & ideo licet. Paris. conſ. *92.* nu. 27. vol. 3.
& conſ. 27. num. 123. lib. 1. Socci. Iunior. cōſ.
80. nu. 22. uol. 3. Grauet. conſ. 11*6.* nu. *6.* lib. 1.
In facto enim proprio improbabilis eſt &
intolerabilis ignorantia. l. fin. ff. pro ſocio. l.
quacunque, & ibi gloſſ. ff. ad Velleia. cap. ab
excommunicato, ubi gloſs. extra de reſcrip.
Socci. Iun. cōſ. 80. nu. 22. quæ omnia cum hic
interueniat merito, &c.
8 Secundo promittens dotem ſi interpella-
tur ab eo cui dos eſt promiſſa, incipit eſſe ma
lẹ fidei poſſeſſor. d. l. ſi fundum. C. de rei uēdi.
l. item veniunt. §. petam autem fiſco. ff. de pe-
ti. hæredi l. nemo. C. de acquir. poſſ. Alexan.
conſ. 53. col. 4. vol. 5. Boeri. d. deciſ. 328. nu. 2.
9 verſ. Sed in caſu noſtro. † Sed in propoſito
dies promiſſionis de dote ſoluenda appoſita
interpellat pro homine, ergo poſt diei inter-
pellationē dotis poſſeſſor male fidei eſſe inci
pit. tm̄. n. diei interpellatio quātum hominis
operari debet. l. magnā. C. de contrah. & cō-
mit. ſtipul. l. ſi ex legati cā. ff. de uerb. oblig. l. 2.
C. de iure emphy. c. fin. extra locati. l. quoties
in diē. ff. de verb. obl. Doct. in l. vinū. ff. ſi cert.
peta. Bar. in l. ita ſtipulatus in 2. q. princ. verſ.
3. extra. ff. de uerb. obli. Alex. conſ. *99.* nu. *9.*
vol. 4. Afflit. deciſ. 31*6.* Deci. conſ. 153. colū.
fin. Iaſ. Inſti. de actio. §. plus, nu. 27. Siue itaq;
propriam ſcientiam ex natura ipſius contra-
ctus prouenientem: ſiue diei interpellatio-
nē conſideremus, manifeſto liquet dotis pro-
10 miſſionem mala fide dotem detinuiſſe. Quæ
cum ita ſint, neceſſario ſubintrat diſpoſitio,
cap. poſſeſſor malæ fidei de reg. iur. in *6.* & c.
fin. extra de præſcriptio. quibus probatur ma-
11 lẹ fidei poſſeſſorem nunquam præſcribere. †
Quia mala fides mortale peccatum inducit.
12 d. cap. fin. † Leges autem ſtatui non debēt, vt
earū authoritate aīa alterius peccato grauata
in perpetuam perniciem ruat, c. erit autē lex.
diſt. 4. Silua. nupt. lib. 4. nu. 121. Nec mihi pla
cet iſta reſtrictio ſupra nu. 5. adducta quaſi ius
can.

can. nihil in prǽſcriptione actionum perſo-
nalium immutet, quia cõtrarium verius eſſe
probatur.
13 Primo per tex.clarum,d.c.fi.vbi dicitur qđ
nulla tam can. quã ciuilis abſq; bona fide ua-
let prǽſcriptio, quia oẽ quod non eſt ex fide,
peccatum eſt, ponderãdum eſt,quod tex.illę
loquiť generaliter, nec diſtinguit inter actio-
14 nes reales & perſonales, ergo. † Nec nos di-
ſtinguere debemus.l. de precio.ff.de publi.in
rem actio.l.preces la 2.ff. de offi.præſid.Con-
firmatur, quia text. ibi utitur uniuerſali pro-
poſitione. Videlicet, nulla prǽſcriptio, ergo
nec præſcriptionem actionum perſonalium
15 ammittit.†Dictio enim,nulla,oẽm in vniuer
ſum præſcriptionem excludit.l.nullam.C.de
infami.l.nulli.C.de iudi.Alexã.conſ.185.Re-
dẽptoris.nu.33.lib.2.& cõſ. 99. nu.5. uolu.4.
16 Secundo per eundem tex.in d.cap.fin.ibi.
Vnde oportet qui præſcribit in nullã tẽporis
partem rei alienæ conſcientiam habeat. Põ-
derandum eſt illud uerbum Rei, per qđ non
minus iura & actiones, quàm res corporales
cõprehendũtur.l. rei appellatione.ff.de uerb.
ſign.l.1.in fin.ff.ſi cert.pet.glo.in l.1. ff.de ſta.
homi.vbi Guliel.& Bart.& tex.in l.1. verſ. &
quidam. ff. de rerum diuiſ. Bar.in l.quintus.§.
argento. ff. de auro & arg.leg.Alex. cõſ.185.
nu.33.lib.2.& conſ.63.nu.5.vol.4.& in l.prę-
tor.§.de his.ff.de dam.infect.& conſ.99.Chri
ſti enim,nu.6.vol.4.& Rip.in tit. de præſcrip.
acti.perſon.reſpõ.1.nu.3.igiť tex.de rebus in
gñe loquens,ẽt iura & actiones cõprehẽdit.
17 Tertio per generalẽ rationem huius text:
ibi in prin. qm̃ oẽ quod non eſt ex fide pecca-
tum eſt, quæ non æque militat in actionibus
18 perſonalibus quàm aliis, ergo † militat eadẽ
quoq; diſpoſitio vulgata.l. illud. ff. ad l.aquil.
l.à Titio.ff.de uer.obli.l.3.§.1.ff.de iniuſt.rup.
teſta.Tiraq.ceſſante cauſa.par.1.nu.151.maxi
19 me ſtante prima rõne ſupra adducta, nu.6. †
Nam vbicunq; in lege reperitur rõ expreſſa
fit extenſio,ẽt in correctorijs ad caſus ſub rõ-
ne comprehenſos.Bal.in auth.quas actiones.
C. de ſacroſanct. eccleſ. per tex.in l.his ſolis.
C.de reuocã.dona.& l. cum mulier.§.1.ff.ſol.
mat.Immo cũ in actionibus pſonalibus eadẽ
rõ militet, quatentis de mala fide tractemus,
quæ in actionibus realibus hic non erit dicẽ-
da extenſio vel ampliatio ad d.cap.fin.Sed po
tius veræ mentis enucleatio, per ea quę late
more ſuo tradit Tiraquel. ceſſante cauſa par.
1.nu.136.cum multis ſeq.Quæ quidem inter-
pretatio in propoſito eo magis eſt admitten-
da, quod vulgo receptum ſit in correctoriis,
vt hic, licitam eſſe extenſionem ẽt ad impro-
pria ratione & fauore animę.Bald.in auth. ſa-
cramenta puberũ.C.ſi aduer.uendi. Io. And.
Areti. & Panor.in cap. ex tenore.Qui fil ſint
legit. Iaſ. in auth. quas actiones. C. de ſacro-
ſanc. eccleſ.Fel.in cap.translato. col. 6.extra
de conſti.Alexan. conſ.63.num.6.vol.4.Rip.
vbi ſup.num.4.
20 Quarto per hãc interpellationem, de qua
ſupra,nu.8.& 9.debitor conſtituitur in mora.
iuribus ibidem allegatis. Itaque ſi huiuſmodi
debitor prǽſcribere licite poſſet, mora ſua ſi-
bi prodeſſet. Sed hoc fieri non debet. l. non
fraudatur. §. nemo.ff.de reg.iur.cap.mora, de
reg.iur.in 6.l.itaque fullo.ff.de fur.Rip.ut ſup.
nu.5.merito, &c. adde Rip. in l.fin. nu. 232.
C.de reuoc.donat.
Et quod d.cap.poſſeſſor,& cap.fi.compre-
hendant præſcriptionem actionũ etiã perſo-
nalium, voluerunt gloſ.Inno.Hoſtien.Paul.
Caſtren.in d.l.ſequitur.§. viam.& in l.1. C. de
præſcrip.30.ann. (Rip.in l.fin.nu.232. C.de
reuoc.donat.) Et idem Ang.in repeti.l.1.C.
de iudi.Bald.in l.1. C. de ſerui.& aqua.& in
auth. ad hoc. C.de vſur.& in l. quibus diebus.
§.dominus.ff.de condit. & demonſtrat. Anto:
Imo. & Abb. in d.cap.fin. Cardin. in cap. Vi-
gilate. de præſcripti.Anchar. conſi.5.In Chri
ſti nomine, & conſ.139.Viſa. Bald.conſ.350.
uol.2.& conſ.279.uol.3.& conſ.186. Quidã
M. deceſſit, uol.5. & in q.Statuto cauetur,co
lum.12. Paul. Caſtren. conſ.290. Paris.conſ.
92.nu.28.& 66.nu.93.volu.3.Maria.Socci.iu
ni.conſ.86.num.6.uol.3.Abb.conſ.45.domi-
na,colum.8. Et iſta magis communis eſt ſen
tentia, vt nominatim voluerunt Alex. conſ.
34.num.1.uolu.3.& conſ.99.num.8.uolu.4.
& conſ.63.num.4.d.uol.Paul. Caſtren.d.§. ſi
viam. nu.6.Franc.Balb.in tract. prǽſcrip. par.
4. quartæ par.princip. q.8.nume.2. Afflit.de-
ciſ.13.num.6.Paris.d.conſ.92.nume.128.vo-
lu.3.& in cap. fin. vbi alios citat num. 15. ex-
tra de præſcrip. Rip.vbi ſupra,num.1 (Rip.in
d.l.fin.nu. 232. C. de reuocan.donat.) Vnde
Bart.in d.l.ſequitur.§. ſi uiam,recte ſe ſubmit-
tit iudicio Eccleſiæ, & Theologorũ,cum ſua
opinio de iure cano. ſubſiſtere nullo modo
põt,vt ex ſupra allegatis patet. Quod ius ca-
nonicum in præſenti materia omnino ſerua-
ri; vt nominatim voluerunt Abb. in d.c.fin.
Bal.in auth. ſuper longi.C.de præſcrip. longi
tẽp.Io.And. d.c.poſſeſſor. Alex. cõſ.99.nu.3.
vol.4. Bart.Soccin.conſ.203.in prin.uol.2.&
conſ.

conſ.98.num.18.volum.2. Paris.conſ.92. nume.30:volu.3.& conſ.66.nu.98.eod.vol.Socci.Iun.conſ.86.nu.6.volu.3.etiam in ſoro ſeculari.Alex conſ.34.nu.1.uol.3.

21 Nec obſtat primum fundamentum ſupra pro contraria parte adductũ,quia omnis præſumptio veritati cedit.l.filia.ff. de iis qui ſunt ſui. vel alien. iur. in prima lectu. in 4.not.Paris. conſ.29.nu.75.& 82.vol.2.ſed cum de mala fide ſatis abunde ſupra probatum ſit merito ſola præſumptio nihil releuat.

22 Nec obſtat quod ſecundo loco adducitur ſolã dotis retentionem malam fidem arguere non poſſe, cum plurimis ex cauſis retẽtio contingat, vt ibi deductum ſuit, quia quandoque illa procedere poſſet in pura & ſimplici promiſſione, numquam tamen ſibi uendicare poſſunt quando promiſſioni dies eſt adiecta,in qua ſolutio confertur. Nam cum tali caſu dies interpellat pro homine.dicta l. magnam, ac propter talẽ interpellationem poſſeſſor malæ fidei efficiatur, vt ſupra nu.8. & ſeq. ſequitur quod omnis præſumptio bona fide euacuetur.

23 Quamquã etiam extra caſus interpellationis ſatis durum & aperte contra ęquitatis naturam videatur debitorem poſt acceptum dilationis beneficiũ poſſe creditorem præſcriptionis exceptione remouere, quãdo potius gratificare deberet creditori, quod is benignitate paulo laxiori quam diligentiſſimus pater familias in ſe debitorem vſus, tẽpus exactionis diſtulerit. Nec enim pro beneficio accepto velle maleficium reprehendere æquum eſſe arbitror. Quamquam igitur huiuſmodi debitores extimatio ad fructus,ac reliquã rei vtilitatem ſibi prodeſſe exiſtimem:Ea tamen ad præſcriptionem ſaltem de iure canonico, & in ſoro conſcientiæ nihil ſibi profuturum opinor. Nunquam enim iura canonica inhibentia præſcriptionem mala fide initam locum obtineret,quia vnuſquiſque rem alienã obtinentem poſſet dicere exiſtimaſſe, ſi domino inuito rem non detinuiſſet: ſed qđ putauit Dominum ſe gratificari, ac dotis actionem remittere voluiſſe.

24 Nec obſtat ultimo loco Bart.fundamẽtum in d.l.ſequitur.§.ſi viam, (eſt communiter reprobatus, ut per Rip.d.l.fin.nu.232. C.de reuoca. dona.) arbitrantis, quod vbi nulla poſſeſſio ibi nec bona fides in pręſcribendo requiratur, ſed in perſonalibus actionibus non eſt poſſeſſio: ergo nec bona fides ad præſcribendum exigitur. Quia reſpondetur primo quod licet propria iura non poſſideãtur, quia incorporalia, in quibus vera poſſeſſio non cadit.l. ſeruus.§.1. ff.de acquir. rerum domi. tamen propter euitandum peccatum propter animę periculum propter identitatem: denique rationis iura loquentia de poſſeſſore trahenda ſunt ad iuris poſſeſſorem, quia debitor ſaltẽ late ſumpto vocabulo dicitur poſſidere debitum.l. regulariter.ff.de peti.hæredi. l. qđ ſi in diem.§.Iulianus, eod.titu. Fely.d.cap.fin. col.2. extra de pręſcript.ita voluit Alex.conſ. 63.num.5.vol.2.extra de pręſcripti,ita voluit Alex.conſ.63.nu.5.vol.4.& conſ.99. num.6. eod. lib. Vnde Bald.in d.auth.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ. uendi.voluit, quod diſpoſitio illius auth. Quæ eſt correctoria ſecundũ gloſ.& doct. ibi & quæ loquitur in contractibus, extendatur ad quaſi contractus, quia per talem intellectum ſauetur animæ, idem dicẽdum in caſu noſtro, quia ratio quare de iure canonico impeditur pręſcriptio eſt ut peccãdi via tollatur.d. cap. in prin.quę non eodem modo locum habent in actionibus perſonalibus, ut ſupra. Vnde a pari ratione ſtatutum in poſſeſſore ad iuris poſſeſſorẽ extendi, quãdo malam fidem hic ſubeſſe ſupra monſtratum ſit.

Secundo reſpondetur negando Bart. iure cano.ſe ſundare ſuper poſſeſſione, quinimo ſe fundat diſpoſitio d.cap. fi. ſuper mala fide, patet ex ratione cap.fin.ibi, quoniam omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt, quando itaque poſſidere, vel non poſſidere peccatum non ſit, ſed eſſe in mala fide mortale peccatũ ſit, ſequitur quod ius canonicum non ſe fundat in poſſeſſione; ſed in mala fide, Alex.cõſ. 99.nu.5.uer.ibi tex.noln.4.Quamuis ergo in præſcriptione actionum perſonaliũ proprie nõ ſit poſſeſſio, negari tamen nõ poteſt, quin adeſſe mala fides fundamentum huius correctionis propriiſſimę poſſit, ſi ratio & fundamentum, ergo & diſpoſitio vulgata.l.illud.ff. ad l.aquil.

Tertio poſita opinione Bar.pro uera, ea tñ ex mente, & ſententia omniũ doctor.reſtringitur ſolum ad actiones perſonales. Gui.PP. q.199.col.3.ſed cum in propoſito non nuda dotis promiſſio celebrata fuit: ſed oĩa quoque bona ſua præſentia & futura dotis promiſſo p hypotheca nomine obligauerit, egredimur manifeſtos terminos opin.Barto.Hoſtien.& ceterorum contrarium tenentium. Mirum itaq; non eſt ſi opi.Bar.cõtra me nihil urgeat, vt Alex.animaduertit conſ.99.nu.8.vol.4.

Poſtremo

Poſtremò ſi opinio Bar.& Hoſtien.Guid. PP.& cæterorum contrariam partem tenentium æquiualet communi opinioni ſupra relatę,quod tamen dicendum non eſt.Cum nimis fatuus ſit,qui in iudicando à communi recedat opinione l. 1.ff.de offi.quæſt.cap.nouimus,de ver.ſigni.& can.de iudiciis. 20.q.3.ca non is.cap.ne mireris ext. de conſtit. Bar.in l. cum prolatis.de re iudi. Alex.conſ.33. in fin. l.1. Curt.ſeni.conſ.69.ver.11. dicunt. Quia paria ſunt iudicare contra legem & communem opinionem ex ſententia Bartol.d.l.cum prolatis & infra dixi in fin.conſ. In dubio nihilominus contra Bar. pro contraria opinione iudicandum eſſet, per quam peccatum tollitur.cap.iuuenis,de ſponſa.Alex.cōſ.99.nume.6. volu.4.quia hæc eſt minus animæ periculoſa. Abb.c.1.in 5.col.extra de poſtu.pręlato.Quare vt hunc articulum concludam,cū hic de mala fide conſtet, quæ omnem præſcriptionem ſecundum veram,communē & realem iuris canonici interpretationem tollit, ſequitur dotis promiſſionem, dotis actionē præſcribens non potuiſſe.

25 Quoad ſecundum membrum principale pręſentis conſultationis prima facie videtur dicendum,quod ſic maxime,quod à tempore mortis d. promiſſoris tranſiuerunt anni quinquaginta & vltra,per quem curſum temporis omnis actio tolli conſueuit l. ſicut.l.cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. ann. Et hæredes non præſumuntur eſſe in mala fide, cum habeant iuſtam ignorantiam. d.obligationis initę per dictum promiſſorem. l. qui in alterius. ff. de reg.iur. l.fin.ff.pro ſocio, cap.cum quis

26 de regu.iur.in 6.† Ex quo in propoſito dicit Dyn. in reg.poſſeſſor.nu.42.de regu.iur.in 6. quod hæredes potuerunt præſcribere, cum mala fides defuncti non noceat hæredi exiſtenti in bona fide,& ex perſona ſua præſcri-

27 bere volenti, & hoc de ęquitate canonica. † Quę in materia præſcriptionis attendi debet, & maxime cū mala fide. Bar. in l.priuilegia. C.de ſacroſanc.eccleſ. in fin.Rom. conſ.275. ante fin. Alex.conſ.188.col.9.in fin. uerſi.Et prædicta ſunt ſeruanda num. 33. in fin.lib. 2. Immo.in conſ.123.col.2.in prin.& ſupra nume. 20. in fin. uerſ. Vnde Bar.licet rigor iuris ciuilis hoc non patiatur.l.cum hæres.ff.de diuerſ.& tempo.pręſcrip.& l.ſi ego.§.partus.ff. de publi. in rem actio. Bar.in l.vitia. C.de acquir. poſſ. & d.l. cum hæres. Et pro iſta opin. Din. conſuluit Bald. conſ.180.pręſuppoſitis verbis. lib.1.& cōſuluerunt etiam multi alij, quos Alex. & Iaſ. referunt in l Pomponius, §.cumque.nu.22.ff.de acqui. poſſeſſ.Socci. in tracta. fal.reg.389.in limita.

28 Secūdo dato, quod dicti hæredes eſſent in mala fide non per hoc videtur quod non poſſint tueri hac exceptione,cum vt ſupra nu.2. & ſeq. dictum eſt poſſiderint per 50. anno. & ultra, ex quo tempore mala fides uidetur purgata, cum ex curſu tātum triginta annorum purgetur. Bar.in l.fin.C.unde ui.in fi.cū ſimilibus, quæ adducit Deci.conſ.267.col.3.poſt medium. Curt.iun.conſ.52.num.11.par.1. & alia de quibus per Grauet. conſ.146.nu.1.

29 Tertio, quia hæredes pręſcribendo releuāt

30 animā defuncti à peccato, † quia pręſcriptio habet uim ſolutionis. l. ſi pupillus ad forem. ff.de adminiſt. tuto. Areti.d.l. Pomponius. §. cum quis de acquir.poſſ. Iaſ.in l.ſi unus.§. pactus num. 38.ff.de pact.

31 Quarto & ultimo vigore ſtatuti ciuitatis Cortonæ ſub rub.36.lib.2.ubi habetur, quod omnis actio,petitio,proſequutio,officium iudicis,realis & perſonalis, vel mixta vel hypothecaria, ciuilis vel prætoria tollatur ſpacio triginta annorum.

His non obſtantibus puto veriorem contrariam,vt ex infra dicēdis apparebit. (In iſta materia vide tractatum nouiter impreſſum Tiraq. de præſcriptio.51.gloſ..2.) Nam ſupra nu.6.probatū fuit, quod promiſſor dotis erat in mala fide, & non poterat præſcribere, & iſti qui opponunt hanc exceptionem habue-

32 runt cauſam à defuncto. † Et hęredes & ſucceſſores eius ſunt, idcirco eius uitium tranſit in ipſos,& p hoc non potuerunt nec poſſunt præſcribere,quia ſuccedunt in vitium authoris. d. l. cū hęres. ff. de diuer.& tēpo.præſcripſ. & d.l.ſi ego.§. partus.ff.de publi.in rem actio. (Conna.lib.3.com.iu.ciui.c.13.nu.3.)Etiam quod eſſent in bona fide,gloſ.in d. l. Pomponius.§.cum quis in fi. ff.de acqui.poſſ. vbi Bar, Alex.& Iaſ.Corn.conſ.176.col.fin.& penul. lib.1.& 269.lib.2.& 277.lib.3.Hier.Cagn.in l.quod ipſis.ff.de reg.iur. Paris.conſ.26.num. 26. lib.1.& cōſ.27. nu.140.eod.lib.vbi more ſuo plura cumulat. Ratio quia malum initiū conſiderandum eſt, eſto quod poſtmodū ceſſaſſet,tradit.Corn.conſ.12.in litera l.lib.1.Et maxime ſi dicti hęredes velint uti acceſſione dicti authoris. Paul.de Caſtr. conſ.293. uiſa. Barba. conſ.9.ſupremum.colū.6. & conſ.12. col.12.lib.1.Paris,conſ.66.nu. 106.& ſequē. lib.3.Et adeo eſt vera iſta concluſio, vt ſi dicti hæredes velint etiam incipere pręſcriptionē

ex

ex perſona propria, & ſic nollẽt uti acceſſione temporis ſui authoris, vt dictum eſt, non poſſet, ita gloſ. in d. §. cum quis. in uer. cum quis, in fin. & glo. in l. uitia. C. de acquir. poſſ. & l. fin. C. communia de uſucap. Alex. conſil. 99. nu. 5. & ſeq. Socci. iun. conſ. 144. num. 53. lib. 1. Pariſi. conſ. 66. nu. 103. lib. 3. Deci. cõſ. 272. colum. 3. num. 5. Fely. in cap. ſi diligenti. nume. 6. de præſcrip. Grauet. conſ. 146. nu. 7. verſ. nam Doctor. communiter circa fin. Et iſta concluſio ſupra firmata habet etiam locum de iure canonico, ut per Anton. de But. & Abb. d. cap. ſi diligenti, de præſcrip. Et pro iſta Alex. ſępe conſuluit, vt dicit in d. §. cum quis, ubi addi. in litera A. Et etiam Iaſ. ibi. Felyn. in cap. ſi diligenti. Socci. ſen. conſi. 106. nume. 4. lib. 3. Alex. conſi. 63. nume. 9. lib. 4. Franc. Rip. reſpon. primo, nume. 8. vſque ad finem, titu. de præſcrip. acti. perſona ad dotẽ. Balb. late in trac. de pręſcrip. 2. par. 3. par. princip. quęſt. 12. ſub nume. 2. vbi atteſtatur hanc eſſe ueriorem & magis communem opinionem, vt etiam oẽs ſupra citati doctores aiunt. Et iſta opinio communis fundatur in hoc.

33 Primo quia hęres tenetur exonerare conſcientiam defuncti, cap. fin. in fin. extra de ſepul. cap. in literis, extra de rapto. Anto. de Butrio & cæteri doctores ſupracitati, nume. 32. (Adde Franc. Mar. q. del fin. 766. nume. 1.) Si ergo defunctus mala fide tenebat rem, vt ſupra, num. 6. & ſequen. prolatum eſt · ergo hæredes eius tenentur reſtituere, ergo præſcribere non poſſunt. Ad corroborationem huius fundamenti, vide Bald. in auth. ad hæc, in antepen. colum verſ. Sed quid dicemus de hærede. C. de uſur. Vbi tenet, quod ad exonerationem conſcientię hæredis non ſufficit, quod credat defunctum bonam fidẽ habuiſſe, quia præſcribendo locupletaretur cũ aliena iactura. l. ſi quis mancipiis. §. proculus. ff. de inſti. actio. l. nam hoc. ff. de condi. indebit. corroboratur etiam alio fundamento, ut per Iaſ. in d. §. cum quis, num. 24.

34 Secundo fundatur ſecũdum Abb. in dicto c. ſi diligẽti, quia ex quo de iure ciuili eſt clare deciſum, quod hæres non poteſt præſcribere propter malam fidem defuncti, eo quia eſt ſucceſſor uitiorum defuncti d. l. cum hæres. Et iſtud non reperitur immutatum de iure canonico, ergo ſtandum iure ciuili etiam in terris Eccleſię, vt notatur in cap. 1. de operis noui nunciat. Alex. d. §. cum quis, num. 21. in fin. & d. conſ. 63. num. 2. lib. 4. Nam de iure ciuili clarũ eſt, quod mala fides defuncti uidetur ineſſe hęredi, vt in auth. de iure iuran. à mora pręſti. in princi. Vbi hæres repreſentat perſonam defuncti, & non debet eſſe melioris conditionis. l. in omnibus officiis. §. nõ debeo. ff. de regu. iur. & l. ex eo. ff. eod. Nicol. Bello. lib. 3. ſup. iur. cap. 2. nume. 3. & lib. 4. cap. 18. nume. 9. Paris. conſ. 109. nume. 25. lib. 3. & conſ. 92. num. 37. eod. lib. Vbi reprobat opinionem Dyn. & dicit ab iſta in iudicando non eſſe recedendum. Et cum hoc nõ reperiatur immutatum vel correctum de iure canonico ſtabimus iuri ciuili & in foro canonico, vt hic dixi, præſertim cum lex canonica latius puniat hęredem ex facto defuncti, quàm lex ciuilis d. cap. fin. de ſepul. Et magis etiam prohibeat lucrum iniuſtum, & magis auferat cauſam peccandi, quàm lex ciuilis. §. hanc. auth. Vt eccleſ. Rom. Sed ſic eſt, quod in caſu noſtro hæredes ſunt in mala fide rõne ſui authoris, d. l. cũ hæres, & qui eſt in mala fide nullo unquam tpe pręſcribit, cap. fi. de pręſcrip. cap. poſſeſſor de regu. iur. in 6. ergo nõ potuerunt d. hęredes præſcribere nõ poſſunt maxime ob peccatum, quia non exonerauerunt conſcientiã defuncti, cum non ſoluiſſent, & eſt cõmunis opinio. ut per Bero. q. 5. nu. 2. Et in materia peccati ſtandũ eſt iuri cano. ſupra nu. 27. dictum eſt, & eſt communis, vt per Paris. conſ. 92. nu. 30. lib. 3. (Adde, qđ exceptio pręſcriptionis nõ debet vti uiro bono ſecundum Conna. lib. 3. commenta. iuris. ciuil. cap. 13. in fi. Nec poteſt allegari coram arbitratore, vel iudici, cui cauſa commiſſa eſt de æquitate. Grauet. conſil. 30. & quæ ſcripſi in auth. vt Eccleſia Romana, in fin. nu. 404.)

35 Nec huic opinioni obſtat illa Dyn. ſupra nu. 26. relatam. Tum quia cõmuniter reprobatur, ut ſupra nu. 32. & dicit etiam bona addi. ad d. regulam poſſeſſor. Tum quia ea procedit in ſucceſſore, qui nõ cauſat ius à defuncto, ut pfatus But. cap. cura. 4. col. de iure patr. Bal. d. §. cum quis, & d. auth. ad hæc. C. de uſur.

36 Ludo. conſ. 149. & 201. colũ. 2. † Ratio quia ſuccedens in beneficio non habet cauſam ab anteceſſore præmortuo, ſed a ſuperiore confirmante ſibi beneficium, gloſ. in d. cap. cura. Vbi docto. Iaſ. in d. §. cum quis, in fin. Alexan. dicto conſ. 63. lib. 4 num. 21. & Fely. d. cap. ſi diligenti, nu. 6.

Secundo poſito ſed non conceſſo, qđ opinio Dyn. ſit vera dico, quod debet ſeruari in terris Eccleſię, non autẽ in terris imperij. d. l. ſi ego. §. partus. ff. de publi. in rem actio. Et cum ſit in caſu, de quo agitur, agatur in terris imperij,

imperij, & inter laicos, & non ſit peccatum, quia contrarium non diſponitur de iure canonico, vt ſupra, nu. 34. dictum fuit, ergo opinio Dyn. non obſtat, vt per Abb. conſ. 19. Incipien. Ad huius caſus prima, & ſecunda colum. lib. 2.

37 Nec etiam obſtat doctrina Bar. infra num. 28. adducta, quia procedit, quando non conſtat de mala fide, ſed quando conſtat ſecus. Immo. in cap. Celſus, de uſucap. Sed in caſu noſtro conſtat, ergo &c.

Secundo intelligitur Bar. quoad effectum illius legis tantum, ſed quoad alium effectũ opponi poteſt mala fides. ita declarat & reſpõdet Corn. conſ. 207. col. 2. ad fin. lib. 3.

Tertio & vltimo reſpondetur, quod Bart. loquitur in mala fide præſumptà, quæ præſumitur ex eo, quod quis ingreditur poſſeſſionẽ vacantem, quam putare debebat ad aliũ pertinere. Alex. d. §. cum quis, & Fely. d. cap. ſi diligenti, in fin. num. 6. Nos uero ſumus in mala fide vera, ut ſupra num. 32. Et in terminis, quòd Bart. intelligatur de mala fide præſumpta, & non uera, & quod non procedat quando probaretur de mala fide tenet Aret. conſi. 154. conſultatio. In fi. Grauet. late conſ. 146, vſque in fin.

38 Nec obſtat ſupra nu. 29. & pen. loco adducta, quòd hæres præſcribendo reuelat animã defuncti a peccato, q̃a præſcriptio habet vim ſolutionis. d. l. ſi pupillus. Iſta obiectio Areti non procedit ex conſcientia, ſed ex ſubtilitate ingenij, ficte enim ſatisfacit, qui præſcribit, quia habet præſcriptionis exceptionem, quã poteſt obiicere. ita dicit text. d. l. ſi pupillus, ſed anima defuncti ex obiectione p̃ſcriptionis, & ex hac ficta ſolutione an liberetur a

39 peccato, & certè fatendum eſt, quod non, † quia peccatum nõ remittitur, niſi reſtituatur ablatum, quandó datur facultas reſtituendi, & ſoluendi uere. cap. peccatum, de regu. iur. & in terminis. Franc. Rip. d. reſponſ. 1. de p̃ſcription. perſona. acti. ad dotem, col. fi.

40 Nec obſtat ſtatutum ſupra num. 31. & vltimo loco adductum, quia ſtatutum illud debet interpretari ſecũdum ius commune, ne quis indebite damnũ patiatur. l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus, de conſuetu. l. quamuis. ff. de in ius uocan. plene per Bar. in l. omnes populi. in 6. q. princip. vbi Doct. de iuſt. & iur. Et ſtrictiſſime eſt interpretandum, vt minus lędat ius commune. Franc. Rip. in rub. ff. ſol. matr. num. 61. & in lib. 1. nu. 65. ff. de uulga. & pup. Ruin. conſ. 28. nu. 5. lib. 3. Alex. conſi. 85. nume. 10. lib. 4. Corn. conſ. 100. colum. 3. circa fin. lib. 3. Grauet. conſ. 97. num. 6. Nic. Bello. lib. 4. ſup. iur. cap. 20. nu. 7. & 8. Paris. cõſ. 84. num. 10. & ſeq. lib. 2. Ergo ſtatutum non debet intelligi, quando p̃ſcribens eſſet in ma-

41 la fide, † quinimmo ſi ſtatutum aliter diſponeret, ſcilicet, quòd etiam cum mala fide debitor præſcriberet non valeret ſecundum magis communem opinionem: vt tenuit Bart. in d. l. omnes populi. in 3. q. princ. num. 22. in fin. Tiraq. in tract. de præſcrip. §. 1. gloſ. 2. colum. 2. Quia ſecundum Bart. lex municipalis hoc dicens cum induceret peccatum non ualeret, vt cap. fin. de præſcrip. Duen. lib. 1. reg. vtr. iur. reg. 6. Et iſtam opinionem tenuerunt multi Docto. & eſt communis, vt per Alexã. conſ. 87. nũ. 34. uiſo titulo q. lib. 2. & conſ. 99. nu. 9. uerſ. Nunc uidendum, lib. 4. Socci. iun. conſ. 86. num. 6. lib. 3. Paris conſ. 66. nobilis, num. 102. lib. 3. & conſ. 93. finis & cõuentio. lib. 3. & conſ. 20. & 87. nu. 13. l. 1. Vbi late.

Et per iſta ſatis videtur reſpõſum opinioni Dini, & per conſequens clare apparet, quòd hæredes non potuerunt nec poſſunt præſcribere, etiam ex perſona propria, & eſt com-

42 munis, ut ſupra nume. 32. † Quæ opinio cõmunis rem claram & indubitatam cõſtituit, vt dicit Soccin. Iun. conſ. 51. num. 7. lib. 1. a qua in conſulendo & iudicando non eſt recedendum. cap. nouimus, de uerbor. ſignifi. ibi quorundam ſit opinio à pluribus, & l. 1. ff. de offi. quæſt. ibi crebrior; bonus text. in 5. titu. de hæredi. inſtitu. in princ. ibi plurium ſentẽtias, ſupra nume. 24. in fine uerſiculi. Poſtremo ſi opinio. Soccin. Iunior. conſ. 67. nu. 10. lib. 1. & Corn. conſ. 55. lib. 2. colum. 2. Paris. conſi. 67. 27. num. 9. lib. 3. & conſi. 59. nu. 19.

43 lib. 1. Socci. iun. conſ. 95. nume. 37. lib. 1. † Et iudex contrarium iudicans præſumitur per imperitiam: & eſt nimis ignorans. Silua. nup. lib. 5. nu. 1. & ſeq. Et hoc de ſecundo dubio dixiſſe ſufficiant. Laus Deo.

Et ita in cauſa propria de iure reſpondi Ego Ludouicus Alſerius de Cortona dum in Gymnaſio Peruſino ſtudebam ſaluo ſemper, &c.

CONSILIVM III.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. ann. renuncians beneficio Eccleſiaſtico, reuerentia ſuperioris inductus, de quo alteri fuit poſtea facta collatio: an poſſit in integrum reſtitui, nu. 9. & per totum conſilium.*

2 *Renunciatio priuat quem beneficio, intellige, vt nume. 11.*

3 *Reſtitutio minoribus, etiam grauiter læſis, an denegetur, ſi poſt læſionē bona in alium nouo contractu trāſlata fuerint, & ſic re non integra, & num. 12. & cum ſeq.*

4 *Minor in ſpiritualibus maior cenſetur, & vti maior in iudicio agere poteſt, an ſit verum num. 15. & ſeq.*

5 *Reſtitutio an concedatur minoribus, in qua de lucro agitur re non integra, & quando dicatur re non integra. Et de intellectu d. Regula. & num. 20.*

6 *De lucro tractat non de damno, qui tractat de beneficio Eccleſiaſtico acquirendo.*

7 *Metus an præſumatur ex ſola reuerentia perſonæ, cū qua contrahitur, data etiam enormi læſione num. 22. & ſeq.*

8 *Iuramentum interpoſitum in renunciatione minoris impedit reſtitutionē in integrum; licet minor certioratus ſit, & contra illud venire non poteſt num. 24.*

10 *Minores ſemper reſtituuntur niſi contrarium in iure reperiatur, & maxime quando ſunt læſi, etiam in minima re.*

13 *In reſtitutione iuſtitiæ, bona et aliis quæſita reſtituūtur, & quæ ſit reſtitutio iuſtitiæ.*
Intell. ad §. Scæuola. l. quod ſi minor. ff. de minor. dicto num.

14 *Reſtitutio omnia in priſtinum ſtatum reponit.*

15 *Intell. ad cap. fin. de iudi. in 6. cum ſeq. numeris.*

16 *Inducta in fauorem, in odium retorqueri non debent.*

17 *Fauores ampliandi, & odia reſtringi debent.*

18 *Minor habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, etiam ſine curatore, maiorq; cenſetur.*
Intellige quoad iudicium poſſeſſorium, quod is proponere valet, licet abſque curatore nequeat recōueniri. d. num.

19 *Maior agens interdicto poſſeſſorio reſtitutionis in integrum auxilium habet, ſi in eo iudicio læſus fuerit.*

21 *Intell. ad cap. Dudum, in fine de præben. in 6.*

23 *Actus an valeat, quando adeſt metus.*

24 *Iuramentum reddit minorem maiorem.*
Intell. ad auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uendi. d. num.

25 *Minor ſi contrahit cum curatore, & lædatur contractus eſt nullus ipſo iure, & quare.*

26 *Præſumptio iuris & de iure eſt, quando minor reperitur læſus etiam in modico, quod fuerit inductus ad renuntiandum dolo ſui curatoris.*

27 *Actus nullus iuramento non firmatur.*
Dolus à lege præſumptus impedit virtutem iuramenti d. num.

28 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*

29 *Iuramentum eſt caducum, quando principale eſt caducum.*

SPiritus Omnipotētis Dei dirigat verba oris mei in viam veritatis & Iuſtitiæ. In præſenti caſu dubitatur, An minor 25. ann. renuncians beneficio Eccleſiaſtico reuerentia ſuperioris inductus, de quo alteri facta eſt oblatio, poſſit in integrū reſtitui.

1 Et prima fronte videbatur dicēdum, quod non, quia minori etiam grauiter læſo non cōceditur reſtitutio in ſpiritualibus, & maxime in renuntiatione beneficij eccleſiaſtici. gloſ. in l. ait prætor. in uerſ. quid aliud. ff. de minor. Et eo magis quia beneficium illud fuit alteri collatum, quo caſu minori non ſubuenitur, vt per gloſ. in cap. ex parte, de reſtitut. ſpolia. Iaſ. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. num. 72. ff. de lib. & poſth. Graue. conſ. 90. num. 4. Et iſta opinio plurimis fundamentis fundatur.

2 Et primo quia renunciatio priuat quē beneficio, cap. ſuper hoc, & cap. ex tranſmiſſa. extra de renunciat. deciſ. Tholoſ. 286. ubi Auffer. Franc. Rip. in cap. ex parte, nume. 23. de reſcript.

3 Secundo auctoritate Iuriſcon. in l. quod ſi maior. §. Scæuola. ff. de minor. Vbi reſtitutio minoribus etiam grauiter læſis denegatur, ſi poſt læſionem bona in alium nouo cōtractu trāslata fuerint, & ſic re non integra. Barbat. conſ. 33. lib. 3. col. pen. Gallia. in d. §. & quid ſi tantum.

4 Tertio minor in ſpiritualibus maior cenſetur, & vti maior in iudicio agere poteſt. cap. ſi annum il fin. de iudi. in 6. Ideo reſtitutionis beneficium minime competit minoribus, in iis quæ ſpiritualia ſunt. Guid. Pap. ſing. 680 ſi minor.

5 Quarto reſtitutio in qua de lucro agitur minoribus non conceditur re non integra, nempe cum res, de cuius reſtitutione tractatur, alteri iam quæſita ſit, d. l. quid ſi maior. §. Scæuo-
6 la. Abb. d. cap. ex parte de reſtitu. ſpoliat. † Et is, qui tractat de beneficio eccleſiaſtico acquirendo de lucro tractat non de damno. cap. dudum. in fin. de præben. in 6.

7 Quinto quia nō præſumitur metus ex ſola reue-

reuerentia perſonæ, cum qua contrahitur, data etiā enormi lęſione. Aym. Grau. cōſ. 114.
8 Sexto, quia minor in illa renuntiatione interpoſuit iuramentum, cōtra quod venire non poteſt. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uendi. & per illud impeditur reſtitutio in integrum, ut eſt communis cōcluſio, licet non certioratus ſit, de qua per Nicol. Bello. conſ. 18. nu. 7. & 8.
9 His tamen in contrarium adductis, non obſtantibus de iure ęquiorem & veriorē eſſe arbitror contrariam opinionem, atque ita reſtituendum, etiam ſi illud beneficium alteri collatum fuerit. Et hanc opinionem tenet Vincen. in cap. ex literis, & cap. conſtitutus, extra de in integrum reſti. Iaſ. d. cap. ex parte, vbi Abb. nu. 14. qui alios citat, & Emanuel à Coſta Luſitanus vir acri & ſubtilis ingenij, uariaq; eruditione prædítus, vt ait Didac. Couar. lib. 1. variar. reſol. cap. 3. nu. 125. in d. §. & quid ſi tantum 2. par. nu. 63.
10 Et opinio iſta ſuffragatur regulæ, quæ vult, quod ſemper minores reſtituantur niſi contrarium in iure reperiatur. §. pupillus. auth. de hære. & falcid. Bald. in cap. 1. in 2. colum. quo temp. milit. in ueſt. pet. debeat. Iaſ. conſ. 78. nu. 7. lib. 1. Quia quando aliquis eſt minor, & læſus, debet reſtitui. l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. Nicol. Bello. conſil. 17. num. 19. Et alia regula, quæ generaliter ſtatuit, minores læſos enormiter reſtituēdos eſſe. l. ſi ex cauſa. & l. pen. ff. de minor. Et etiā in minima re. Alex. veritatis pater, vt eum appellat Bello. lib. 4. ſupp. iur. cap. 17. nume. 69. in conſil. 67. lib. 5. Corneus, conſil. 179. lib. 4. nume. 10. Et Ludo. Gomeſ. in reg. cancell. de trien. poſſeſſ. q. 15. eſt eius opinionis, ut exiſtimet etiam in iis quæ pertinēt ad beneficia eccleſiaſtica minores enormiter læſos reſtituendos, quo in loco & aliis ſupra citatis habentur fundamenta huius opinionis, vbi te remitto ne chartas occupem. Sed nunc operæpretium eſt, vt ad contraria ſupra adducta reſpondatur, &c.
11 Primo nō obſtāt ſupra nu. 1. adducta, quia ſunt intelligenda in maiore ſponte renunciāte beneficium, non in minore renunciante metu reuerentiali, gloſſ. in l. 1. quæ onerandæ, ver. metu ſolo, & ibi Bart. ff. quarum rerum acti. non det. Et propter dotum curatores, ut infra nu. 12. & ſeq apparebit Deci. cap. ex parte, num. 4. vbi apoſtil. de reſcript. & ibi Fely.
12 Secundo non obſtāt quæ ſupra nu. 3. dicta fuere, ex iure vtriuſque rationibus reſtitutio in integrum minoribus, etiam hos, quibus iure concedi ſolet omnino ſubueniat etiam re non integra, & bona in alium translata ſit
13 nouo contractu vel titulo. † Nam in reſtitutione iuſtitię, qualis eſt hæc, quæ minoribus conceditur, bona etiam aliis quæſita reſtituūtur. Bal. omnium doctrinarum peritus, vt dicit Tiraq. in tract. de pœnis cauſ. 4. num. 3. & in l. nulli. num. 5. C. de ſenten. paſ. Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum. num. 73. & Fortu. Garzias, num. 152. vbi Luſitanus, 2. par. nu. 49. in quo loco de communi. (Plot. in repet ſi quando, nume. 9. & ſeq. C. ante vi, vbi de communi.) Et hoc pacto procedit iſta opinio. Sed d. Scęuola loquitur in reſtitutione per uiam gratis, vt per ſupradictos Doctores.
14 Et iſta opinio fundatur in d. l. quid ſi minor. §. reſtitutio, & l. ſi ex cauſa, in prin. ff. de mino. Vbi reſtitutio omnia in priſtinum ſtatum reponit. Paul. Caſtren. in conſ. 141. ad fi. in antiq. Hier. Cagn. in l. 2. nu. 39. verſ. itē reſtitutio. C. de reſcin. uendi.
15 Tertio non obſtat cap. fin. de iudic. in 6. Primo quia illud cap. fuit inductum in fauorem minoris. Videlicet vt poſſit agere & ſe defendere prout tex. dicit. ibi. Ad agendum
16 & defendendum. † Et inducta in fauorem, in odium retorqueri non debent. l. nulla. ff. de legi. Franc. Rip. reſponſ. 3. titulo de iure gēt. ciui. ſiue ſtatu. nume. 42. Andreas Tiraq. magnus vir, & quem omnis iure meretur poſteritas, vt eū appellat Coraſ. lib. 5. miſcel. c. 16. nume. 10. in tract. de vtroque retract. lib. 1. §. 32. gloſ. 1. nume. 7. Alex. conſ. 130. colū. 1.
17 lib. 4. Bello. conſ. 27. nume. 7. † Immo non ſolum in odium retorqueri non debent, uerum etiam ampliari, & odium reſtringi, cap. odia, de regu. iur. in 6. Tiraq. d. tract. lib. 1. §. 1. gloſ. 14. nu. 94.
Secundo, non obſtat dicto cap. fin. quia non ſequitur minor vel maior in iudicio agere poteſt, ergo ſi lędatur, non eſt ei in integrum reſtitutio concedenda. Nam hæc con
18 ſequentia fragilis eſt. † Quia minor habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, etiam ſiue curatorē, maiorque cenſetur quoad iudicium poſſeſſorium, quod is proponere velit, licet abſque curatore nequeat reconueniri. text. & gloſ. in l. fin. C. qui legitimam perſonam habet ſtandi in iudicio. Panormitan. cuius authoritas apud omnes magna eſt, ut teſtatur Tiraquell. de pœnis conſi. 16. nu. 5.
19 in cap. cum dilectus, colum. 3. de arbitris. † Et

T tamen

tamen maior agens interdicto poſſeſſorio re ſtitutionis in integrum auxilium habet, ſi in eo iudicio lęſus fuerit.gloſſ.Bar.& alij l. Vni. C.ſi de momen. poſ. fuerit appella.Iaſ.in l. 1. nu.10.ff.de iur. omn. iudi. Alex.conſ. 80.lib. 7.& ſic eſt intelligendum d.cap.ſcilicet,quod minor agit in iudicio vigore ipſius ſi lędatur, quod debeat reſtitui, & eſt communis opinio, vt per Boeri. deciſio. 350. nume. 4. circa med.

12 Quarto non obſtat ſupra nu. 5. adducta, qđ minor non teſtitnatur, quando de lucro tractatur, quia minor etiam ad lucrum reſtituitur, vt expreſſe voluit text. in l. ait Prætor. §. acti.ff.de mino. & Philip. Decius inſignis literaturæ, vt Coras.l.1.miſcel.cap.17.num.5. in cap.17.nume.5.in cap. maioribus, in prin. de præben. Iaſ. in l. 3. §. Labeo nume. 15.ff.de acquirē.poſſ. Corn.conſ. 184. colum. 2. verſ. conſtat enim, lib. 3. Et non ſolum pro lucro certo, ſed etiam veriſimili. Tiraq. de vtroque retract. lib. 1. §. 35. gloſ 2.nu. 9.

21 Ad cap. dudum reſpondetur, quod ibi agebatur de beneficio acquirēdo, quod quis nōdum obtinuit, & tunc de lucro tractatur, ſed quando de beneficio eccleſiaſtico recuperādo, vt in caſu noſtro tractatur, qđ quis ſemel obtinuit, in cauteque dimiſerat de damno eui tando tractatur. Et ideo huius ratione in integrum reſtitutionis auxilium concedendum eſt, licet alteri beneficium collatum ſit.

22 Quinto non obſtat ſupra dictum, nume. 7. quod metus non præſumitur ex ſola reuerētia præſumitur perſonæ Caſtren. conſ. 173. col. 1. & ſeq.lib. 1. in nouis. Franc. Acti. doctor celeberrimus de quo per Coraſ.lib. 3. miſcel. cap. 11. nume. 12. conſ. 24. col. 4. Corn. conſ. 124. & 180. ad fin. lib. 3. Socci.conſ. 264. col. 3. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 141. col. 2. † Et quādo

23 adeſt metus actus non valet, ut per Afflit. deciſ. 69. num. 4. Boer. d. deciſ. 350. in fin. Et ex altero ſuadetur, quod hic adſit metus, q.a iſte minor erat ſub cura & regimine iſtius, cui renunciatum fuit beneficium, & erat uir ſagaciſſimus, & auunculus dicti minoris. Ex quibus reſultat coniectura metus reuerentialis. Deci conſ. 180. per totum, vbi de communi, late per Franc. Rip. in reſpōſ. 4. nu. 8. 9. & 10. titu. de donat. & ad Trebellia.

24 Non obſtat etiam, quod in renunciatione ſit appoſitum iuramentum, propter quod validatur contractus, & reddit ipſum minorem maiorem, & impeditur reſtitutio in integrū, vt ſupra num. 8. Quia primo d.auth. nō habet locum, quando in contractu interuenit lęſio, vt per Dec. conſ. 45.

25 Secundo ſi minor contrahat cum curatore, & lędatur, contractus eſt ipſo iure nullus propter præſumptum dolum, & malam fidē curatoris, l. pupillus. §. item ipſe tutor. ff. de

26 autho. tuto. † Eſt enim præſumptio iuris, & de iure, quod minor fuerit inductus ad renunciandum dolo ſui curatoris, & metu ubi reperitur lęſus, quamuis in modico. Bal. cui nihil ignotum fuit, vt Tiraq. de pen. cauſa 31. nume. 29. in fin. in l. cum ipſe. C. de contrahē. empti. Et in caſu iſto renunciatio fuit facta curatori, & minor eſt lęſus vt in facto præſuponitur: ergo non valet. d. §. item ipſe tutor. Franc. Rip. d. reſpon. nu. 11. & ſequen.

27 Et cum iſte actus ſit nullus, iuramento nō firmatur propter dolum à lege pręſumptum, qui etiam impedit effectum iuramēti. Panor. vir omniū opinione iuris peritia clariſſimus, in cap. conſtitutus 3. charta, de iure iurā. glo. fin. in l. 1. C. ſi aduer. uendi. Iaſ. d. auth. ſacramenta puberum, nu. 29. & 40. & eſt communis. Vt per Couar. in epith. ſupra 4. decretali

28 de ſponſa. in 1. par. cap. 5. §. 1. num. 4. † Et alia ratione, quia iuramentum regulatur ſecundū naturam actus ſuper quo interponitur. l. fin. C. non nume. pecu. & eſt communis, ut per Iaſ. in l. ſi cum venerit, nume. 8. ff. de iuriſd. omni. iudi Cagno. in l. ſi quis maior, num. 12. C. de tranſact. Oldra. doctor egregius, ita eum nominat Tiraq. in tract. de pęn. cauſa. 4. nu. 3. in conſ. 138. cum mulier. Angel. conſ. 315.

29 ſtatuto cauetur, col. 1. Deci. conſ. 345. col. 1. † Et ſi principale eſt caducum, iuramentum quoque eſt caducum. Bald. conſ. 175. verba dicunt, in fin. lib. 1. Iaſ. in l. non dubium, nu. 26. ff. de leg. Andreas Tiraq. in tracta. poſſeſſo. in vltima par. 7. limita. nu. 34. vbi late. Et per iſta videtur reſponſum omnibus fundamētis opinioni contrariæ. Et ſic remanet firma & fundata opinio pro minore, quicquid in contrarium dictum ſit. Laus Deo.

Ego Ludouicus Alſerius de Cortona dū in Perufina Academia legibus operā nauarem, ſic de iure reſpondi, ſalua ſemper, &c.

CON-

CONSILIVM IV.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expreſſa excludit matrem, etiam quoad legitimam.*
2 *Cap. 1. de teſtam. in 6. an procedat in foro Cæſaris.*
3 *Iuri cano. ſtandum eſt, quando non reperitur expreſſe contrarium deciſum de iure ciuili, etiam in foro ciuili. Et inter ſe non differunt.*
4 *Pater ſubſtitutionem pupillarem non facit nomine filij ſed nomine ſuo, & ratione patriæ poteſtatis.*
Pater pupilli non tenetur ad legitimam matri. d. nu.
5 *Filius ſubſtitutus non teneatur in foro conſcientiæ reſtituere legitimam matri. & num. ſeq.*
Filius non debet exhæredari inſtituendo Eccleſiam d. num.
Donatio facta ab eo, qui non habe: filios, nec habere ſperabat, filiis poſtea ſuſceptis an reuocetur d. num.
6 *Legittimam matri non relinquere eſt contra officium pietatis, & quoniam hoc procedat, vide nu. 14. verſ. Secundo non obſtat.*
7 *Peccat mortaliter, qui facit contra officium pietatis.*
8 *Lex canonica nihil concedit cum peccato.*
9 *Canones ſunt ſeruandi in foro conſcientię; quia cooperante Spiritu ſancto procedunt.*
10 *Lex quando aliquid permittit contra voluntatem teſtatoris, illud poteſt teneri, etiam in foro conſcientię.*
11 *Lex humana facta ab habente authoritatem, ſi non nutrit, peccatum ligat etiam in foro conſcientiæ.*
12 *Can. fin. 17. q. vlti. an loquatur de legitima filiorum matris. legitima matris, an ſit ita debita, ſicut legitima filiorum d. num.*
13 *Legitima aſcendentium eſt debita iure poſitiuo, legitima deſcendentium iure naturę.*
14 *Legitima aſcendentium poteſt tolli per ſtatutum.*
15 *Pupillus an dicatur mortuus teſtatus, vel inteſtatus, quando pater ei alterum ſubſtituit & nu. ſeq.*
16 *Tabulę pupillares dicuntur teſtamentum pupilli. Contra nu. 17.*
18 *Filius debet habere legitimam de omnibus bonis maternis.*
19 *Subſtitutus poteſt venire ad bona obuenta pupillo aliunde, quam à patre.*
20 *Filius grauatus, an poſſit diſtrahere duas partes quartas, videlicet legitimam & trebellianicam.*
21 *Verba cui decidenti ſubſtituo, importaut conditionem mortis, & faciunt ſubſtitutionem compendioſam, quę efficitur commiſſaria. & num. ſeq.*
23 *Detractio legitimę & trebellianicę, an tranſmittatur per inſtitutum ad ſubſtitutum.*
24 *Quarta non detrahitur de legatis ad pias cauſas.*
25 *Legitima nõ minuitur per legata facta ad pias cauſas.*
26 *Fructus de legitima non ſoluta debentur, ſicut ipſa legitima.*
27 *Amplia etiam in ſupplemento legitimæ.*
28 *Legitima quanta ſit, & etiam trebellianica, & an ſimul iunctę faciant dimidiam partem hæreditatis.*
29 *Hęres poteſt teſtari de legitima & trebellianica.*

PAulus Petrignanus ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inter cętera inſtituit hæredes vniuerſales duos eius filios maſculos in pupillari ætate exiſtẽtes, quos pupillariter ad inuicem ſubſtituit, & ambobus decedentibus in dicta ętate pupillari. Pupillariter ſubſtituit capellam conceptionis Beatæ Mariæ poſitam in Cathedrali Eccleſia Ciuitatis Ameniæ. Deceſsit dictus Paulus relictis dd. duobus filiis: & Dianá eius uxore & matre dictorum filiorũ. Cui Dianę dictus Paulus in dicto teſtamento legauit centum ducatos cum declaratione, quod tantum de ſeptuaginta poſſet ad libitum diſponere, in reliquos verò triginta ſit ſolum uſufructuaria donec viueret, qua mortua redirét, & eſſent dictorum filiorum, cui etiam legauit, & mandauit reſtitui dotes ſuas & mobilia. Deceſsit poſtea alter ex dictis filiis in pupillari ætate relicto altero eius fratre, & D. Diana matre, quę Diana ſimiliter mortua eſt, cõdito etiam teſtamento in quo inter cętera legauit ducatos 70. quibuſdam Eccleſiis, & inſtituit d. eius filium, cui decedenti ſubſtituit fratres ipſius teſtatricis, qui alter frater vltimo loco deceſsit in pupillari ætate. Et ſic d. capella pupillariter ſubſtituta ſucceſſit dicto ultimo filio. Nunc de pluribus contigit dubitari. Et primo, an dicta Diana mater admittatur ſaltem ad legitimã de iure naturę debitam in bonis d. filij prę mortui, vel excludatur etiam à legitima per pupillarẽ expreſſam, vt ſupra.

Secũdo an dictus filius prœmortuus dicatur mortuus cum teſtamento, vel ab inteſtato.

Tertio an d. filius vltimo loco mortuus, & ſic dicta capella ſubſtituta poſſit detrahere legitimam de iure naturę, & Falcidiam vel Trebellianicã ratione reſtitutionis fideicommiſſi tam in dictis dotibus & mobilibus, & dictis 70. ducatis legatis, quàm de tota hæredita te dictæ Dianæ matris. Et licet de d. ſeptuaginta ducatis legatis Eccleſiæ non detrahatur quarta, an computentur in bonis & hæreditate dictæ Dianæ matris. Et ſic tanto maior ſit legitima: d. filij, adeo quod in primis detrahatur. d. legitima, caſu quo debeatur, de tota hęre ditate, poſtea ſoluãtur d. 70. ducati. Et ultimo reliquũ hæreditatis reſtituatur dictis fratribus retenta Trebellianica.

Quarto, quanta ſit legitima, & quãta ſit Trebellianica, & an ſimul iunctæ faciant dimidiam.

Spiritus Omnipotentis Dei dirigat verba oris mei in viam ueritatis & iuſtitiæ.

1 Quoad primum dico, quod pupillaris expreſſa excludit matrem. l. Papinianus. §. ſed neque impuberes. ff. de inoffi. teſta. Deci. in l. expreſſa, nume. 5. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. ſeruum filij. §. idem ſi ſeruus, numero 14. ff. de leg. 1. (Bar. in conſ. 54. lib. 2. Ferrat. cautc. 19. vbi de communi. Conna. lib. 10. com. iur. ciui. cap. 8. num. 13. in materia.) Etiam quoad legitimã, & per Bar. in d. §. ſed neque impuberes. l. Lucius in fin. ibi. Si uero ſubſtitutio. C. de impub. † Et procedit concluſio iſta hodie etiam

2 de iure canonico, cap. 1. de teſtamẽ. in 6. ubi tex. ad literam, qui text. procedit etiam in foro Cæſaris iuxta not. in cap. 1. extra de noui. oper. nunc. (Bello. conſ. 25. num. 8.) † Quia

3 quotieſcunque non reperitur expreſſe contrarium de iure ciuili ſtatur deciſioni iuris ca nonici, etiam in foro ciuili, & inter ſe nõ differunt. Et eſt communis opinio ſecundum Inno. & Panor. in cap. 1. de noui. oper. nunc. Maria. Socci. in cap. 2. coll. 3. de iuram. calum. Ang. de Periglis, in repet. §. Cato, l. 4. num. 3. ff. de uerb. obliga. Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, in fin. ff. de noui. oper. nunciat. & in rub. ff. ſoluto mãtrimo. colum. 5. Tamen quando reperitur contrarium in terris Eccleſię ſtandum eſt iure canonico, vt in caſu noſtro. Et quod opinio iſta habeat locum in ter ris imperij, conſuluit Bald. conſ. 18. 28. 25. 38. lib. 2. & conſ. 319. in 2. dub. lib. 1. Corne. cõſil. 32. lib. 4. Bart. conſ. 38. lib. 1. Alex. conſ. 12. lib. 3. & conſ. 45. lib. 1. Ampliatur concluſio iſta ſiue fiat ſubſtitutio per verba directa, ſiue communia, ut not. Areti. inſti. de pupill. ſubſtitu. in princ. in primo effectu, nume. 22. Et vltra ſupradictos cõſulentes hanc opinionẽ tenet & affirmat pro uera Franc. Rip. in l. 2. num. 18. ff. de uulga. Et Socci. ibi. De communi, nu. 28. Vbi Iaſ. Reuerẽdiſſimus Dom. Didacus Couar. in epi. ſupra 4. decreta. in tit. de teſtamen. cap. Raynutius. §. 5. in fin. ubi & de communi. Afflit. deciſ. 310. num. 2. Iaſ. d. l. precibus, nu. 4. & ibi Curt. iun. num. 12. & 13. licet in dubium eam reuocet, tamen ſubiungit ibi poſtea, quod conſuetudo ita obſeruat. Deci. l. ſi teſtamentum, nu 1. & d. l. precibus, nume. 9. C. de impub. vbi ait, quod poſtquam a lege ita eſt expreſſum, non eſt diſputandũ. 4. diſtin. can. In iſtis. In quibus locis ſupra adductis latiſſime tractabatur de iſta materia & fere omnes atteſtantur de communi.

4 Et ratio videtur eſſe, quia pater ſubſtitutionem pupillarum non facit nomine filij, ſed nomine ſuo, & ratione patriæ poteſtatis, licet eam faciat pro filio, & dicatur talis ſubſtitutio teſtamentum patris, quoad exemplum vt infra num. 17. Et pater pupilli non tenetur ad legitimam: ideo expreſſa pupillaris exclu dit matrem, ita Afflit. deciſ. 38. nu. 3. quidam reſtatur. Et iſta cõcluſio probatur in d. l. precibus in generalitate ſui. Secundo quia in pri mo caſu dicit matrẽ omnimodo admitti. In tertio uero aduerſatiue eam excludit ſcilicet omnimodo, & ſic etiam a legitima, ut recte fiat aduerſatio. Item probatur expreſſe in d. l. Papinianus. §. ſed neque impuberes, & d. c. Si pater, ubi caſus. Et dicit ab omnibus teneri Paul. Paris. conſ. 58. circa primum, nu. 23. lib. 2.

5 Sed hic cadit pulchra dubitatio. Videlicet an ſubſtitutus in foro conſcientiæ teneatur reſtituere legitimam matri. Et primo uidetur dicendum, quòd ſic, per text. in can. fin. 17. quæſt. Vlti. in quo text. habetur, quod filius nõ debet exhæredari inſtituendo eccleſiam.

Et

Et quod donatio facta ab eo, qui non habebat filios, nec habere ſperabat, filiis poſtea ſuſceptis reuocatur iure poli, non iure fori. Et quod dicitur de filüs, idem dicendum de parentibus. arg. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. Deci. in d. l. precibus, quam dicit habere magnam æquitatem. (Thom. Ferr. caut. 19.)

6 Secūdo fundatur, & pro iſta opinione facit, quia non relinquere legitimam matri, eſt contra officium pietatis, d. l. nam & ſi parti-
7 bus. † Et qui facit contra officiū pietatis, peccat mortaliter. can. paſce. 86. diſtin. Ergo dicendum, ꝙ matri debeatur legitima, & hanc opinionem tenuit Archid. in d. cap. 1. de teſtamen. in 6.

His non obſtantibus contrariam opinionem veriorem eſſe arbitror, quod tenet Lancel. Deci. in d. l. preci bus. & Phili. Franc. dicto cap. 1. de teſtam. in 6. colum. fin. (Didac. Couar. cap. cum eſſes, nume. 11. ext. de teſtam.) Socci. d. l. 12. num. 21. ff. de vulg. & pupil. Moder. Papien. d. l. 2. Curt. Iun. d. l. precibus. nume. 13. Vbi Man. nu. 25. & alij omnes communiter, tam ibi, quam in d. l. 2. Et quòd hęc ſit communis teſtatur. Franc. Rip. d. l. 2. num. 45. Et nititur iſta opinio tribus fundamentis.

8 Primo, quia lex canonica nihil concedit cum peccato, cap. fin. extra de pręſcrip. Vnde cū diſpoſitio d. cap. 1. de teſtam. in 6. nō poſſit dici nutritiua peccati; ergo habet locum etiam in foro conſcientiæ ſecundum Ioann. Andr. in cap. quamquam de uſur. in 6.

9 Secundo, quia cum ita diſponatur etiā de iure canonico, d. cap. 1. Et canones debēt ſeruari etiam in foro conſcientię, quoniam cooperante Spiritu ſancto procedunt. can. ſiquis diaconus. 50. diſtin. Et quod canones ſint ſeruandi in foro conſcientiæ tenet Fely. in c. 1. in 6. fallen. extra de conſtitu. Lancel. Deci. d. l. precibus, & Doctor ſupra num. 7. verſ. His non obſtantibus. Cum ergo mater excludatur à ſubſtituto authoritate d. cap. 1. ergo ſubſtitutus in foro conſcientiæ tutus erit.

10 Tertio & vltimo confirmatur per illud qđ dicit Innocen. in cap. quia plerique, extra de immuni. eccleſiæ. Vbi habetur, quod quādo lex aliquid permittit contra voluntatem teſtatoris, illud poteſt teneri & in foro conſcie̅tiæ. Socci. d. l. 2. & Curt. Iun. d. l. precibus, nu-
11 me. 14. † Accedit, quia lex humana facta ab habente authoritatem ſi non nutrit peccatū, ligat etiam in foro conſcientiæ, ut poſt Do. Thomam, & Ioā. And. in locis per eum citatis in hac eadem q. tradit Peruſinus, d. cap. ſi pater eo l. fi. uerſ. ſed in contrarium.

12 Nec obſtat ſupra nu. 5. adducta, quia d. cap. fin. loquitur de legitima filiorum, nos uero loquimur de legitima matris, quæ nō eſt ita de-
13 bita. l. ſcripto. ff. unde liberi. † Quia legitima aſcendentium eſt debita iure poſitiuo ſecundum Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de inſti. & iure. (De communi Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis. q. 1. nume. 3.) Legitima vero deſcendentium eſt debita iure naturæ, & eſt cōmunis opinio. Alci. in tract. de præſumpt. re-
14 gu. 1. præſumpt. 8. num. 3. † Et legitima aſcendentium poteſt tolli per ſtatutū, ut per Frāc. Rip. reſpon. 2. num. 3. titu. de iure gen. ciui. ſiue ſtatu. & in d. l. 2. num. 45. ff. de vulga. latiſſime per Apoſtilla ad Alciat. de præſumpt. & per Deci. in l. iura ſanguinis, nu. 5. vbi Cagn. nu. 10. ff. de reg. iur. Et quia iſta non eſt materia noſtra eam relinquo.

Secundo non obſtat ſupra nu. 6. quod nō relinquere legitimam matri ſit cōtra officiū pietatis, quia reſpondetur, hoc eſſe verum, quando filius teſtatus eſſet, ſecus ſi pater pro filio, ita text. d. l. Papinianus. §. ſed neque impuberes. ff. de inoffi. teſtam. & Rip. d. l. 2. num. 45. Et pro iſta aperte videtur quod Mater in totum excluditur à legitima, & quod filius & hæres etiam in foro conſcientiæ non teneatur reſtituere, & licet opinio iſta Archidiaconi ſupra relata ſaluetur per Peruſinum in d. cap. ſi pater in fin. & per Rip. dicta l. 2. nu. 25. Videlicet quando mater eſt pauper, tamen in caſu præſenti non poteſt adaptari, cum mater non ſit pauper, immo diues vt colligitur ex facto.

15 Circa ſecundum dubium dicendum uidetur, quod d. Pupillus ſit mortuus inteſtatus, quia in dicto §. ſed neque impuberes, appellatur teſtamentum patris ad excluſionem matris.

16 Quo non obſtante dico, quod d. Pupillus ſit mortuus teſtatus per text. in dicta l. Papinianus. §. ſed neque impuberes vbi Bartol. & Paul. Caſtren. nume. 4. & in l. in teſtamēto, nume. 2. Vbi Deci. nume. 6. C. de teſtamen. mili. per text. Inſtit. de pupill. ſubſtitu. in fin. prin. & §. igitur, & §. liberis autem, & fere per totum dictum titulum. l. patris & filij. ff. de vulgar. & pupill. vbi ſcribentes. Curt. Iun. in l. humanitas in princ. C. de impub. Angel. in conſi. 143. col. 3. Paris. d. conſ. 58. nu. 13. Vbi clare determinat Rip. in l. moribus. nume. 5. ff. de vulga.

17 Nec obſtat, quod ſupra num. 15. fuit adductum, quia reſpondetur, quod vbi agitur de impugnatione teſtamenti, tunc vt teſtamentum confirmetur iudicatur teſtamentum patris ad hoc vt impugnatio remoueatur, ſupra num. 4. Deci. in l. in teſtamento, nu. 6. vbi Caſtren. C. de teſtam. mili.

18 Deueniendo ad tertium dico, q̄ de omnibus bonis maternis legitima ſit detrahenda, quia filius in omnibus bonis eam habere debet. (Bar. in l. quiſquis, in prin. C. ad l. Iuli. maieſt.) §. mater. inſti. de exhereda. libero. Auth. de hęred. & falci. §. primum itaque, & in auth. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum. l. filius non impeditur. ff. de inoffi. teſtam. bonus tex. in auth. de trien. & ſemiſ. in princi. ibi, & quidem vnius eſt filij pater aut mater, & in fin. d. princ. gloſſ. ad literā in cap. Raynutius, in uer. deducendas, extra de teſtam. Afflit. deciſ. 162. ibi, ſedet legitima.

19 Et cum d. capella ſubſtitura ultimo morienti in pupullari ætate poſſit venire ad bona obuenta d. pupillo aliunde quàm a patre, præſertim cum poſt teſtamentum paternum quæſita ſint per teſtamentum matris, vt eſt caſus in d. §. non ſolum. inſti. de pupil. vbi omnes.

20 Quæritur (in materia huius dubij. Bello. conſ. 19. nu. 11. & per totum, & bene per Vaconi. lib. 4. declara. cap. 142. Alfer. conſ. 27. nume. 8. & conſ. 19. nu. 4.) nunc an d. filius & ſic capella hæres dicti filij poſſit detrahere duas quartas, videlicet vnam pro legitima, alterā pro Trebellianica, tamquam quilibet extraneus inſtitutus & grauatus de reſtituendo, d. cap. Raynaldus. §. dilectus, de teſtam. Et in hoc caſu doctores diſtinguunt, quia aut fuit grauatus reſtituere pure, aut ſub conditione, vel in diem. Si pure, quod non debeat habere niſi legitimam, ſi ſub conditione vel in diem quod habere debeat duas quartas, cap. Raynaldus, & cap. Raynutius, extra de teſtam. Et iſta opinio ſeruatur in iudicijs, & in ſcholis, & ex generali conſuetudine, etiam in terris imperij, per totum mundum obſeruata, glo. d. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inof. teſta. vbi Bar. Bald. Ang. Paul. & cæt. Alex. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. falcid. & in conſ. 142. lib. 2. de communi Iaſ. in aut. res quæ, nume. 3. C. communia de legatis, & in l. cohæredi. §. cum filiæ nu. 10. ff. de vulgari, & in auth. nouiſſima, num. 39. C. de inoff. teſtam, quam opinionem quamplurimi conſulētes tenuerunt, videlicet Iaſ. conſ. 146. lib. 4. nume. 3. Deci. conſ. 81. 202. 220. 238. 320. 480. Paris. conſ. 17. lib. 2. Gozzadi. conſ. 81. & 104. Socc. iuni. conſ. 131. num. 59. lib. 1. Deci. conſ. 55. num. 8. 228. colum. fin. & 419. col. 1. Curt. cōſil. 75. col. 4. ver. Sed quod plus de communi. Catelli. Cotta. in memorali. in dictione filius grauatus, & multi alij etiam tenuerunt, ut per Paris. conſ. 1. lib. 3. num. 78. & conſ. 25. nu. 56. lib. 2. Aym. Grauet. conſ. 50. Et quod hæc opinio ſeruet totus mundus tradit etiam Paulus Picus in repeti. l. in quartam, nu. 284. & Berēga. Fernan. ibidem, nu. 325. & ſeq. ff. ad l. falcid. vbi ponit rationes huius opinionis quæ faciunt ad rem noſtram, idem Soccin. iun. cōſil. 115. in fin. lib. 3.

21 Sed in caſu noſtro adfuit grauamen reſtitutionis ſub conditione, qui in teſtamento materno fuerunt appoſita verba illa. Cui decedenti ſubſtituo quæ conditionem mortis important, vt ad ſenſum paret, quia non grauatur reſtituere, niſi demum morte ueniente, vel ſaltem negari non poteſt quin ſit in tēpus mortis, quo caſu idem concluditur quod q̄n ſub conditione, ut per omnes ſupra in citatis locis. (Bello. d. conſ. 19. nume. 11. & conſ. 58. num. 2. & 3.) Et rō eſt quia quando pure quis grauetur eodem tempore concurrunt duæ quartæ origine, & exactione, ideo exactione vnius altera tollitur. l. meuius. §. duobus. ff. de leg. 2. Si uero ad diem vel ſub conditione legitima uenit detrahenda ſtatim mortuo teſtatore. Trebellianica vero ueniente die, vel cōditione. (Afflit. deciſ. 367. nume. 4.) Et quia inter purum & conditionale non cadit electio, electione non tolluntur. Bald. in l. iubemus, num. 6. C. ad Trebellia. Bereng. Ferran. d. l. in quartam, nu. 32. ubi alia ratio fuit.

22 Item dicta verba ſubſtitutionem compendioſam faciunt, vt clarum eſt, quę quidē ſubſtitutio efficitur fideicommiſſaria. glo. in l. in teſtamento la 1. in gloſ. magna. vbi docto. C. de teſtam. mili. & per Deci. conſ. 227. Couar. in epit. ſupra 4 decreta. cap. Raynutius. §. 9. de teſtam. Et per conſequens apparet quod duæ quartæ in caſu pręſent. ſint detrahendæ cum probatum ſit ſupra filium fuiſſe grauatū ſub conditione.

Guid. PP. doctor egregius in q. delfinali 52. licet docto. indiſtincte tenet quod ſiue pure ſiue ſub conditione grauatus filius fuerit, q̄d duæ quartę debentur, & ſubiūgit quod ita ſeruat illa curia parlamenti, & quod ita practicatur, & ſeruatur in illa curia, & etiam per totum mundum. Et hoc opinio Guid. PP. uidetur verior aliter enim filius eſſet deterioris

condi-

conditionis quàm extraneus.(Et in iſta opinione videtur inclinare Vacon. lib.4.declar. cap.142. in fin.) quia extraneus detrahit trebellianicam de fideicommiſſo,d.cap.Raynutius, ibi deduci præterea quartam, & cap.Raynaldus.§.dilectus filius, ibi nec non quartam de teſtam. Defendit etiam late eam Berenga. d.l.in quartam, nu.332.ff. ad l.falcid.

23 Nec obſtat firma cõcluſione pro uera pro filio ſi diceretur,quod detractio falcidiæ & legitime non tranſmittitur ad dictam capellã, quia hoc eſt falſum, vt expreſſe tenet Paris.d. conſ.1.num.80. Socci.iun. conſ.115.col.fin. lib.3.poſt Boeri.late deciſ.250.nu.6.qui alios citat.Bello.d.conſ.19.nu.11.

24 Et quamuis de 70. ducatis legatis ad pias cauſas,non detrahatur quarta, vt in facto præſupponitur. Et probatur in l.ſi quis ad declinandam,in fin. C.de epiſco. & cleri.docto.in l.Marcellus. ff.ad Trebellia.vbi Iaſ.nume.20. de communi, & Abb.in cõſ.59. lib.1. Couar. d. cap.Raynaldus.§.3.nume.7.Andreas Alſerius conſ.17.col.fin.in prin. quod conſilium

25 manu ſcriptum eſt apud me.† Tamen per iſta legata non minuitur legitima. gloſ.communiter approbata in auth.ſimiliter in fin. ubi Bar.C.ad l.falcid.Alex.conſ.18.lib.4.de communi.Guid.PP. q.188. licet in prin. Cagn.d. l. Papinianus.§. quatta,nu.14.circa medium. ff.de inoffi.teſtam. Et per iſtud patet, quod et d.70.ducati debent in hæreditate computari. Ideo in primis & ante omnia legitima debet detrahi de tota hæreditate,ut ſupra,nume.18. Et poſtea debent ſolui dicta legata ex 70. ducatis. Et ultimo reſtituere reliquum hæreditatis fratribus retenta trebellianica, vt ſupra num.20.& ſeq.

26 Et licet de fructibus nihil in facto dictum ſit, tamen ſi dubitaretur de hoc credo quod fructus etiam de legitima debeantur ſicut ipſa legitima,gloſ.in l.in fideicommiſſaria.ff.ad Trebelli.Vbi Rip.nu.45.& mouentur Doctores p d.l.Papinianus.§.unde ſi quis.ff.de inoſfi.teſta. Etiam quod dicti fructus eſſent conſumpti bona fide, vt dicit Bald. in l. non eſt ambiguum.C.famil.herciſ.& in conſ.222.ſuper primo, lib.4.quod dictum extollit Alex. in conſ.69.in primo dubio,col.1.lib.1.& cõſ. 7.col.3.eodem lib.& conſ.265.in hac, col.fi. lib.3. Socci.conſ.57.col.8.num.39.lib.4.Ca-

27 ſtell.Cotta.in memor.in uer.legitima in fin.† Et hoc procedit etiam in ſupplemento legitimæ, vt ſupra per citatos Doctores.

28 Quantum ad vltimum dico, q legitima in hoc caſu eſt triens, videlicet de duodecim vnciis quatuor, auth.de triẽ.& ſemiſ.in prin. Et Trebellianica eſt quarta pars reſidui, videlicet de octo unciis duo. Et ſic ſimul iunctæ illæ quatuor, & iſtę duæ faciunt ſex uncias, gloſ. in uer. licet ipſas cap. Raynaldus, extra de teſtam.ubi docto. communiter, & dicit ibi Lanfran. in ultima col. quod alibi non legit tam pulchram gloſ. Aym. Grauet.d. conſ.50. Caſtren. d. l.Papinianus.§. meminiſſe, nu.3. vbi docto. Nicol. Bello. d. conſ.58. nu.5. Aſſlit.d. deciſ.76.in prin. Et ſic aperte apparet quanta ſit legitima, & quãta ſit trebellianica, & quod ſimul iũctæ faciunt dimidiam, vt per

29 Doct.hic, & ſupra nu. 20. † Et de his hæres poteſt teſtari, cap. Raynaldus.§.dilectus de teſtam.Alex.conſ.43.lib.2.Deciſ.conſ.236.colum.3. & conſ.617.col.fin. Bello d.conſ.19. nume.14. & conſ.65. nume.1.Alex.conſ.27. num.9. Laus Deo.

Vt ſupra concluſum eſt ita iutis eſſe dico & conſulo. Ego Ludouicus Alſerius de Cortona in Almo Peruſino Gymnaſio legũ ſcholaris, ſaluo ſemper &c.

CONSILIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Promittens factum alienum non obligat illum pro quo promittitur.*

2 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*

3 *Promittens ſe acturum & curaturum cum effectu etc. quod.G.nõ offendet.N.ſub pęna ſi nõ ſequuta ratificatione fuerit conuentum. talis promiſſio ad ſolutionem pœna.*

4 *Quid ſi per ipſum omnis diligentia eſſet adhibita nume.12.*

Ita promittens videtur factum proprium promittere contra num.16

5 *Promiſſio facti alieni valet, quando difficultas erat à principio, & promittens potuit veriſimiliter de ea cogitare.contra nu.17.*

6 *Et etiam quando apparet de mente promittentis, quod voluerit teneri etiam preſtita diligentia, & non obſtante difficultate.inf.num.18.*

Et d.mens colligitur ſi in promiſſione ſit clauſula aliter de quo, vt infr.nu.ſeq.

7 *Clauſula alias de ſuo quid importet in iſta promiſſione.inf.nu.19.*

8 *Promiſſio facti alieni cum pęna valet & non excuſatur promiſſor, ſi per ipſum omnis cura & diligẽtia eſſet adhibita, contra nu.12.& 20.*

Amplia

9 *Amplia maxime procedere, quando promiſit iurare cum effectu.*
10 *Amplia etiam quando in tali promiſsiooe appoſitum eſt iuramentum contra.nu.22.*
Amplia etiam vt num.ſequenti.
11 *Clauſula & cætera, de ſtylo Notariorum, in hoc caſu ſolet extendi. Adeo quod faciendo poſsibilia non excuſetur, in materia infra nu.23. & ſeq.*
12 *Promittens ſe acturum & curaturum cũ effectu, &c. quod G. non offendet N. ſub pœna. Si per G. fuerit contrauentum non tenetur promiſſor ſi omnis cura & diligentia per ipſum fuerit adhibita maxime de æquitate canonica, vt infra num.20. & 23.*
13 *Pœna in ſimili caſu committitur, ſi promiſſor fuerit in mora curandi & faciendi.*
14 *Difficultas excuſat à mora, & à pœna, quando factum eſt in obligatione.*
15 *Intellige.l.ſancimus. C.de fideiuſſo.*
18 *Verba illa cum effectu curare quomodo exponi debeãt in hoc caſu.*
Mens contrahentium in caſu præſenti, quomodo interpretatur, d.nu.18.
20 *Opinio communis ſequenda eſt in conſulendo & iudicando.*
22 *Iuramentum non aſtringit ad impoſsibile, nec tollit difficultatem, & eo non obſtante difficultas liberat promittentem.*
24 *Clauſula &c. & ſimiles potius cenſentur appoſitæ ex ſtilo Notariorum, quam ex expreſſa partium voluntate.*

OMnipotens Deus dirigat verba noſtrá in viam veritatis & iuſtitiæ. In præſenti caſu, qui talis eſt. Spectabilis vir Do. Andreas de Alferiis de Cortona conſtitutus coram magnifico & honorádo Capitaneo & Commiſſario eiuſdem ciuitatis Sponte, &c. promiſit ſe acturum & curaturum cum effectu &c. quod G. de Alferijs nec eius conſanguinei affines, & attinentes vſque in tertium gradum ſecundum ius canonicum computandum nõ offendet nec offendi faciat factis tantum. N. de eadem ciuitate, nec eius, nec cuiuſque ipſius conſanguineos, affines, & attinentes vſque in tertium gradum ſecundnm ius canonicum, vt ſupra computandum ſub pœna & ad pœnam mille ſcutorum auri Cameræ ducali applicandorum, & mihi Notario &c. cum clauſulis opportunis, & cum fideiuſſore. Finis inſtrumẽti. Modo euenit caſus, quod G. prænominatus offendit quendam ex comprehenſis in fideiuſſione pro parte N.

Primo igitur quæritur: an ipſe G. propterea inciderit in pœnam conuentionalẽ per d. Dominum A. pro eo promiſſam, ſtante, quod non fuit præſens confectioni inſtrumẽti, nec dictam promiſſionem pro ſe factam ratificauit & approbauit.

Secundo quæritur. An præfatus Dominus A. promiſſor teneatur ad ſolutionem pœnæ per ipſum promiſſæ ſtante, quod G. pro quo promiſit curaturũ &c. contrauenit eius promiſſioni.

Et breuibus ut fieri poteſt reſpõdendo di-
1 cimus. † Primum quæſitum nullam pati difficultatem ipſum G. non teneri ad pœnã prædictam conuentionalem ſoluendam, cum ipſe nihil promiſerit, nec interfuit ſtipulationi, & promiſſioni per d. A. factæ, iuxta text. in l.1. in uer. abſens. ff. de verb. obli. & in. §. item
2 verborum inſti. de inuti. ſtipula. † Et cum id ſit res inter alios acta ſibi non præiudicat, toto tit. C. res inter alios act. & lib.1. eod. titu. l. ſæpe. ff. de rei iudi. & in terminis propriis hoc dicit Cardinalis Pariſius, conſ.109. prima facie in prin. lib.1. Et rõ poteſt eſſe, quia d. G. nõ conſenſit d. promiſſioni, immo potius diſſenſit, & improbauit, ex quo quamprimum de dicta promiſſione notitiam habuit, eam non ratificauit. Corn. conſ.248. decifionem, lib.4. ſine quo conſenſu & voluntate nemo obligari poteſt. l. conſenſum. ff. de actio. & obliga. & inſtitu. de obliga. ex conſenſu, à contrario ſenſu. Ideo proculdubio dici poreſt. G. nõ teneri ad pœnam prædictam conuentionalem, licet ob delictum per eum perpetratum pœnã legalem incurriſſet.

3 Secundum vero dubiũ continet in ſe amplam materiam, & Doctorum antimoniam & ideo prima fronte nobis videbatur dicendum. D. A. teneri ad ſolutionem pœnæ per eum promiſſæ ex eo, quod G. non ratificauit & approbauit eius promiſſionem, immo ei contrauenit. Et primo per tex. in l. ſancimus. C. de fideiuſſo. ubi habetur, qđ ſi aliquis promiſerit præſentare aliquem tranſactis certis induciis ibi deſignatis, cum nõ præſentauerit tenetur ad pœnam, vt in verſ. ſin autem, il 1.

ſed

ſed d.A.promiſit curaturum,quod G.non offendet &c. Et per G. contrauētum fuit. Ideo ipſe promittens tenetur ad pœnam.

4 Secundo, quia prædicta promiſſio non dicitur facti alieni, ſed facti proprij, ex eo, quia D. A.promiſit ſe acturum, & curaturum cum effectu quod G. &c. Quo caſu ſtipulatio valet. l. quoties quis.ff.de verbor.oblig. Docto. in l.ſtipulatio iſta,ubi Iaſ.nu.4. eod.tit.Corn. conſ 26.in hac conſultatione col.2.in princ. lib.1.Deci.in l.fin.§.labeo.nu.7.ff.ſi cer.peta. Et perſunctorie Alciat.in l.4.§.Cato.nu.139. ff.de verb. obli.Paris.conſ.110.nu.4.&conſ. 109.nu.9.lib.1.

5 Tertio per tex.in l.ſi quis domum.§.1.ff.locati, ibi quia hoc euenire poſſe perſpicere debuit ſibi imputatur. Ideo imputari debet, dicto A.quod non conſiderauit G. poſſe contrauenire promiſſioni per eum factæ, & non ratificare, quod non conſiderauit,ut late Paris.d.conſ.109.nu.26.& ſeq.

6 Quarto, quia videtur conſtare ex mente contrahentium eſſe, quod ſi per G. contrauniretur,voluerunt d.A. teneri ad pœnā.Quę mēs colligi poteſt ex eo, quod promiſit acturum & curaturum cum effectu,&c.Nam non fuit cum effectu curatum facta contrauētione, ita dicit Deci.in allegato.§. labeo, nu.11. Soccin. conſ. 288. circa med.nume. 23. verſ. Quarto confirmatur,lib.2. Deci. conſ. 313. promiſit,colum.2.in princ.Quo caſu ita promittens non excuſatur à pœna faciēdo quicquid pōt,vt per Docto. in allegatis locis poſt Areti. in l. ſi ita ſtipulatus in.§.poſſum,col.2. ff.de uerbor.obligatiō. Alcia. dicto §. Cato. nume.135.

7 Et vltra prædicta mens videtur colligi, ſi in promiſsione appoſita fuerit clauſula, aliàs de ſuo. Nam ex mente dictorum contrahentium eſt in defectum teneri de ſuo ad pœnā, & non excuſatur tunc faciendo poſſibilia,& omnem diligentiam adhibendo,per illā clauſulam, aliàs de ſuo. Cor.conſ.61.Viſa copia, num.28.lib.3.Deci.conſ. 341. Viſis his ad fi. & in d.§.labeo, num.11. Paris.d.conſ.110. nume.11.Aym.Gramma.conſ.272.Nobilis Bernardinus,nu. 13.

8 Quinto, quia promiſſio facti alieni cum pœna valet.l.ſtipulatio iſta, uerſ.& ſi quis, & §.quæſitū.ff.de uerb.oblig.quo caſu licet adhibita fuerit omnis diligētia per promittentē, non tamen excuſatur à pœna, ut ibidem per Iaſ.nu.10. uerſ.Tu autem, poſt Areti.in d.l.ſi iſta ſtipulatio,in.§.poſſum. ff.eodem. Corne. conſ.2. circa primum,lib.3.Iaſ.in l.Titia, nume.13.ff.de uerbor.oblig.cum ſimilibus latè allegatis per Reuerendiſſimum epiſcopū Didac. Couar. in cap. quamuis, de pact.in 6. in 2.par.relectio.§.5.nu.3.verſ.cæterum.

9 Et maxime, quādo promittit curare cum effectu, prout in caſu noſtro, ut per Areti.in d.§. poſſum. Dec.d.conſ.313.col.2.& Alci.d. §.Cato, num.131.Paris.d.conſ.110.nu.17.& ſeq.per rationes per eos allegatas,quas breuitatis cauſa omittimus.

10 Et prædicta corroborari poſſunt ex eo, quia in promiſsione per d.A. facta adeſt iuramentum, quod facit ipſum teneri precise, vt per docto.in allegatis locis, & in ſpecie Paris. d. conſ.110. num.6.& conſ.109.num.11.& 21. & per Rober.Marā.in 7.diſputat.per eum poſita poſt eius tracta.de ordi.iudicio,num.1.& 2.Corn.conſ.192. videatur nu.3.lib.3.Socci. reg.326.6.fallen.

11 Et quia poſt illud uerbum cum effectu adeſt clauſula,& cætera. Quæ de ſtylo Notariorum ſolet extendi. Adeo quod faciendo poſſibilia non excuſetur,videtur promittens renunciare omni difficultati. Et propterea non poſſet modo dicere & ſe excuſari, quod facit quicquid potuit, vt videtur ſentire Maran.in d.7.diſputa.nu.7.Ideo tam ex pręmiſſis,quàm ex aliis rationibus allegatis a Paris.dicto cōſ. 109. pro ratione dubitandi, quæ breuitatis cauſa omittimus. Videbatur dicendum d. A.teneri ad ſolutionem mille ſcutorum per eum promiſſorum, ex quo fuit contrauentū ſuæ promiſſionis per G.

Nihilominus in caſu præmiſſo, præmiſſis & aliis quæ in contrarium adduci poſſent nō obſtantibus, contrarium de iure verius eſſe arbitramur,ſecundum ea quæ more Scęuolæ iuriſcon. Cum proponatur ſupradictum D. A. poſt dictam promiſſionem per eum factā omnem curam & diligētiam adhibuiſſe, quā quilibet alius diligens & diligentiſſimus in pręmiſſis adhibuiſſet. Denunciauit enim D. G. promiſſionem per eum factam modo quo ſupra, eumque orauit, perſuaſit, & prohibuit ne contraueniret d.promiſſioni, vt narratum

12 extitit in facto probatum eſſe.† Quo præſuppoſito dicimus ipſum non teneri ad dictā pœnam ſoluendam, quia clarū eſt,quod promiſit factum alienū, quod d.G.nō offendet &c. Promittens uero factum alienum de æquitate canonica etiam cum pœna excuſatur a pęna ſi curauerit iuxta proprias uires, & omnē diligentiam adhibuit, quam quilibet alius diligentiſſi-

ligentiſſimus adhibuiſſet. Abba.& alii in cap. gemma de ſponſa. Fely. cap.ex reſcripto. de iure iuran. Alcia.d.§.Cato.nu.132.verſ.limitatur,&c. Vbi omnes repetentes in 9. oppoſi. Bartholi. Dori. latè d.conſ. 313. promiſit per totum conſilium.& in l. impoſſibilium nu.6. ff.de reg.iur. Areti.conſ.142.col. 3. Afflit. deciſ. 295. mag. Troilus. Grammat.q. 2. poſt eius deciſiones. & late etiam Rober. Maran. in 7.diſput.incipien. Maritus quidam. Paris. in allegatis conſ.109.& 110.lib. 1. late etiam Dida.couar.d.§.5.2.par.relecti. nu. 3.

13 Et omiſſis multis per eos dictis principaliter hi mouentur. Quia ex quo factum fuit quicquid potuit,non incidit in pœnā per eum promiſſam, quia illa pœna committitur ſi fuit in mora faciendi & curandi. Deci. alleg. conſ. 313.col.2. verſ. ſed tamen prædictis non obſtantibus Paris.d.conſ. 110.nu.25.

14 Secundo mouentur, quia quando factum eſt in obligatione difficultas excuſat à mora, & à pœna l. ſi vehenda. §. pen. ff. ad. l.rodi de iactu.ita dicunt Marant.in d.7.diſput. nu. 11. Paris.d.conſ. 110.nu.26.Dec.d.conſ.313. nu. 2.& 3.Grāmatica d.q.2.num. 2. Afflit.d. deciſ. 295.num. 3.Iaſ.d.l.ſi ſtipulatio iſta nu. 10. Dida. Couar.vbi ſupra nu.4.ſed ex quo d.A.promiſit factum alienum ſcilicet,quod G. nō offendit, impoſſibile nedū difficile ſibi erat ita cuſtodire.G.quin.offendiſſet niſi ipſum ligaſſet propterea ex quo adhibuit omnem diligētiam,excuſatur à pœna. Et per alias rationes allegatas in ſupradictis locis, quas referre eſſet magis laborioſum quam ſubtile. Ideo ſufficiat annotare loca videnda.

15 Et ita tenendo non obſtat allegata l. ſancimus.C.fideiuſſ. quia loquitur in ſtipulatione notoria,& iudiciali de præſentando,in qua eſt ſpeciale quod difficultas non excuſat à pœna, niſi interueniat mors eius, qui venerat præſentandus.Et ita reſpondet Deci.d. conſ. 313.nu.4.verſ.non obſtat ſucceſſiue & Paris. d.conſ. 110.nu.9.

16 Item non obſtat, quod allegatum fuit ſupra nu.4.quod iſta promiſſio dicatur facti proprij magis quam alieni facti. Quia reſpondetur magis communem opinionem eſſe in cōtrarium, quod cenſeatur facti alieni promiſſio, & non proprij. Ideo de æquitate canonica faciendo quicquid poteſt liberatur ex docto. ſupra allegatis ita ſubtiliter conſiderando. Nam licet dum dicit, quod talis faciet, hoc eſt factum alienum. Et propterea liberatur propter diligentiam adhibitam, reprobata opinione Corneus conſ.26. lib. 1. Deci.d. §.labeo & Alciat. & aliorum allegatorum in contrarium,prout eam reprobant ſupradicti docto. ſupra allegati pro hac parte vel aliter reſpondetur, quod licet dicatur promittere factum proprium, nihilominus difficultas excuſat à facto proprio,& ita reſpondet Marant. vbi ſupra num.22.verſ.non obſtat.6.argumentum,& eſt de mente aliorum prædictorum.

17 Item non obſtat, quod dictum fuit; quod ex quo difficultas imminebat à principio tēpore promiſſionis ſibi impetrari debent, ex quo non conſiderauit præfata euenire poſſe vt eſt dictum ſupra nu.5. Quia reſpondetur, quod ſupradicta communis opinio procedit etiam ſi difficultas imminebat à principio. Crotus d. §. Cato. nu. 30. verſ. addi. ſequitur Paris.d.conſ. 110.nu.28.vel aliter,quod d.difficultas nō imminebat à principio, ſed ſuperuenit ex poſt facto; quia ipſe d.A. cogitabat G.ratum habiturum, & præfatam promiſſionem ratificaturum,& obſeruaturum,dum cōfidiſſet de eo tanquam de conſanguineo, & quilibet alius ita confidiſſet, per ea quæ dicit Deci.d.conſ.313. col. 3. verſ.non obſtant rationes Areti.Paris.d.conſ. 110.nu.29.reſpondentes dictæ obiectioni.

18 Item non obſtat quod poteſt colligi ex eo quod promittit curare cū effectu, quod mens contrahentium erat in caſu contrauentionis velle teneri ad pœnam. Quia reſpondetur mentem contrahentium non eſſe ad pœnam teneri.Et illa verba cum effectu curare intelligūtur quod uera,& bona fide curabit. vt declarat Alci.d.§.Cato.nu.131.videtur obligare promittentem ad impoſſibilia vt dicit Dec.d. conſ. 313.col. 3.in prin.Paris.d.conſ. 110. nu. 42.Et hanc opinionem tenuerunt quamplures relati à Dida.Couar.vbi ſupra nu.6. Nec ex tali mente poſſe fundamentum fieri dicit Paris.d.conſ. 110.nu.59.60.& 61.

19 Non obſtat etiam quod d.mens.colligatur quando eſt appoſita clauſula alias de ſuo. Quia iſta clauſula in caſu præſenti non reperitur appoſita,& ita etiam reſpondet Deci. d. conſ.313.col.fin.verſ.Tertio arguit Socci.

Item non obſtat opinio Doctorum tenentium promiſſionem facti alieni cum pœna de iure tenere,quia reſpondetur, quod magis communis opinio eſt in contrarium, de qua communi teſtatur Iaſ.d.l.ſtipulatio iſta.num. 10.& d.l.Titia,num. 13.ff.de uerbor.oblig. Paris. d. conſ. 110.nu.26.Et omnes repetētes in d.§.Cato.in 9. oppo.maxime Crotus,num.3.

Carol.

Carol. Ruin. & Lancello.Galla.Paris.d.conſil. 109. num. 22. & alij relati, à Dida.vbi ſupra, num. 3.verſ.quorum opinionem,vel aliter quod d. opinio in cõtrarium allegata procedit de rigore iuris ciuilis, opinio vero, qđ excuſetur à pęna per diligentiam adhibitam procedit de ęquitate canonica: vt declarat Franc. Rip. in d.§. Cato,nume.88.Didac.vbi ſupra,num.5.iunctis his quę idem dicit ibidẽ, nu.4.conſ.4.

21 A qua opinione communi in practica,conſulendo, & iudicando non eſt recedendum, vt dicit idem Paris.d.conſ.110. nu.27.

22 Item non obſtat quod in d.promiſſione appoſitum fuerit iuramentum. Quia d.communis opinio procedit etiã ſi in promiſſione ſit appoſitum iuramentum, ut late idem Paris. dicit d.cõſ.110.nu.21.& ſeq. Deci.conſ. 313. nu.3.Marã.d.7.diſput.nu.10.Did. ubi ſup.nu. 3.vbi dicunt & concludunt difficultatẽ excuſari à periurio.

23 Vltimo non obſtat illa clauſula,& cætera, quæ videtur de ſtylo notariorum interpetrari poſſe,promiſiſſe ita & taliter curare, adeo qđ faciendo poſſibilia non excuſetur,& propterea videatur renunciaſſe omni difficultati. Quia reſpondetur quod communis opinio præfata quod non teneatur ad pœnam ſi fecerit ſuum poſſe,intelligitur & procedit etiam ſi appoſita eſſet illa clauſula, ita quod faciẽdo poſſibilia nõ excuſetur, ut ita figurat caſum, Afflit.d.deciſ. 295. Et tamen vt ſupra decidit. Idem dicit & caſum figurat Grammat. d. q.2. poſt deciſiones. Et hæc eſt cõmunis opinio: licet de ea in puncto iuris videatur quod poſſit dubitari, ut dicit Dida. Couar. vbi ſupra, num.6. uerſ. idem eſſe etiam ſi promiſſor expreſſim addiderit velle quod non excuſetur: nec liberatur à pœna, quamuis fecerit quicquid potuerit. Et Marant.d.7.diſput.num.25. Licet circa intereſſe uidearur dubitare, tamẽ non eſt recedendum à communi, ut eſt dictũ

24 ſupra num. 21.† Quia hmôi clauſulæ potius cenſentur appoſitæ ex ſtilo & conſuetudine notariorum, quàm ex expreſſa partium volũtate, vt dicit Paris.d. conſ.110.nu. 101.

Ideo ex præmiſſis omni modo omniq; caſu dicimus Dominum A. excuſari à pęna per eum promiſſa,ſtante quod adhibuit omnem curam & diligentiam, quàm quilibet alius diligentiſſimus adhibuiſſet; & fecit quicquid potuit, vt eius promiſſio per G. adimpleret.

Et ita iuris eſſe dicimus & arbitramur ex communi conſenſu, ſtudio, & uoluntate.

Nos Ludouic. de Alferiis de Cortona V.I.D. Et Felices Phœbeus de Aſculo V. I. D. ſaluo ſemper & reſeruato meliori conſilio,cui nos ſubmittimus, & ſolitis ſigillis quibus in præmiſſis vtimur imprimi, mandauimus Die 18. Nouembris 1561. Laus Deo.

Vt ſupra concluſum eſt ita iuris etiam arbitror, vnà cum Magnifico Domino Felice Phębeo. Ego Ludouicus Alſerius de Cortona I. V. D. licet minimus, & ad præſens Prætor Magnificæ Ciuitatis Aſculi. Et ad fidem præmiſſorum manu propria ſubſcripſi ſolitoq; ſigillo quo in ſimilibus vtor muniri mãdaui, ſaluo ſemper, &c.

Et ita iuris etiam cenſeo vnà cum Magnifico Domino meo, Domino Ludouico Alſerio. Ego Felices Phębeus de Aſculo V.I.D. Miles & æques auratus. Et ad fidem præmiſſorum propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo quo in præmiſſis vtor, imprimi feci, ſaluo ſemper, &c.

CONSILIVM VI.

Seu prima ſubſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Promittens factum alienum ad hoc vt euitet pœnã, cautela eſt, vt faciat quantũ poteſt, vt factum adimpleatur.*

2 *Promittens facturum & curaturum poteſt cogi, vt curet non vt faciat.*

3 *A communi opinione non eſt recedendum.*

Doctores quando dicunt opinionem eſſe communem, ipſis creditur, & eſt bonum verbum in actu practico.

Vеris præſuppoſitis quæ in facto narrantur, in eãdem ſententiam irę cogor,& veram eſſe eam puto, quã celebres ſupraſcripti cõſulentes quãplurimis ſcribẽtium authoritatibus firmauerunt. Et his præſertim vltra per ipſos copioſe adducta,quia idẽ tenet Thomas Ferrat.in ſuis cautelis, cautel. 43. anno

1 præterito per totam, † vbi dat cautelam quod promittens factum alienum faciat quantum poteſt, vt factum adimpleatur,& pœnam euitabitur, uoluit idem Fely. d.cap.ex reſcripto, extra de iure iuran.nume.17.in fin. Et Gallia, d.§. Cato. hanc opinionem reputatam communem à Decio, in d. conſ. 313.dixit Caſſane.in cõſuetu.Burgundię,in uer.Des retract.

Et

Et Iac. de Santo Geor. in d. §. Labeo. ff. ſi cert. peta. Et per plura comprobat Ludo. Gomeſ. in. §. in perſonam. inſtit. de actio: vbi etiam dicit eſſe communem, quam etiam communẽ eſſe dicit Areti. vt refert Iaſ. in d. l. ſtipulatio iſta. in 5. notab. Circa medium, vbi dicit eadẽ ſeruari in practica. ff. de uer. oblig. Ad quæ faciunt notata per Docto. & præſertim per Iaſ.
2 in l. illa ſtipulatio. ff. eod. vbi dicunt, † quod promittens facturum & curaturum poteſt cogi, vt curet, non vt faciat, & ſic curando uidetur ſatisfacere ſuæ promiſſioni. Et ſupra dictam communem opinionem ſupra firmatã ſecutus fuit & retulit Thom. Gram. in deciſ. 101. Magnifica Franciſca Caſa noua, nume. 110. & 111. & in q. 2. per totam. Notabilis & quotidiana quæſtio, vbi præciſe ponitur in ſi-
3 mili caſus thematis propoſiti. † Et cum à cõmuni opinione non ſit recedendum ſecundum Iaſ. in l. ſciẽdum. §. fin. colum. pen. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. reconiunćti. num. 141. in fin. ff. de leg. 3. & in aut. nouiſſima, nume. 22. cum ibi additis ad eum. C. de inoff. teſtamen. Anto. Nicol. in tracta. de concordan. gloſſ. nu-
4 me. 303. † Quinimmo, vt dicit idem Iaſ. in l. 1. §. ſublata, col. 3. ff. ad Trebell. quando doctores dicunt quod opinio eſt cõmunis, illud eſt bonum verbum in actu pratico: & creditur doctori ſic atteſtanti. Ideo vt ſupra firmatum & concluſum eſt ita iuris eſſe cenſeo.

Ego Ioan. Franc. Viceus I. V. D. qui de ſimplici ſubſcriptione requiſitus pro prẽmiſſorũ robore & fide propria manu prædicta ſcripſi, & meo paruo ſigillo ſigillari iuſſi, ſaluo ſemper, &c.

CONSILIVM VII.

Seu ſecunda ſubſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſe acturum & curaturum ſi fecit quod potuit, excuſatur à pœna, ſicut à periurio.*
2 *Impoſsibilitas & etiam difficultas, quando factum eſt in obligatione impedit committi ſtipulationem pœnalem, & moram.*
3 *Intel. l. ſi uehenda. §. pen. ff. ad l. Rod. de iact.*

Requiſitus de ſubſcriptione in præſenti conſultatione, quia clauum eſt in iure quod firmatum & concluſum eſt à domino conſulentibus, & licet eorum concluſiones non indigeant additionibus: Nihilominus, vt videamur aliquid dixiſſe hæc ſubnectam.

1 Communis concluſio eſt fere omniũ doctorum, vt ſupra per dominos conſulentes abunde dictum eſt, quod promittens ſe facturum & curaturum, ſi fecit quod potuit, excuſatur à pœna, ſicut excuſatur à periurio, cap. ſicut, & cap. ex literis, extra de ſponſa. Et non eſt, quia quotieſcunque quis promittit vltra ea quæ poteſt, dicitur promittere impoſſibilia, & ad impoſſibilia nemo tenetur, vt notiſſimi iuris eſt, ita qđ nõ eſt opus probatione.

2 Et non ſolum impoſſibilitas, ſed etiam difficultas quando factum eſt in obligatione, prout eſt in caſu præſenti, impedit committi ſtipulationem pęnalem, & moram: quia promittens non tenetur facere niſi quod poteſt. l. cum ſeruus, & l. cum res. ff. de leg. 1. l. quod te. ff. ſi cert. pet. & diſtinguendo firmat Bar. l. continuus. §. illud, prope fin. ff. de uerb. oblig. l. 2. §. ſiquis. ff. ſiquis cautio. l. Celſus. §. 1. ff. de arbitri.

3 Et licet difficultas non impediat commiſſionem pęna ſtipulationis quo ad illud quod principaliter impedit commiſſionem pęnalẽ ſtipulationis ſecundum verum intellectum. l. ſi uehẽda. §. pen. ff. ad l. Rod. de iact. & d. l. 2. ff. ſi quis cautio. Et ita conſuluit Bart, in conſ. 102. Martinus promiſit. Et ita concludo ſubſcribendo de iure eſſe.

Ego Ioann. Laurentius de Preſbyteris de Acumulo I. V. D. licet minimus & pręſens Vicarius Reuerendiſsimi Epiſcopi & Principis Aſculani qui me ſubſcripſi manu propria, & ſigillum meum quo in talibus utor appoſui, ſaluo ſemper, &c.

Tertia ſubſcriptio.

Viſis quæ abunde & egregie dicta ſunt per ſupradictos dominos conſulentes ita iuris etiam cenſeo. Ego Hoſtilius Vellius de Galleſio I. V. D. & ad pręſens pro Reuer. Camera Apoſtolica in Magnifica ciuitate Aſculana aduocatus Fiſcalis. Et ideo pro ueritate me ſubſcripſi & ſubſignaui, in fidem, &c.

Quarta ſubſcriptio.

Cum ſupradictam concluſionem ad fauorem

reni A. de Alferiis de Cortona vidiſſem, pariterque diligenter propendiſſem. Ita doctiſſime & accurate viſum eſt mihi articulum indagaſſe, vt placuit mihi dictam concluſionem in omnibus affirmare, ac comprobare, & ſi alia comprobatione opus non ſit, cũ per ſe ipſam propter veras & optimas concluſiones & rationes commendet: quam quidem ſententiam eo libentius amplexus ſum, cum vidiſſem cõprobatas à tot iureconſultiſſimis, & quia copioſe ac late & ſubtiliter per Excellentes Iureconſultos ſint omnia recte deducta & allegata, ideo ſola ſubſcriptione ero cõtentus, de qua etiam requiſitus.

Ego Demophon Dioteguardes de Acumulo V. I. D. licet minimus, & Comes Palatinus, ac magnificę Ciuitatis Aſculi Iudex, ut ſupra concluſum eſt, ita iuris etiam cenſeo, & in fidem ac robur pręmiſſorum ſigillo meo, quo in his vtor muniri mandaui: ſaluo ſemper rectiori conſilio, &c. Laus Deo Optimo Maximo.

Quinta ſubſcriptio.

Viſis quæ egregie, abunde ac ſubtiliter dicta ſunt per Dominos clariſsimos conſulentes, vt ſupra concluſum eſt ita iuris eſſe puto præſuppoſitis his, quæ in facto præſup ponũtur. Ego Diamãtes Gabriel de Aſculo V. I. D. & eques auratus. Et pro fide me ſubſcripſi, & ſolitum ſigillum apponi feci, conſilio ſaniori ſemper ſaluo, &c. Laus Deo.

CONSILIVM VIII.

Seu ſexta ſubſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *G. non obligatur per promiſsionem factã per A. quod ipſe non offendit N.*

2 *Difficultas in hoc caſu de iure cano. impedit commiſſionem pœnæ.*

Amplia habere locũ ẽt de iure ciuili. inf. nu. 3. 4. 5.

4 *Promittens facturum quod ſine ſua culpa implere nõ poteſt excuſatur à pœna.*

5 *Talis promiſsio quid videatur in ſe continere.*

6 *Promiſſor in præſenti caſu non põt dici in mora ſtãte quod fecit quicquid potuit, quod G. non cõtraueniret.*

7 *Impoſsibilium nulla eſt obligatio.*

8 *Intel. l. ſi vehenda. §. pen. ff. ad l. Rod. de iact.*

9 *Pax ſemper eſt expetibilis, & econtrario Bellum euitandum.*

10 *Offenſiones per iura & ſtatuta ſunt prohibibiles. Qui gladio ferit gladio perit. d. nu.*

11 *In dubio in iſto caſu illa opinio amplectenda eſt quę eſt minus damnoſa promiſſori.*

12 *Verba in dubio interpretantur ad fauorem promiſſoris contra ſtipulantem.*

13 *In obſcuris quod minimum eſt attenditur ẽt in pœnis.*

14 *Pœna in præſenti caſu, an ſit radicata in perſonam A. promiſsoris vel G. pro quo fuit promiſſum.*

15 *Intereſſe in obligationibus factorum poſt moram ſuccedit.*

16 *Clauſula in fine appoſita non refertur ad primam, ſed ad proximam, quando prima habet propriam, & ſpecialem determinationem per ſe.*

IN Dei nomine Amen. Quia uerę ſunt & communes cõcluſiones firmatę per ſupraſcriptos Dom. doct. concurro cum eis libenter, & ſane me ſubſcriberem abſq; alio additamento, vt tamen & ipſe aliquid pro veritate afferam, hæc pauca ſubnectam.

1 Et quo ad primum dubium dicendum eſt omnino d. G. non incurriſſe aliquam pęnam conuentionalem, quia ipſe non conuenit aliquam pœnam, nec alius potuit eum obligare ad illam, vt aliàs dixit Corn. conſ. 167. nu. 10. in 3. vol.

2 Quo uerò ad ſecũdam difficultatem videtur quod etiam iſte caſus procederet in terris Eccleſiæ abſque aliquo dubio, quia difficultas Dom. A. agentis & curantis, & facientis quicquid potuit, vt præſupponitur, impedit commiſſionem pœnæ, ſecundum cano. cõiter in cap. Gemma, ext. de ſponſal. & in c. ſignificantibus in glo. fi. ad fin. de offi. deleg. nec eſt qui eo iure diſcrepet ſecundũ Iaſ. l. ſtipulatio iſta nu. 11. ff. de uerb. obli. in princi.

3 Sed nec quia caſus vertitur in dominio Sereniſſimi D. magni Ducis Florentiæ & Senarum videtur magis dubitari poſſe, quia in cõſilio Neapol. in fortioribus terminis qñ quis extenſe promiſit curare & facere, ita quod faciendo ſuum poſſe non excuſetur cum adiectione pœnæ, & iuramento, bis pro iſta opinione fuit iudicatũ, vt late per Affli. dec. 295.

4 Docto. etiam qui paſſim affirmant hanc eſſe cõem opinionem, quos citãt præfati domini conſulentes non diſtinguunt quo iure, quinimmo eã firmant per tex. iuris ciuilis, & præſertim p l. ſi uehẽda. §. idẽ iuris. ff. ad l. Rhod. de iact. ubi promittens facturã quod ſine ſua culpa implere non põt excuſatur à pœna.

5 Quæ opinio maxime adaptari poſſe uideť in caſu noſtro, quãdoquidem Do. A. promiſit

ſe acturũ & curaturum quod G. non offendet
ſub pœna. N. Qui ſi egit, & curauit & fecit qđ
potuit, ſatis ſuę opinioni factũ eſt, dato quod
eius cura & diligentia nõ produxerit effectũ.
Licet enim interpretatione iuris videatur ta-
lis promiſſio continere quod G. non offen-
det: Nihilominus vere & principaliter con-
tinet ſe acturum & curaturũ quod reſidet in
perſonam ipſius promittentis ſecundũ Bart.
Socci. in l. cum filius familias. §. 1. ff. de uerb.
oblig. id quod actum & curatum eſt. nu. 5.
6 Et ideo non poteſt dici in mora fuiſſe ſtan
te difficultate, & quod egit & curauit, & fecit
quicquid potuit ſecundum Bar. Bald. Alex. &
alios in d. l. quod te, in gloſ. in uer. poteſtate,
in fin. ff. ſi cert. peta. & Bar. plene in l. conti-
7 nuus. §. illud. ff. de uer. obli. † Impoſſibiliũ. n.
nulla eſt obligatio. reg. impoſſibilium. ff. de
8 reg. iur. & ibi Deci. nu. 4 & ſeq. † Aduertendũ
eſt etiam eo caſu quod. l. ſi uehẽda. §. idem iu-
ris intelligatur de difficultate ſuperueniente
ex poſt facto, vt videtur intelligere Bart. in l.
4. §. Cato. nu. 14. ff. de uer. obli. & fuit funda-
mentum Areti. in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum.
ff. de uerb. obli. quia poteſt reſponderi quod
iſta difficultas Dom. A. ſuperuenit ex poſt fa
9 cto. † Pax enim ſemper eſt expetibilis, & ecõ
uerſo Bellum euitãdum propter cõmoda, &
10 incõmoda. l. 1. in princ. C. de caduc. toll. † Et
offenſiones ſunt aliàs punibiles per iura &
ſtatuta, vt ſcriptum eſt. Qui gladio ferit gla-
dio perit. Et homicida quod fecit ſemper ex-
pectat. l. 3. C. de epiſco. audi. Et ideo iuſte cre
ditur Dom. A. poſſe perſuadere & inducere.
G. ad non offendẽdum, & pręſertim quia erat
eius cõſanguineus & de eodẽ Cippo domus,
ſuperuenit ergo talis difficultas ex poſt facto,
vt alias in ſimili dicunt Deci. conſ. 313. nu. 3.
uerſ. nõ obſtat. & Paris. cõſ. 110. nu. 61. lib. 1.
11 Et in omnem euentum ſtante aliquali cõ-
trouerſia doctorum in puncto iuris, tamen ea
opinio amplectenda eſt, quæ eſt minus dam-
noſa Dom. A. promiſſori, ſecundum Deci. d.
conſ. 313. nu. 4. & Paris. d. conſ. 110. num. 54.
12 lib. 1. † Quoniã in dubio uerba interpretãtur
ad fauorem promittentis contra ſtipulãtem,
iuxta vulgatũ. l. veteribus. C. de pactis. Paris.
13 d. conſ. nu. 55. † Et aliàs in obſcuris quod mi-
nimum eſt ſequimur. l. ſemper in obſcuris. ff.
de reg. iur. Et ẽt in pœnis. l. interpretatione.
ff. de pęn. cũ aliis adductis ibi per gloſ. & aliàs
habetur in glo. fin. l. ſi. ff. de pretori. ſtipu. qđ
Iudices ſemper ſequũtur quod minus eſt.
14 Poſtremo poſſet attentari conſideratis uer
bis inſtrumenti quod Do. A. non promiſit ſe
acturũ & curaturũ ſub pęna, ſed quod G. non
offendit nec offendi faciet ſub pœna. Adeo
quod adiectio pœnæ radicata eſt in perſonã
15 G. & non ipſius Dom. A. † Et eo magis quia
ſi Dom. A. non egiſſet & curaſſet, vtique tene
bat ad intereſſe abſq; eo quod adiecta fuiſſet
aliqua pœna, qđ intereſſe in obligationibus
factorum ſuccedit poſt moram, vt habetur in
l. ſtipulationes non diuidantur. ff. de uer. obli.
16 Et † ideo ſi illa prima clauſula ſpectãs ad prin
cipalem obligationem Do. A. habet propriã
& ſpecialem determinarionem per ſe. Alia
clauſula in fine appoſita de pœna, non refer-
tur ad primam, ſed ad proximam c. cũ dilecti,
extra de donatio. prout adducit ad iſtum pro-
poſitum Iaſ. in l. in pecuniariis, nu. 1. ff. de fe-
riis. Quo caſu fruſtra quæritur an ſit cõmiſſa
pœna conuentionalis, cum nulla conuenta
ſit nec etiam intereſſe. Cum Dom. A. nõ fuit
in mora, ex quo cum effectu egit, curauit, &
fecit quicquid potuit, ut in facto ſemper prę-
ſupponitur. Laus Deo.

Quæ ſubſcribebat, & ſubſignabat Io. Ant. Conca minimus aduocatus de Spoleto, & tunc in Gubernio Aſculi Auditor plurimum occupatus. Saluo ſemper, &c.

CONSILIVM IX.

Seu ſeptima ſubſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Demonſtratio fruſtra adiicitur rei ſatis demonſtratę.*
2 *Veritas conſiſtit in paucis.*
3 *Concluſiue & ſine diſputatione procedendum eſt in deciſiuis reſponſis.*
4 *Ex delicto ad pœnam conuentionalem non tenetur G ſi A. promiſit curare ut G. non offendet A.*
5 *Nemo ex facto alterius tenetur niſi ad illud ſpecialiter ſe obligauerit, vel eius dolus acceſſerit.*
6 *Pęna adiecta facto non committitur, niſi promiſſor fuerit in mora faciendi.*
7 *Promittens ſe acturum &c. quod G. nõ offendet &c. non tenetur ſi fecit quod in ſe potuit, & extra cõmunis, quæ quando procedat, uide infra num. ſeq. Amplia. nu. 9. limita. nu. 11.*
9 *Iuramentum in ſimili caſu nõ impedit quin promiſſor ſi fecit quod potuit, non liberetur à pœna conuentionali & intereſſe.*
10 *Verba cum effectu &c. quomodo ſunt intelligenda.*
11 *Promittens ſe acturum & curaturum quod G. non offendet N. tenetur quando in contractu adeſt clauſula, aliàs de ſuo.*
12 *Extenſio in pœnalibus non eſt licita.*

Inter-

13 *Interpretatio ſtricta fit in pœnalibus maxime ad fauo-
rem promittentis contra ſtipulantem.*
14 *Clauſula, & cætera, in hoc caſu poſita de ſui naturâ
non extenditur ad clauſulam, aliàs de ſuo.
Limita & intel. ut ſupra, num. ſeq.*
15 *Clauſula, &c. quid importet.*
16 *In obſcuris quod minimum eſt attenditur.*

CHriſti nomine repetito. Præ-
ſens conſultatio adeo elegã
ter, & faciliter reſoluta fuit
per Eccell. DD. cõſulentes
& ſubſcribentes mihi domi
norum plurimum honor. vt
de ſimplici ſubſcriptione requiſitus non im-
merito his quæ per ſupradictos adducta ſunt
acquieſcere debuiſſem, cum nullius dicendi
1 locus aliis relictus ſit. † Reique ſatis demon-
ſtratæ fruſta adiicitur demonſtratio. l. 1. §. fin.
ff. de dote proleg. l. 15. fin. ff. de actio. empt.
Attamen ne inconſulte & illotis, ut aiunt ma-
nibus, ad ſubſcriptionem acceſſiſſe uidear,
ommiſſis tamen ſuperfluis ac uerborum mul
2 titudine, quæ plerumq; intellectũ inuolũt. †
Cum veritas conſiſtat in paucis ſecundum
Franc. Areti. conſ. 103. in prin. concluſiue, &
3 ſine diſputatione procedendo, † ut in decisi-
uis reſponſis moris eſt, & ita fieri debere nos
admonet 5. ff. doctor Petr. de Anchara. conſ.
33. allegatur principaliter, & in conſ. 427. in
quæſtione quæ uertitur. Dominus Abb. in
conſ. 2. conſulis, & conſil. 78. uiſo proceſſu.
4 Paul. de Caſtr. conſ. 255. viſis actis. † Inhæ-
rendo concluſiue ſupra firmato dico d. G. ex
delicto ad pœnam conuentionalem non te-
neri, quia non interuenit, nec conſenſit,
non approbauit promiſſionem, vulgata reg.
Non entium nullæ ſunt obligationes, argu.
reg. quod meũ eſt ſine facto meo auferri non
poteſt. Et alterius reg. quod plures tangit, de-
bet à pluribus approbari, in quibus locis ſcri
5 bentes notant & maxime Deci. † Et ex cla-
riſſima iuris diſpoſitione, quod nemo tene-
tur ex facto alterius, niſi ad illud ſpecialiter
obligauerit, vel eius dolus acceſſerit. l. ſtipu-
latio iſta. §. alteri, & l. inter ſtipulantem. ff. de
uer. obli. cum ibi nota.
6 Inſuper nec Dominus A. ad eam ſoluendã
obligatum eſſe. Pœna enim adiecta facto nõ
committitur, niſi promiſſor fuerit in mora fa
ciendi, vt docet Bart. in l. ita ſtipulatus, la grã-
de, in 7. oppo. ff. de uerb. obli. & in l. ſi duo. §.
hæc uerba. C. de conſtitu. pecu.
7 Ideo & ſi promiſit ſe facturũ, &c. quod G.
&c. non offendet &c. quia tamen fecit quod
in ſe fuit, vt non offenderet, denunciando
promiſſionem factam, orando, perſuadendo,
& prohibendo ne contraueniret in pœnam
non incidit, nec ad aliquid intereſſe, ita con-
cludit gloſ. & communiter per cano. in c. ex
reſcripto, de iure iurand. reſte Ioan. Franc. a
8 Rip. in l. quod te, nu 44. ff. ſi cert. pet. † Quæ
communis opinio maxime procederet quan
do ille pro quo eſt promiſſum, erat talis, vt
promittens de eo confidere poſſet, quod ſer-
uaret, vt in caſu noſtro habendus eſt G. ne-
pos d. A. obſequentiſſimus. Cum enim ſua
opinione tractatus fuerit, promiſſor dicitur
fruſtratus propter ſuperuenientem cauſam, &
ſibi à principio non veriſimilem. aliàs. n. ſi fi-
duciam de eo habere nõ debuiſſet, forſan ſibi
eſſet imputandum, quod in tali difficultate ſe
9 conſtituit. † Iuramento etiam non obſtante
ſecundum Bal. in l. quoties. ff. de verb. oblig.
10 Dec. d. conſ. 313. promiſit, per totum. ibi ẽt, †
quod illa verba cum effectu late nõ ſtricte in-
telligenda ſunt, ut ſcilicet non ſimulate, ſed
vere curabit, vt fecit, & conſ. 330. colum. 2.
Aym. Grauet. conſ. 272. num. 12. col. 6. lib. 2.
11 Et ſi fortaſſe obiiceretur quod Do. A. pro-
miſit de ſuo ſoluere, ſi illud non fieret quod
conuenit per dictionem, &c. dum dicit ſe fa-
cturum &c. cum effectu &c. poſt quæ uerba
ſolẽt Notarij quandoq; alia ſequentia appo-
nere, videlicet aliàs de ſuo teneatur, quo caſu
teneretur vt per Areti. in l. ſi ita ſtipulatus. §.
poſſum. ff. de uerb. obli. Socci. conſ. 388. in ſi.
q. lib. 2. Dec. cõſ. 325. & 105. 345. & 349. in fi.
12 † Attamen cũ non fuerit expreſſum & ſimus
in pœnalibus, non eſt licita extenſio, Alex. in
l. ſororẽ. C. de his quibus, ut indi. Rip. in rub.
13 extra de iudi. nu. 21. & ſeq. † Et in eis fit ſtricta
interpretatio, cap. odia de regu. iur. in 6. maxi-
me ad fauorem promiſſoris contra ſtipulan-
tẽ. l. Labeo. ff. de contra. empt. Oldra. conſ. 95.
14 Areti. conſ. 54. in fi. † Hinc etiam illa dictio,
&c. non extenditur de ſui natura ad illã clau-
ſulam, aliàs de ſuo. Niſi fortaſſe probaretur
ſpecialis conſuetudo Notarij, qui cõfecit in-
ſtrumentum, quod in ſimilibus conſueuit il-
lam clauſulam apponere. Nec ſufficeret pro-
bare generalem cõſuetudinem aliorum No-
tariorum circa hoc. Ancha. conſ. 339. pro ma-
iori intelligentia, col. 6. Alex. conſ. 196. colũ.
3. uerſ. quia dicti teſtes, lib. 2.
15 Inſuper illa dictio, &c. ſolum importat ea
quæ ſunt ad complementum orationis, non
autem ea quæ comprehenduntur ſub oratio-
ne ſeparata. Ideo licet poſt clauſulam, cum

effectu, &c. cõſueuerit apponi clauſula, aliàs de ſuo, &c. tamen ſi Notarius appoſuit clauſulam cum effectu, &c. Cum illa dictione, &c. non cenſebitur appoſita clauſula aliàs de ſuo, cum habeant orationem ſeparatã. Paul. de Caſt. conſ. 10. ſi uera ſunt, colum. 3. lib. 1. tradit Aymon. Grauet. conſ. 34. lib. 1. per to-
16 tum. † Et ſi quid dubij foret, adhuc tamen in obſcuris quod minimum eſt attenditur. l. ſemper in obſcuris. l. promptiores. ff. de reg. iur. reg. in obſcuris eod. tit. in 6. Boeri. deciſ. 257. par. 2. ante fin.

Et ita cõcurrens in opinionem MM. DD. prefatorum inter tẽporis anguſtiam ſubſcribendo allegabam. Ego Ioan. Baptiſta Venturinus minimus inter doctores Fabrianenſes, eques auratus, paruoque ſigillo muniui, vt in ſimilibus ſoleo, ſaluo ſemper &c. Laus Deo.

CONSILIVM X.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas in teſtamentis attenditur.*

2 *Teſtatoris voluntas maxime attendenda ſpectandaq. eſt in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs, potius quam verborum qualitas, quę teſtator protulit.*

3 *Voluntas incerta, quę ex coniecturis colligitur, ſufficit in ſubſtitutione fideicommiſſaria.*

4 *Ex coniecturata mente teſtatoris inceditur à ciuili natura verbalis coniunctionis.*

5 *Manifeſtiſſimus ſenſus teſtatoris quando adeſt, numquam fieri debet talis interpretatio, vt melior ſenſus exiſtat.*

6 *Filiorum appellatione veniunt & comprehenduntur filię fœminæ.*

7 *Procedit non ex proprietate, ſed interpretatione.*

8 *Filiorum appellatione non comprehenduntur filię fœminę quando ſtatutum excluſiuum fœminarum non eſt in aliquo loco cum diſpoſitio teſtatoris intelligatur de maſculis.*

9 *Teſtator non præſumitur plus diligere neptes, quàm propriam filiam.*

10 *Conditio poſita in prima ſubſtitutione cenſetur repetita in ſequenti, ne plus iuris cenſeatur translatio in ſecundum ſubſtitutum, qui cenſetur minus dilectum, quàm primum.*

11 *Statutum ſi excludit filias à fortiori excludit neptes.*

12 *Neptes non debet eſſe melioris conditionis, quam filia.*

13 *Teſtator ſubijciendo bona fideicommiſſo non videtur alia ratione motus niſi fauore agnationis, & ut bona conſeruentur in familia, & non poſſe alienari, & nunc. 15.*

14 *Prohibitio alienationis, quæ fuit facta immediate per ſubſtitutionem fideicõmiſſario præſumitur facta reſpectu fideicommiſſi.*

15 *Teſtator voluit bona remanere in domo ipſius, & penes deſcendentes de familia ſua.*

16 *Ratio quando reperitur & aliter reddi non poteſt, habetur pro expreſſa.*

17 *Diſpoſitio teſtatoris regulatur ſecundum rationẽ, quæ ipſum mouet ad ſic diſponere.*

18 *Ratio eſt anima legis.*

19 *Filię licet ſint de familia, deſcendentes ab ipſis non ſunt de familia & nubendo tranſeunt ad alienam familiam, & ſic ſunt cauſa, vt bona exeant de familia, & non ſunt amplius de familia, nec de deſcendentibus.*

20 *Verba, ſi quis filiorũ meorũ deceſſerit ſine filijs ſubſtituo ſuperuiuentes, non includunt filiam fœminam inſtitutam in re certa, vbi de ratione.*

21 *Voluntati teſtatoris inhęrendum eſt relicta verborũ proprietate.*

22 *Verba deſeruire debent intentioni, non intentio verbis.*

23 *Teſtator videtur in ſuo teſtamento reſpectũ habuiſſe ad ſtatutum patriæ ſuę, & velle id quod illa lex vult ſtatutum. nu. 30.*

24 *Teſtator ſi de aliquo dubio interrogatus prę ſummeretur taliter reſpondiſſe, talis interpretatio fieri debet.*

25 *Inconueniens eſt videre Nepotem ſuccedere, & filiam excludere.*

26 *Nepos ex filia præmortua facit deficere conditionẽ fideicommiſſi, & appellatione filiorum venit.*

27 *Intellige cum non repugnat voluntati teſtatoris, & quando non colligitur ex eius mente voluiſſe intelligere tantum de maſculis.*

28 *Teſtatoris voluntas talis eſſe pręſumatur, qualis eſſe debet.*

29 *Differunt dicere non ſit inter maſculos, & fœminas.*

30 *Teſtator præſumitur voluiſſe conformare cum diſpoſitione legis municipalis ſuæ patriæ, & ſupra nu. 23.*

31 *Voluntas teſtatoris regulatur ſecundum ſtatuta.*

32 *Pręſcriptio magis potens derogat pręſcriptioni minus potenti.*

33 *Diſpoſitio l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. habet locũ, quando teſtator habens duos filios illos hęredes inſtituit, & vnum alteri ſubſtituit.*

34 *Teſtator quam charitatem habuit ad filium, eandem continuatam habuit ad neptem ex eo deſcendentem; & etiam ad Neptem.*

35 *Fideicommiſſum conditionale non traſmittitur.*

36 *Id quod non eſt expreſſum in diſpoſitione non inducit priuationem.*

37 *Teſtator quando aliquid non dicit, nec nos dicere debemus.*

38 *Extenſio fit in materia priuatiua, aut excluſiua ad alium caſum, & ex maioritate vel ex ſimilitudine rationis.*

39 *Filius poteſt exhęredare cauſa ſimili, vel maiori expreſſa in iure.*

40 *Subſtitutio quando non fuit verificata in perſonam filij Nepotes in filij diſpoſitione ex filio præmortuo veniunt.*

41 *Bona ſubiecta fideicommiſſo in teſtamento relinqui non poſſunt.*

42 *Teſtari poteſt de legitima, & Trebellianica.*

43 *Bona ſubiecta fideicommiſſo, & probibita alienari poſ ſunt dari in dotem, intellige nume. ſequen. vſque ad finem.*

44 *Aut res qua. C. cõmun. de leg. non babet locum quã do in teſtamento eſt expreſſa praſcriptio non alienan di. & in nu. ſeq.*

45 *Filia quando habet vnde ſe dotet, bona ſubiecta fidei- commiſſo dari non poſſunt.*

46 *Legitima filiorũ ſi ſunt citra quatuor eſt tertia pars.*

47 *Legitima, & Trebellianica faciunt dimidiam bare- ditatis.*

48 *Dos congrua dicitur vſque ad legitimam.*

49 *Dotes exceſſiuas conſtituere non eſt in facultate teſtatoris, & ſubuertere fideicommiſſum.*

50 *Mos, & conſuetudo patrię attendenda eſt in dotandis filijs.*


51 *In dote danda conſiderari debet facultas patris, paren telę, & mos ciuitatis.*

52 *Dos exceſſiua dicitur quando eſt vltra patrimonium, vltra uires patrimonij vltra ſupraq; qualitatem viri, & vxoris.*

53 *Voluntas teſtatoris inanis non eſſe debet.*

54 *Teſtatoris voluntas, & intentio in primis attendi debet & obſeruari.*

55 *Teſtatoris voluntas illęſa conſeruari debet, etiamſi diſpoſitio redderetur eluſoria.*



FActum ſic proponitur. Laurentius de Cattamicis de Ciuitate Cortonæ de Anno Domini 1518. ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo reliquit iure legati & inſtitutionis Salomæ filiæ dicti teſtatoris, & vxori Mariotti de Thomaſiis omne id quod ipſe teſtator promiſerat, & pro parte ſoluerat eidem Mariotto pro dotibus dictæ Salomæ, & quod in omnem caſum ſuæ neceſſitatis, ſeu uiduitatis habẽt ſtallum vſum & habitationem in domibus dicti teſtatoris.

In omnibus autem alijs de teſtatoris bonis mobilibus & immobilibus & ſe mouentibus iuribus, & actionibus nominibus debitorum, & creditorum tam præſentibus quàm futuris ſuos hęredes vniuerſales inſtituit, fecit, nominauit, eſſe voluit, & ordinauit Iacobum, Nicolaum, Franciſcum, Bartholomæum, & Bernardinum filios legitimos, & naturales dicti teſtatoris natos ex ipſo teſtatore, & dicta Domina Magdalena eius legitima vxore, & quoſcunque alios filios maſculos naſcituros ex dicto teſtatore, & ex dicta Domina Magdalena, & ex quacunq; alia uxore, & quemlibet eorum ęquis & hæreditariis portionibus, & eos, & quemlibet

eorum ad inuicem, & viciſſim ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum in perpetuum ſecundum formam iuris. Hac conditione, pacto, & lege in dicta inſtitutione, & teſtamento inſertis, quod dicti ſui hæredes nō poſſint nec eis liceat alienare bona hæreditaria niſi ſi & inquantum de iure poſſent, & hoc dixit &c. Caſſans &c.

Deceſſit Laurētius, deceſſerunt Iacobus, Nicolaus, Franciſcus, Bartholomæus, & Bernardinus: relictis ex Iacobo Seraphino: & ex Nicolao, Magdalena, Fraſia, & Camilla nullis alijs filijs ex Bartholomæo, & reliquis relictis.

Quæritur modo, an bona d. Laurentij teſtatoris ſint ſubiecta fideicommiſſo, & an per natiuitatem filiorum, & filiarum non euanuit, & qualiter ſint ſubiecta, & viuat fideicommiſſum, an Seraphinus debeat ſuccedere D. Nicolao ultimo loco mortuo excluſis dictis filiabus ſuis, & illa tacita conditio verificetur tantū in maſculis, maxime ſtantibus ſtatutis excluſiuís fęminarū, cuius copia tranſmittetur.

Secundo quæritur, dato quod dicta bona ſint ſubiecta fideicommiſſo, cuius vigore Seraphinus ſuccedere debeat d. D. Nicolao. An D. Nicolaus non obſtante prohibitione alienationis tacita & expreſſa potuerit de ipſis teſtari, & relinquere filiabus ſuis ſibi ab inteſtato ſucceſſuris.

Tertio quæritur, præſuppoſito quod prædicta bona ſint ſubiecta fideicōmiſſo, & inalienabilia, an poſſint dari in dotem in totum, & an fuerit in facultate d. Do. Nicolai conſtituere dotes tam magnas, vt patrimonium abſorbeant, vel ſolū erat ei promiſſum congrue dotare ſecundum facultates, & condecentiam ipſius, & cui nupſit, & etiam conſuetudinem, & morem patriæ ſuæ.

Adſit Dominus.

IN caſu propoſito paucis agā, quia temporis anguſtia me longiorem eſſe non ſinit. Dico igitur breuiter, & concluſiue; quod cum D. Nicolaus filius Laurētij teſtatoris deceſſerit nullis relictis maſculis, ſed duntaxat filiabus fœmininis, locus ſit fideicommiſſo, & bona d. Laurentij teſtatoris ſpectare, & pertinere ad Seraphinū Iacobi maſculum, & neptem ſuperſtitem. Attenta fideicommiſſaria ſubſtitutione in perpetuum facta filiis d. teſtatoris. Conſiderante maxime prohibitione alienationis expreſſa, & inſtitutione de re certa facta D. Salomę filię dicti teſtatoris, quę adhuc in humanis adeſt, & ſtatutis ciuitatis
1 Cortonæ excluſiuis fœminarū.† Et moueor primo ad id dicendum: quia in teſtamentis voluntas teſtatoris attenditur. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demōſt. l. cum quæſtio in fi. C. de leg. Bald. in l. ſi pater filium, in q. 4. C. de inſti. & ſubſti. Andreas de Alpherijs atauus meus conſ. 24. nu. 12. & 65.
2 nu. 9.† & maxime in ſubſtitutione fideicommiſſaria ſeruanda ſpectādaq. eſt, vt dicitur in l. fideicommiſſa. §. item ſi quis, in fin. ff. de leg. 3. Coraſ. lib. 2. miſcel. cap. 19. nu. 7. (Adde Clarum in lib. 30. ſenten. §. teſtamentum, q. 76. vera idq. maxime.) Polic. verborum qualitas quæ teſtator protulit. l. pen. ff. de leg. 1. l. cum uirum. C. de fideicom. l. 3. §. conditio. ff. de adimen. leg. Bal. in l. quoniam indignū. C. de teſtam. Nic. Bel. cōſ. 21. nu. 6. Collegiū Patauij, conſ. 3. nu. 3. poſito. in 1. tom. conſ. ult. volūt
3 diuerſ. doct.† Et tacita voluntas quæ ex coniecturis colligitur, ſufficit. l. cum proponeretur in fin. ff. de leg. 2. l. qui in ſolidum. §. 1. eod. tit. l. licet Imperator, vbi Bar. ff. de leg. 1. Dec. cōſ.
4 637. nu. 4. Bello. conſ. 9. nu. 13.† Et ex dicta coniecturata mente teſtatoris, reciditur à ui & natura verbalis coniunctionis. Bal. in l. fin.
5 col. pen. C. de impub.† Et vbi manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris nūquam fieri debet talis interpretatio, vt melior ſenſus exiſtat. l. 3. C. de liber. pręter. Dida. Couar. incepit ſuper 4.
6 de conta. in c. Rainutius, nu. 2. ext. de teſtam.† Et licet appellatione filiorum veniant, & cōprehēdantur filiæ fęminę. l. ſi quis ita, in prin. ff. de teſtam. tut. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2. l. iuxta interpretatione. ff. de uerb. ſign. Deci.

conſ.

7 conſ.570. in princ.† Attamen id procedit ex
interpretatione, non ex propria ſignificatione, vt d.l. iuxta interpretatione. Candi. conſ. 135.col.1. Cuman.conſ.166.col. 2. Gozzad. conſ.20.col.2.Rolan.à Valle. conſ.93.nu.14.
8 lib. 2. † Et non habet locum d. interpretatio quando adeſt ſtatutũ excluſiuum fœminarũ. Alij, lib.1.de uer.ſig.col. 13. in notabiliq. cũ ĩ tali caſu de maſculis diſpoſitio teſtatoris intelligatur. Fel.in cõſ.ius generali, nu.9.1.diſt. Soc. iun.conſ.1.nume.113.lib. 1. & de communi. Alexand.conſ. 119. nume. 8. lib. 1. & conſilio 15. lib. 4. etiam ſi conſtaret de contraria voluntate teſtatoris, quod non uoluit appellatione filiorum comprehẽdi filias fœminas, ideo per eã non exiſtentiã non euaneſcit fideicõmiſſum, ſed maſculus ſuperſtes debet admitti ad bona d. D.Nicolai, vt ad bona d.Lautẽtij teſtatoris, & quod fuerit euidẽs mens apparet. Quia teſtator habebat filiam propriã & in ſubſtitutione eã non uocauit, ſed reliquit certã ſummã: & filios maſculos hæredes vniuerſales ĩſtituit, & ſubſtituit quẽlibet ipſorum adinuicẽ, & viciſſim vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum in perpetuũ cum prohibitione ẽt alienationis prout in teſtõ. Ergo & multo fortius neptes velut
9 minus dilectos cenſetur excluſiſſe. † Cum nõ prçſumatur plus dilexiſſe neptes ex filio, quã propriam filiã. l.ſi viua matre. C. de bonis mater. & l.publice.§.fi.ff.de condit. & demonſtr. Arius Pinel.in d.l.3.nu.24.C.de bonis mater. & bene facit quod notat. Bar.in l.fi.ff.ad Trebell.uerſ.quæro de quæſtione mihi occurrente, & in l. Gallus.§.fi.uerſ. quæro. iuxta prædi
10 cta.ff.de libe. & poſth. † Et dicit Oldr. conſil. 141.nu.2. in fin. quod conditio poſita in prima ſubſtitutione cẽſetur repetita in ſequẽti, ne plus iuris cenſeatur translatum in ſecundum ſubſtitutum, qui cenſetur minus dilectũ quam primum. l.liber.§. ab hæredibus. ff. de adim. & cibar. leg. & d.l.publius. §. fin. ff. de condit.& demonſt. Aret. conſ.163.Alex. cõ-
11 ſil.204.lib.2.& conſ.4.lib.4.Cuma. cõſ.71. † Et videmus idem eſſe in ſtatuto, quia ſi filiæ excludantur, à fortiori excluſæ videntur neptes. Bal.in l.uenia, circa fi. C.de in ius uocã. & in l.ſi uero, & de uiro.ff.ſol.matr.& in l.qđ
12 uero in prin. ff.de leg.1. † Ad fugiendum ne ſint melioris cõditionis neptes quàm filia, Paul. de Caſt.conſ.58.viſo d.teſtamento, lib. 1.in nouis impreſſ.& conſ.79.Caſus frequenter contigit.

Secundo moueor, quia teſtator tantum filios eius maſculos vniuerſales hæredes inſtituit, & viciſſim, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in perpetuũ ſubſtituit, & filiæ certum quid reliquit; ut ſupradictum eſt,
13 & in teſtõ apparet. † Et non uidetur teſtator ita filios maſculos inſtituẽdo, & ſubſtituẽdo alia ratione motus niſi fauore agnationis, cũ ſubiiciendo bona fideicõmiſſo in perpetuũ volunt conſeruari in familia, & nõ poſſe alienari peruulgatũ, & cõem reg.l. fi.§. ſed quia, & §.ſi non aũt in Auth. ibi poſita. C. cõia de leg.Reſel.conſ.47.nu.12 in 1.tom.conſiliorũ
14 vlti. volunt diuerſ. doct. † Quod comprobaui, & p̃ expreſſam prohibitionẽ alienationis, quæ cum fuerit facta immediate poſt ſubſtitutionem fideicommiſſariam præſumuntur facta reſpectu fideicommiſſariç ſubſtitutionis,
15 Dec.cõſ. 636. nu.7. † Et ſic voluit d.teſtator bona remanere in domo ipſius, & penes deſcendentes de familia ſua. l.codicillis. §.inſtituto.ff.de leg.2. Deci. conſ.23.nu.2. verſ.Tertio, & conſ.38.num.1.in fin.& de uno in aliũ deuenire dicta bona in perpetuum donec aliquis de familia Cattamicorũ reperiretẽ.Marc.
16 de Mant.cõſ.142.nu.1.lib.1. † Et licet iſta rõ non fuerit expreſſa glo.in l.quamuis.C.de fideicõ.ubi Bald.& Caſt.facit ẽt tex.in cap.ſuggeſtũ extra de appella vbi Franc. Mant.conſ. 176.nu.5.immo in l.fi.ff. de hæred. inſtit. Cuman.conſ.20.proponitur qđ Blanuſ. Roma. conſ.100.in præſentium, col. 1. & 402. nu.2. Alex.cõſ.48.col. 3.lib.1.& cõſ.20.lib.4.Abb. in l.fin.col.2.extra de reſcript.Dec.conſ.372.
17 nu.6. † Attenta ergo tali rõne, quæ mouit teſtatorẽ ad ſic diſponẽdũ debet regulari diſpoſitio ipſis teſtatoris. l.cũ pater.§.dulciſſimis.ff. de leg.2. l.nomen.§. fi.ff. de leg.3. Nic.Bello.
18 lib. 2. ſuper iure.cap.7.nu.2. † quæ attendi debet cum ſit anima ipſius. Tiraq.in trac. & ſi cũ timet. C. num.6. cum ſi diceremus quod neptes huius teſtoris filię D.Nicolai debẽt ſuccedere & excludere Seraphinum neptem d. teſtatoris, & filium Iacobi inſtituti & ſubſtituti, vt ſupra certe bona teſtatoris transferentur ad extraneos, & ſic non conſeruabũtur penes deſcendentes, qui ſunt de familia ipſius teſtatoris, quod eſt contra mentẽ, & uo
19 luntatẽ ipſius. † licet .n. hæ mulieres ſunt de familia teſtatoris, deſcendentes tamen ab ipſis non ſunt de familia. §.fin. inſte & patri.poteſt. & nubendo prout nupſerunt tranſeũt, & tranſitum fecerunt ad alienam familiam, & non ſunt amplius de familia patris nec de deſcendentibus. Bart. in l.quoties. C.de priuile.

uile. uol.lib.12. Mantua.conſ.117. num. 45. & conſ.166.nume.32.33. 34.lib.1. Anchar. conſ.152.plenos ſunt, colum. 1. Socci. Iun. conſ.168.num.59.lib.2.plures concordantes adducit deciſ. Senatus. Pedemont. deciſ.127. num.1. Et ſic ſunt cauſa, vt bona exeant de ſa milia, ideo in eis uidetur . . . mens teſtatoris quod ille ſuperſtes , debet excludi cũ ſit de familia & agnatione teſtatoris, quo admiſſo bona remanerent in familia, idcirco dicendum eſt fœminas ad ſucceſſionem non eſſe admittendas.

20 Tertio adducit, notata per Bar. in conſ.54. & in l. ff. ad Trebellia. vbi habetur quod per iſta verba: ſi quis filiorum meorum deceſſerit ſine filijs ſubſtituo ſuperuiuentes, non includitur filia fœmina inſtituta in re certa, quia non fuit ſic dilecta à teſtatore prout maſculi, quos vniuerſales hęredes inſtituit. In propoſito ergo illa verba, ſi ſine filiis verificabuntur in filiis maſculis non autem in filiabus fœminis ex pręſumpta voluntate, quæ cõſtat ex quãtitate inſtitutionis per eum factæ, plus

21 dilexiſſe maſculos quàm fœminas. Et † voluntati teſtatoris inhærendum eſt, & relicta verborum proprietate d.l. hæredes meis.§.cũ ita.ff. ad Trebell.l. ſi is qui ducenta. §. item ſi pater ff.de ll.docto, & vbique Bar. & quam ſu

22 pra dixi † cum uerba deſeruire debeant intẽtioni, non intentio verbis. C. huma.acceſ.22. q.5.C.ſedulo 38.diſt. Abb.conſ.1.& 75.lib.1.

23 Quarto comprobatur iſta concluſio ex diſpoſitione ſtatuti diſponẽtis quod extãtibus maſculis fœminæ non ſuccedant, id quod teſtator videtur reſpectum habuiſſe, & uelle id quod vult lex patrię ſuæ. Bar. & ibi late Alex. in d.l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.ar. 1. vt iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de leg.liber. Anchar.in l.tres fratres.ff.de pact.& cõſ.433. Afflit.deciſ.226.nu.4.Fely.in d. C.ius generale nu.9. diſtin.1. Alex.conſ.14.lib.4.Deci. conſil.514.num.3.& 515.nu.4.Ioan.Bapt.de Santo Seuerino, in l.generaliter.§.cum autẽ. C. de inſti. & ſubſti.& dicam infra in uerſ. non obſtat etiam ſi diceretur. (Adde clarum lib.3. ſepa. §. teſtamentum, vere ſcias tamẽ. q.76. intellige, vt pro commune, conſ.202.locum 1.lib.3. Rolan. de Cur. lib.1.conſ.ulti. uolu. diuer.conſ. 123.& 33.& in lib.per Alex.conſil.133.nu.10. Rimi d.24.lib.conſ.177.nu.7.) Ergo præſumitur voluiſſe quod maſculus, & ſic nepos excluderent neptes, & per inſtantationem ſeu in propriis terminis decidit Paul. de Caſt.conſ.79. caſus frequenter contingit,

24 & in conſ.58.lib.1.† Et ſi de tali dubio interrogatus fuiſſet teſtator veriſimiliter uoluiſſet neptes ſicut propriam filiam per maſculũ excludi, ideo talis interpretatio fieri debet iuxta gloſ. in l. tale pactum.§.fin. ff.de pact. Deci. conſ.15.nu.5.in princ. Mantua. conſ.177.

25 num.9. lib.1.† Et inconueniens eſſet uidere hodie neptes ſuccedere, & filiam adhuc viuentem excluſam.

Quinto, & vltimo, licet hæc cõcluſio per ſupradicta appareat clariſſima, tamẽ comprobatur, & auctoritatibus conſulentium Paul. de Caſt.d.conſ.58.viſo d.teſtamento,& conſ. 79. caſus frequenter contingit, lib. 1. Fro. lib.1.C.de cond.inſer.& conſ.78.Barbat. inter conſ.Alex. conſ.52.lib.4. Cuma.cõſ.117. Alciat.l.herennius. ff.de uerb.ſign. Abb.conſil.36.colum. fin.lib.1. Guid.Pap.deciſ.184. & 485.Socci.in l.cum acius, col.32. verſ.quãtus caſus eſt.ff.de condit.& demonſtr. & Socci. inter cõſilia Fran. Cant.conſ.40.& Curt. conſ.51.verſ.uerificatur præmiſſa.Deci.conſ. 15. nu.2.vſque ad fin.& cõſ.1.per totũ quæ contulit Decij. Grati. & Crote omnino ſunt videnda, & Alba.conſ.18.

26 Non obſtat modo ſi diceretur quod nepos ex filia pręmortua facit deficere cõditionem fidei commiſſi, & ſic nepos ex filia ueniat appellatione liberorum per l. 1. C.de condi.in-

27 ſer. † Quia reſpondetur quod appellatione filiorum ſiue liberorum ibi comprehenditur filia fœmina, & nepos ex filio præmortuo quando non repugnat volũtati teſtatoris, & non colligitur ex eius mente quod ſolum intellexit de maſculis; ſed in caſu iſto voluntas teſtatoris ſuadet contrarium, quod fœminæ non ueniant appellatione filiorũ per ea quæ ſupra adducta ſunt, & per ea, quę ſcribit Dec. d.conſ.15. & 220. Crot.d.conſ.1.igitur illic inhęrendum eſt. l. liberorum . §. quod tamen Caſſius.ff.de leg.3.& l. 3.C.de lib.pręteri.

28 Non obſtat etiam quod teſtatoris volũtas talis eſſe præſumatur qualis eſſe debet l.quãquam.ff.de ritu nupt.& conformaſſe cum iuris communi diſpoſitione. glo.in l. ſi duo. ff.

29 de acquir.hæred. Nic.Bello.d.conſ.9.nu.12.† Et de iure non ſit differentia inter mares & fœminas.l maximum vitium.C. de liber. pater.ergo videtur voluiſſe ſuccedere fœminas

30 ſicut maſculos. † Quia reſpondetur attento ſtatuto excluſiuo fœminarum, quod teſtator pręſumatur voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris Municipalis ſuę ciuitatis. Barto.& Alex.in d.l.hæredes mei.§. cum ita.ff.ad

Trebell.

31 Trebell. † Cum voluntas teſtatoris regule-
tur ſecundum ſtatuta. Iaſ. in l. omnes populi,
nu.28.ff. de iuſti.& iure.Mantua.conſil.7.nu.
26.lib.1.Corn.conſ.41.nu.7.deciſ.Pedemõ.
127 . nu. 2. & quę adduximus ſupra in primo
& quarto fundamento concluſionis noſtræ.
Poteſt etiam reſponderi, quod quando con-
ſtat teſtatorem voluiſſe cõtrarium pro ut hic
32 dicendum . † Cum vna præſumptio magis
potens alteri minus potẽti deroget. l. diuus.
ff. de integ. reſtit. c. afferte extra de præſcrip.
Crot.conſ.1.nu.49.

33 Ad doctrinam etiam Bal. in l. cum acutiſſi-
mi,colũ. 1. C. de fideicom.in qua diſponitur
quod ſi teſtator habens duos filios, illos hæ-
redes inſtituit, & vnũ alteri ſubſtituit,ad hoc
diſpoſitio.l. cum acutiſſime,habebit locũ.Co
34 uar.lib.1.practi.99.c.38. nume.2. † Quia quã
charitatem habuit ad filiam,eandem conti-
nuatam habuit ad neptem ex eo deſcenden-
tem, & etiam ad neptem : reſpondetur illam
deciſionem nõ procedere in caſu noſtro per
ſupra adducta. Et pro hoc facit quod voluit
Caſtren.d. conſ.58.& 79.& alij ſupra in quar
to fundamento relat. Ioan. Petrus in d.l.cum
35 acutiſſimi. & Crot.d.conſ.1.nu.50.† Et ſi etiã
diceretur quod d. fideicommiſſum non trãſ-
mitteretur virtute d. conditionis ſubintelle-
ctæ, reſponderi poterit prout late reſpondet
Rubr.in conſ.8. per totum,maxime nume. 8.
& ſtantibus indiciis teſtatorem ita voluiſſe,
prout ſuperius oſtenſum fuit.Deci. cõſ.465.
num.6.

36 Si opponendo etiam diceretur quòd id,qđ
non eſt expreſſum in diſpoſitione,non indu
cit priuationem. Bal. in l. ſuper Chirograſa-
riis.C. ſi cer. pet. & aut. ex teſta. C.de ſecund.
nup. Cum ergo teſtator nõ excluſerit neptes
37 ab ipſis bonis fideicommiſſo ſubiectis † nec
nos dicere debemus,& eas excludere.l.ſi ſer-
uum. §. cum dixit prætor. ff.de acquir. hæred.
Alexã.conſ.53.lib.3.Mant. conſ.47.nume.7.
38 & 10. & conſ.92. nu.11.& 326.nu.4.lib.1. †
Poterit reſponderi quod in materia priuati-
ua,aut excluſiua fit extenſio ad alium caſum
ex ſimilitudine vel maioritate rationis. l. his
ſolis in uerſ.tacite,& l.fin.in gloſ.C.de reuo-
can. donat. quæ extendit illam legem pœna-
lem ad caſum ſimilem, etiam taxatiue loquẽ
tem .c. 1.§. porrò,quæ fuit prima cauſa bene-
fi.amitt.in caſibus fęudorum faciunt etiã no-
tata per Cuma.& Alex.in aut.non licet.C.de
39 lib. præteri. † Vbi concluditur filium poſſe
exhęredare ex cauſa ſimili vel maiori cauſis
expreſſis in iure,de quibus in §. cauſas .i. auth.
vt cum,de appella. cog. ſed in caſu iſto dicit
Crot. d.conſ.1. nu. 529. eſt maior ratio quod
iſtę mulieres non excludant iſtum Seraphi-
num deſcendentem, quàm filiam teſtatoris,
quæ eſt in gradu proximiori,ſicut ergo filia te
ſtatoris quę uiuit non admitteretur ad iſta bo-
na,multo minus admitti debent præfatæ mu-
lieres exiſtentes in gradu remotiori.

Et ſi diceretur quod in dicta diſpoſitione
non fuit facta mentio niſi de filiis tantum,&
cum ſimus in Nepotibus talis diſpoſitio locũ
40 habere non debet. † Reſpondebit quod cum
talis ſubſtitutio, & diſpoſitio non fuerit veri-
ficata in perſonam filij, nepotes in tali diſpo
ſitione ex filio pręmortuo ueniant. Rui. con
ſil.73.col.3.& nu. 3.idem probat lib.1. & cõ-
ſil.63.col.2.in fin. lib.3.

Firmata igitur dicta cõcluſio,vt ſupra, & c.
q; bona prędicta non poſſint alienari tam vir
tute fidei commiſſi, quàm etiam uirtute ex-
preſſæ prohibitionis alienationis , vt ſupra
41 adducta,& etiam iuribus vulgaribus. † Dicen
dum eſt etiam dictam hæreditatem, & bona
relinqui non poſſe in vltima voluntate. (Cõ
tra per Catelli. Cott. in memo. in uer. Alie-
natione. Tiraq. in prima par. tract. de utroq;
contract.§.gloſ.9.nu.166. & ſeq.& §.26.gloſ.
1.nu.4.& ſeq.) l.peto.§.frater.ff.de leg. 2. vbi
Bart.text.in l.fin.C.de rebus alien.non alien.
Deci.conſ.584.nu.11.& conſ.637.nume.11.
Senatus Pedemonta. deciſ. 85. nume. 3. Iaſ.
in l.filiusfamilias. §.diui.in 2.lect.col.22.uerſ.
ſecundo,principaliter. ff.de leg. Ideo non po
tuit D. Nicolaus in eius teſtamento de rebus
prohibitis alienari, & fideicõmiſſo ſubiectis
diſponere , Bald. conſ.57.num.4.lib.2. Deci.
conſ.23.num.1. Quia ſi aliter diceremus, &
quod potuiſſet relinquere filiabus ſuis bona
prędicta exirent de familia, & non conſerua-
42 buntur in eo,vt ſupradictum eſt . † Niſi dice-
remus quod reſtauit de legitima & Trebellia
nica, cum de ipſis teſtari potuit dato quod ei
de iure ueniant, cap.Raynaldus.§.dilectus,de
teſt . Alex.conſ.43.lib.1.deciſ.conſ.236. col.
3. & conſ.617.col.fin.Bello. conſ.19.nu.14.
& conſ.65.num.1.Alſerius,conſ.27.nu.9.

43 Et quatenus per partem aduerſam oppo-
neret dicẽdo,quod licet dicta bona ſint ſubie-
cta reſtitutioni fideicommiſſi , & prohibita
alienari tam ex cauſa fideicõmiſſi,quàm pro-
pter expreſſam prohibitionẽ. Nihilominus
in dotem dari poterunt aut res, quæ. C. com-
munia de leg. Alſer. quæſt. 1. nu.52. Boer.de-
ciſ.129.

ciſ.129.nu.4.& 130.num.11. Andr. Tiraq. in
tract. primog. quæſt.61. nume.4. Rube.conſ.
78.num.1.
44 Reſpondetur diſpoſitionē d.Auth. non ha
bere locum quando in teſtamento expreſſa
prohibitio non alienandi ſit appoſita.Bal. in
c.1.§.dona.Qualiter feudū olim poteſt alien.
in caſibus feud.Cur. ſeni. conſ.66.colum.19.
(Conra.& communiter, ut per Rolan.a Val-
le.d.conſ.85.nu.6.& 7. lib.1.)
45 Reſpondetur etiam magis ad propoſitum,
quod quādo filia habet unde ſe dotet d. auth.
non habet locum text. in auth. de reſtit.& ea
quæ par. inxi. . . . §. ſi uero ibi non
habens ſubſtantiam.Paris.conſ.63.colū.pen.
46 lib. 2. circa fin. † Sed dictæ filiæ D.Nicolai
debent habere in bonis ſuam legitimā quæ
eſt teſtis, ſi ſunt citra quatuor, vt in auth. de
trien. & ſemis. Gloſs. in uer. licet ipſas: &
Raynal. extra de teſta. Deci. conſ.19.col.fin.
47 & 89. col. fi. † Et etiam Trebellianicam, quæ
ſimul iunctæ faciunt dimidiam totius hęredi-
tatis d. D. Nicolai ſecundum opinionem cō-
munem in cap. Raynaldus, & cap. Raynutius
extra de teſtam. Bello.d.conſ.58.nu.5. Afflic.
deciſ.76.ī prin. Catelli.Cot.in memo.in uer.
filius qui natus. Roland. a Valle, conſ.85.nu-
me.12. lib. 1. ideo ſequitur quod cum poſſint
congruam dotem habere pro ipſis dotandis
neceſſarium non eſt deuenire ad alienationē
48 bonorum. Nec incongrue dotatas dicētur. †
Cum dos congrua dicitur quando aſcendit
vſque ad legitimā. l. ſi quis teſtamento, lib.1.
C. de inoffi. teſta. Nicol. Boer.deciſ.3.nu.12.
Deci.conſ.26.nu.4.& 81.nume.5.& 180.nu.
2.& 379.nume.14.& conſ.611.nu.7.Catelli.
Cot.ut in memoral. in uer.dos conſtituta, &
cum iſta portio legitimam excedat. Igitur di.
49 cendum diſpoſitionem d.Auth.nō obſtare. †
Nec fuit in facultate d. Dom. Nicolai conſti-
tuere filiabus ſuis dotes exceſſiuas, & ſubuer
tere fideicommiſſum, prout fecit ſecundum
50 Paris. conſ.63.col.pen.in fin.lib. 2. † Sed de-
bebat donare ſecundum morem & conſuetu
dinem ſuę patrię, qui mos & conſuetudo at-
tendit Cora. conſil.fin.lib.3.Paris. conſil.62.
col.fin.in prin.lib.2.Deci.conſ.26. colum.3.
(Vide Aſini.in lib.14.ff.hæc actio.nume.9.&
10.ff.de leg.& ſump. fu) & nō conſtituere,
& aſſignare tot tātasq; dotes pro ut fecit, quæ
etiam apud primarios tanta dari non ſolent,
51 vt certum eſt. † Et ſi conſiderabuntur dotes,
& facultates patris, & ſuæ parentelę, & mos
Ciuitatis dicitur dictas dotes exceſſiuas eſſe.
(Anchar.conſ.21. nu. 10.) Pro ut omnia ſu-
praſcripta conſiderari debēt ſecundū Corn.
conſ.40.& 290.lib. 3. Roland.à Valle d.conſ.
52 num.17.& Paris.d.conſ.63.colum.fi.† Cum
ergo d. dotes ſint vltra patrimonium, ultra ui
res patrimonij, vltra ſupraque qualitatem ui-
ri & vxoris exceſſiuę dici debent. Cagno.in l.
2.nume. 64. C.de reſcin.uendit.& reduci de-
bent ad ſummam congruam. Et ſi aliter dice-
53 remus. † Voluntas teſtatoris inanis eſſet, qđ
dicendum non eſt. Bald. in l. contra volunta-
54 tem. C. de teſtamen. manu. † Cum intentio
& voluntas ipſius in primis attendi debent &
obſeruati. d.l. in cōditionibus primum. ff. de
condit.& demonſtrat. Deci.conſ.186.nu.3.
425.nume.9.426. nu.1.427.num.11.412. nu-
55 me.4 418.nu.7.635. nu.9. † Et illęſa conſer-
uari. Marc.de Mantua.conſ.140. nu.8.& 142.
nu.3.194. num.2.lib.1. etiam ſi diſpoſitio red
deretur eluſoria. Mant.d.conſ.191.num.9.&
311.nume.2. lib.1.l. ſi quis à filio, in princ.ff.
de leg.1.

Et hęc pauca ſecundum temporis anguſtiā
allegando cumulare potui ad fauorem Sera-
phini affinis mei ego Ludouicus Alferius.
V.I.D. Cortonæ.

Supraſcriptum conſilium ſubſcripſerunt
M. Mantua, M. Antonius Eugenius, & Me-
nochius quod eſt in primo tom. ſuorū con-
ſiliorum, conſ.95.

CONSILIVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Filia vnius ex fratribus ſtantibus in communione dotari debet de parte patris, & quando veniunt ad diuiſionem eſt imputanda talis dos in partē patris. Quod amplius etiam ſi ſint ſocij omnium bonorum.*

2 *Onus dotandi coercet perſonam patris, & eum afficit.*

3 *Onus liberorum ſequitur patrem.*

4 *Ea quę cohærent perſonæ ad alium non tranſeunt, nume.6.*

5 *Onus dotandi eſt perſonale & patri incumbit.*

7 *Onus dotandi neptem ad patruum non pertinet.*

8 *Frater dotans neptem pręſumitur dotare contemplatione fratris, & non neptis, & ad exonerationem dicti fratris. Et licet non appareat præſumitur ratione proximioris, nu.10.*

11 *Auus dotans neptem pręſumitur dotare contemplatione filij.*

12 *Nepti in legitima imputatur dos data ab auo.*

13 *Frater dotans neptem præſumitur dotare animo rehabendi, maxime gerendo negócia ex qua negociatione tollitur*

tollitur prẹſumptio, quod de ſuo dotauerit.

14 *Gloſ.l.fin.C.de dotis promiſ.loquitur in extremo.*

15 *Donatio non prẹſumitur quando aliter non apparet, maxime quando alia fieri non poteſt interpretatio.*

16 *Donatio inter fratres non præſumitur, & nulla minus inter patruum & neptem.*

17 *Dos data ab extraneo cui onus dotãdi non pertinebat, illa dos ſiue quantitas dotis debet imputari in partẽ patris filiæ dotatæ, ita quod totum illud, quod frater ſiue extraneus dotans ſoluit de parte extranei & patris filię deducatur. Et in portionem dotalem imputetur.*

18 *Mandare videtur ille ad quem negocium pertinet per alium expedire patiatur, & tamquam principalis habetur, & ratum habuiſſe id quod actum eſt 19.*

19 *Patienter ſine contradictione habere pro conſenſu expreſſo.*

DVBIVM.

REVERENDVS Dominus Bartholomęus de Alferijs Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Cortonenſis, qui unà cum Baſilio, & Nicolao fratribus poſt mortẽ Chriſtophori patris ſtetit in communione & negocia domus geſsit, hic Dominam Galitiam Neptem, filiam dicti Baſilij viuẽtis, de proprijs pecunijs dotauit. An prẹſumatur dotaſſe animo donandi dotem, vel rehabendi à Baſilio, & tempore diuiſionis de portione tangente dicto Baſilio, vel ſuis hæredibus dicta dos ſit detrahenda, & D.Bartholomæo reſtituenda. Præſuppoſito quod inter dictos fratres nõ erat ſocietas omnium bonorum.

Adſit Dominus.

PRo reſolutione ſupraſcripti dubij præmittendũ eſt concluſiue pro-
1 cedendo, † filiam vnius ex fratribus ſtãtibus in communione dotari debere de parte patris dictę filię, & quando veniunt ad diuiſionem fratres, talis dos eſt imputanda in partem patris niſi aliter ſit conuentum.l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio.Bald. in tract. de duobus fratribus, num.13. Etiam
ſi ſint ſocij omnium bonorum.Pet.de Peruſ. in tract.ſocie.in 6.par.colum.9. ver.9.quęro. Rub.conſ. 82.quicquid dicat Deci. in conſ. 66.num.4. & 68. nu.2.& Roland.à Valle, cõſil.91.nu.24.lib.1.Quia magis communis eſt contra ipſos teſte Iaſ.in auth.quod locum, nume.6. C. de collat. Catelli. col. in memo. in ver. expenſa facta. Aut Gabr. lib.3. concluſ. tit.de iure dot.concluſ.2. nu.4. Socci. conſil. 213.colum.fin.in fin. lib.2. (Contra per Menochi.de arbitrio Iud. lib.2. contra.2.caſ.127. num. 3.) A qua in iudicando non eſſe recedẽ
2 dum dicit in conſ.291. colũ.3. in fin. † Cum onus dotandi cohæreat perſonam patris, & eum afficiat.l. fin. C.de dot.promiſ.l.obligamur.§.lege.ff.de acti. & oblig. Rui.in l.1.nu. 12.55. & ſeq.& l.2.col.9.ff.ſol.matri.Doct.in tract. ſucceſs. ab inteſtato, in 1.par.in 9.act.2.
3 q.nu.50.† Quia onus liberorum ſequitur pa
4 trem.l.ſi maritus.ff.ferri.excif. † Et quę cohærent perſonæ ad alium non tranſeunt. c. fi.de
5 offi.deleg. & c. is cui eod.tit.in 6.† Cum enim onus dotandi ſit perſonale & patri incumbat
6 vt ſupra nu.2.& l.qui liberos.ff.de ritu nup. † Et ad alios non tranſeat l.1.§.ne autem.C. de cadu.tollen. ſic dicendum eſt de ueniendo ad
7 caſum. † Onus dotandi neptem non pertinere ad Dominum Bartholomæum Patruum
8 Aug. & Imol. in d.l.1.num.20. ff.ſolu.nupt. † Et licet dotauerit eſſe cenſendum egiſſe contemplatione fratris & non neptis uti proxi-
9 mioris. Cephal.conſ.105.nu.14.& 35.lib.1.† Etſie ad commodum ipſius fratris argu. not. per Bar.in l.dedit dotem.ff.de collat.Augu.in
10 l in quartam, in fin.ff.ad leg. filij.† Et quãuis hoc non appareat nihilominus ratione proximitatis, & proximioris id actum eſſe præſumitur. Paul.de Caſtro, conſ.97.ſi dicta Cor-
11 nelia.† Sicut in ſeruili dicitur de Auo dotante Neptem, quod præſumitur dotem dediſſe contemplatione filij.d.l.dedit dotem, & Bar. & Aug.in d.l.in quartam. Alciat.in tract.præ-
12 ſumpt. reg.1.præſumpt.17.† Et Nepti in legitimam imputanda, etiam dicit Alciat.in præſumpt. curſ.ſed dubia, & uerſ.quid tenẽdum. Vnde cum non pertineat ad d. Dom.Bartholomęum dotare neptem, cenſendum eſt dotaſſe mandante, conſentiente, & ratum habẽ-
13 te Baſilio fratre † & animo rehabendi, & repetendi, per Gloſ.in l. ſi paterno, & l.ſi negocium.C.de neg.geſt.Deci.conſ.628.nume.7.
14 & 8.† Maxime gerẽdo negocia dotãs, ex qua negociatione tollitur præſumptio quod de ſuo dotauerit per gloſ. in l.fin.circa princ. C.

de dotis

de dotis promiſſ. quærere loquitur in extra-
neo, vt dicit a ddi. ad Bar. in l. Neſennius, nu-
15 me.5. uer. ſentit, gloſ. ff. de neg. geſtis, † vel
donauerit quia cum alit er non appareat do-
natio non eſt præſumenda, Deci. in l. cuius
per errorem, num.2. ff. de reg. iur. Afflit. deciſ.
44. num.24. maxime ſi alia interpretatio fieri
poteſt vt hic. Grauet. conſ.20. num.14. & 142.
nu.16. Andreas de Alfer. at auus meus conſ.
14. num.18. Couar. lib.1. reſolut. cap.7. nu.4.
16 uerſ. quid eſt. † Etiã ſi ſint fratres, vt hic Paul.
de Caſt. in d. l. ſi negocium in prin. C. de neg.
geſt. Si ergo inter fratres donatio non præſu
mitur, multo minus inter patruum & neptẽ
eſt præſumenda. Cum igitur, vel tandem con
cludamus, ad d. D. Bartholomæum non ſpe-
ctare onus dotandi Neptem, & dotãdo præ-
ſumatur dotare contemplatione fratris, &
animo rehabendi & repetendi ut ex ſupradi-
ctis apparet, & ex infra dicendis clarius appa
17 rebit. † Cum d. Andreas de Alferiis dicat in
conſ.69. in primo dubio, quod ſi perſona ex-
tranea dotat, cui onus dotandi non pertine-
bat, illa dos ſiue quantitas dotis debet imputa
ri in partem patris filiæ dotatæ, ita quod totũ
illud quod extraneus ſiue frater dotãs ſoluit
de parte patris dotatæ, deducatur, & extraneo
dotanti relinquatur, & ſic neptę in portionẽ
imputentur. Alex. conſ.179. colũ.2. lib.1. Et
ita etiam in propriis terminis dubij propoſi-
ti decidit ad fauorem D. Bartholomæi. Petr.
de Peruſ. in d. tract. recit. in 6. par. col.10. uer.
14. & Fontanus in ſuo reperto. in uer. fratris
18 ſocij, uerſ. frater dotans. † Attendo quod ne-
gocium fratris, cuius onus erat dotare filiam
vtiliter geſſit ſciẽte, & patiẽte d. Baſilio fratre
& quando ille, ad quem negocium pertinet
patiatur mandare videtur l. qui patit. ff. man-
19 dati. † Et pro re utiliter geſta ratum habuiſſe
quod actum eſt, vt per Bar. in l. quo enim. ff. rẽ
rat. hab. Fely. in c. nonne. nume. 19. extra de
20 præſcrip. † Et tamquam principalis habetur
21 l. uir vxori. §. fin. ff. ad Vellei. † Cum patien-
tia ſine contradictione habeatur pro conſen
ſu expreſſo. argumento. l. quidã. ff. de erectio-
ri. Tiraq. lib.1. de retract. par.1. glo.9. nu.115.
verſ. Patientes. Et ex omnibus ſupradictis ap
paret reſolutum dubium ad fauorem D. Bar-
tholomæi, & quod dos data D. Galitiæ Nepte
viuente, ſciente, & patiente Baſilio patre,
præſumatur data cõtemplatione fratris pro-
ximioris, quàm neptes animo tamen repre-
hendi & rehabendi, cum ad ipſum dotare nõ
ſpectabat, & ſic cum ad præſens repetat dictã
dotem, & ſimus in diuiſione fienda inter di-
ctos D. Bartholomæum, Nicolaum, & hære-
des Baſilij de parte tangente d. Baſilio, & hæ-
redibus ſuis detrahendam eſſe tamquam æs
alienum dictam dotem ſolutam, & dicto Do.
Bartholomæo reſtituendam fore, & eſſe. . .
. . Et ita pro iuſtitia pronunciandum eſ-
ſe cenſeo.

Ego Ludouicus Alferius V.I.D. licet mini
mus, ſaluo ſemper iudicio rectioris ſententiæ.
Cortonæ.

CONSILIVM XII.

SVMMARIVM.

1. *Prior in gradu potior in ſucceſſione eſſe debet eum ſequen.*
2. *Filij de iure ciuili ſunt in ſecundo gradu, neptes in tertio.*
3. *Intentio fundata habet ad ſuccedendum, qui eſt in gradu potior.*
4. *Teſtator plus præſumitur diligere filios, quàm nepotes, nu.6. & 13.*
5. *Affectio maior habetur erga natos, quàm naſcituros.*
6. *Incogniti dicuntur non nati, & qui non ſunt in rerum natura.*
7. *Non nati non ſunt, nec agnati, nec cognati.*
8. *In fideicommiſſo non nati non habentur in conſideratione:*
9. *Fideicommiſſum conditionale pendente conditione nõ tranſmittitur.*
10. *Subſtitutus moriens antequam ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes ſubſtitutionis expirat nec ad hæredes tranſmittitur.*
11. *Filius quando ſubintret in locum patris.*
12. *Teſtatori ſucceditur in fideicommiſſis non vltimo morienti.*
13. *Teſtator præſumitur habere maiorem affectionem ad proximiores in nu. 4.*
14. *Appellatione filiorũ in fideicommiſſis nõ veniunt nepotes.*
15. *Neptes non natæ non veniunt appellatione filiorum.*
16. *Dictiones taxatiuas excludunt omnes alios caſus.*
17. *Teſtator quas in inſtitutione dilexit præſumitur dilexiſſe in ceteris maxime in fideicommiſſo.*
18. *Teſtamenti pars declaratur per alteram partem.*
19. *Contrarietas in teſtamentis euitanda eſt.*
20. *Teſtatoris mens ſequi debet, licet diſpoſitio redderetur eluſoria, etiam relicta verborum proprietate uſque in fin. in materia.*
21. *Verba deſeruire debent intentioni, non intentio uerbis.*
22. *Verba ſunt ſigna earum rerum, quę in animo ſunt.*
23. *Voluntas teſtatoris inanis eſſe non debet, immo attendi, & obſeruari debet, & illæſa.*

Facti

FACTI SPECIES.

DOM. Bernardinus Ruffus de S.Geminiano condidit teſtamentum, in quo reliquit iure inſtitutionis D. Bartholomęæ, Catherinæ, Clementiæ, & Lauræ dotes ſuas. Eodemque iure reliquit Dom. Flaminio, & Syluio aliis eius filiis legitimam tantùm, & ſi contingat ꝙ deceſſerint, vel aliquis eorum deceſſerit, relictis filiis inſtituit eorum filios in legitimam tantum & duntaxat.

In omnibus autẽ aliis ſuis bonis inſtituit hæredem vniuerſalem. D.N. uxorem ſuam, & ipſam grauauit iure fideicommiſſi, vt poſt mortem ſuã reſtituat hæreditatem Domino Flaminio, & Syluio filiis legitimis, & naturalibus, & cuilibet ipſorum pro rata, & in virili portione, & hoc ſi non moleſtauerint D.N. vxorẽ, in caſu verò moleſtiæ noluit eſſe locum d. reſtitutioni fideicommiſſi: ſed quòd bona omnia ſint libera d. uxoris, grauãdo ipſam de reſtituẽdo dictis ſuis filiabus fęminis ſupranominatis pro virilibus portionibus, & ipſis vel aliqua ipſarum mortuis earum filiis in ſtirpes & non in capita.

Voluit etiã quòd ſi d. D. Flaminius, & Syluius deceſſerint ſine filiis, &c. tunc & eo caſu poſt mortem eorũdem bona ſua deuenire in dictis D. Bartholomęã, Catherinam, Clementiam, & Lauram pro virilibus portionibus, vel in eorum, & cuiuslibet eorum filios maſculos & fœminas in ſtirpes, & non in capita ipſis filiabus mortuis, vel aliqua ipſarum.

Prohibuitq; etiam ꝙ d. Dom. Flaminius, & Syluius bona eis obuenta, & dicta inſtitutione fideicommiſſi non poſſint quoquo modo alienare, vel aliquẽ contractum facere, per quod dominium directum vel vtile trãsferatur, & ſi ſecus fecerint, voluit bona deuenire in dictas filias fœminas dicti teſtatoris ſorores d. D. Flaminij, & Syluij, ſiue eorum filios in ſtirpes, & non in capita.

Mortuo teſtatore deceſsit Domina N. vxor relictis Domino Flaminio, & Syluio filiis, & aliis filiabus fœminis. Deceſſitque etiam Dominus Syluius relictis filiis Domino Flaminio fratre, ac Dom. Bartholomęa cum aliis filiis fœminis, & vltimo diem ſuum clauſit extremum Dominus Flaminius nullis relictis filiis, ſed tantum nepotibus filiis d. Dom. Syluij, & Domina Bartholomęa, Catherina, Clementia & Laura ſororibus, & filiabus dicti teſtatoris reſpectiue.

Nunc dubitatur an ad ſucceſſionem d. Domini Flaminij ſint admittendę ſorores ipſius, & filiæ Domini Bernardini teſtatoris, vel nepotes filij d. Syluij, & q̃ritur quid iuris.

Adſit Dominus.

IN præſenti difficultate procedam concluſiue omittẽdo rationes, quę hinc inde adducuntur per docto. Quoniam conſultus fui, vt in effectu dicam, quid iuris. Dicendum igitur eſt D. Bartholomęam, Catherinã, Clementiam, & Lauram in fideicommiſſo à patre ipſarum celebrato ſuccedi debere: & ſic ad portionem tangẽtem Dom. Flaminio fratre admittẽdas eſſe, excluſis nepotibus ex altero fratre genitis poſt mortem D. Bernardi-
1 ni teſtatoris earũ patris. † Quia cum ſint priores in gradu, potiores in ſucceſsione eſſe debent. §. ſi plures. §. proximus. inſtit. de legit. agnat. ſucceſ. §. fin. in Gloſ. inſtitut. de ſeruil. cog. l. 2. §. hæreditas, & §. ſeq. ff. de ſuis & legi. hæred. auth. ceſſante. C. eodem tit. Bald. conſ.
2 293. num. 2. lib. 2. & 292. nume. 2. lib. 5. † Sed iſtæ filię proximiores ſunt patri fideicommiſſum celebranti, quàm nepotes, quia illę ſunt in ſecundo gradu, & nepotes in tertio. b iu-

riſconſult.§. ſecundo, & tertio. ff.de gradi.§.2.
cũ ſeq. inſtit.eod.tit. Socci.iun.conſ.9. in prin.
lib.1.& 128. num. 109.eod.lib. Ideo cum ſint
proximiores, cum nemo eis antecedat. l. pro-
ximiores. ff. de uerb.ſignifi. igitur præferri de-
bẽt.l.liberto.præterito.§.ſi libertus. ff. de bon.
libert.Rom.conſ. 35. in princ.Bald.in l. cũ ita.
§. in fideicommiſſi. ff.de legat.2. Pariſ.conſ.65.
nu.42. lib.3. Socci.iun.conſ.6.in princ. lib. 1.
3 † vbi inquit habere intentionem fundatam ad
4 ſuccedendum, qui eſt in gradu potiori. † Et eo
magis cũ cura abhorreat nepotes, vel neptes
eſſe melioris conditionis, quàm filij vel filiæ,
vt credatur teſtatorem plus diligere filios vel
filiàs, quàm nepotes, & plus nepotes, quàm
pronepotes. Atque de ſingulis ratione maio-
ris proximitatis.l ſi uiua matre, C.de hon.mat.
5 † Et maior affectio habetur erga natos, quàm
naſcituros,& qui adhuc non ſunt in rerum na-
tura iux. l. qui filiabus. ff. de legat. 1. l. Titius, l.
idem prætor. ff.de ſuis & leg. Cum ergo in caſu
propoſito præſupponatur teſtatorem deceſſiſ-
ſe nullis relictis nepotibus, & ſic omnes fuiſſe
procreatos poſt eius mortem non potuit erga
illos affectionem habere, cum non erãt in re-
rũ natura& incogniti dicuntur. l. 1.§.quis pro-
6 ximior. ff.unde cog. † nec eius unquam fuerũt
agnati,uel cognati,d.l.Titius,& l.idem prætor.
Maxime cum ſimus in ſucceſsione fideicõmiſ
7 ſaria,† in qua nõ nati nec concepti non haben
tur in conſideratione,nec admittuntur ad ſuc-
ceſſionem.l.ſi cognatis. vbi Bart. & Docto. ff.
8 de reb.dub. Rui.conſ.2.col.fin.lib.1. † Ergo ex
ſupradictis apparet filias fœminas ad dictum fi-
deicommiſſum eſſe admittẽdas, & nepotes ge-
nitos poſt mortem teſtatoris excludẽdos. Rub.
9 conſ.82. in fin. † licet fideicommiſſum ſit con-
ditionale,quia pendente conditione non tráſ-
mittitur. Gloſ.communiter recepta in l.uni. C.
de is qui ant. apert. tab. l. uni. §.ſin autem ſub
conditione. C.de cadu. toll. Idem firmat Gloſ.
in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.& Do
cto. ibi plene attingunt,& tradit Bald.in l. ſi in
perſonam. C.de fideicom. & Iaſ.poſt Bart. in l.
filiusfam. in 5. not. ff.de leg. 1. Socci.ſen.conſ.
6.num.2.lib.3.Iaſ.conſ.134.lib.4.Brun.conſ.8.
col.1.num.1.Curt.iun.conſ.16.num.1.Gozad.
conſ.29.num.10.Socci.iun.conſ.117.nume.2.
lib.1. Ant.Gabr.lib.4. concluſ.tit.de hæred.in-
ſtit.cõcluſ.1.in princ. cæteros ex induſtria præ-
tereo: & licet Gloſ.in l.hæres.cdi.ff.de actio. &
oblig.uideatur ſentire contrarium,tamen com
muniter reprobatur,ut per Bart.in l.1.col.4.ff.
de leg.1. quem communiter ſequuntur ſcribẽ-
tes ibi, maxime Crot. qui reſpondit obiectio-
nibus & motiuis factis per Socci. in l. hæredes
mei.§. cum ita.ff.ad Trebell.idem voluit Paris.
conſ.21.nume.1.lib.3.& eſt opinio recepta,&
multa poſſent allegari. Cum ergo D. Syluius
deceſſerit uiuo D.Flaminio,& ſic antequã eue
nerit conditio in perſonam d.D.Flaminij dicẽ
dum eſt ꝙ ius fideicommiſsi per d. D. Syluium
non fuit tranſmiſſum ad filios dicti Syluij,&
nepotes dicti Flaminij ꝑ ſupra deducta,& pro-
pterea d. nepotes non poſſunt venire ad hære-
10 ditatẽ D. Flaminij. † Quia ſubſtitutus moriẽs
antequã ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes ſub-
ſtitutionis expirat, nec ad hæredes tranſmitti-
tur. Fulgo. in prima glo. conſ.ulti.uolu.diuerſ.
Doct.conſ.59. nu.7. Viuius in prima par. com.
11 opi.cap. 335.ſubſtitutus moriens. † Et ſi oppo-
neretur dicendo filium locum patris ſubintra-
re,ut per Gloſ.in d.l.cum ita.§.in fideicõmiſſo,
de leg.2. Curt.iun.conſ.57. in 2.dub.& Iaſ.cõſ.
169.lib.4.Deciſ.Peruſ.11.nu.1. Poterit reſpon
deri contrariũ eſſe verius ex d.§.ibi & poſt eos
omnes quod ex duobus nominatis & prædile-
ctis à teſtatore altero mortuo nõ obtinere eius
filium locum patris ad obtinendum fideicom-
miſſum. Paris.conſ.37.nu.42.lib.2. ſicut etiam
reſponderi poteſt, ꝙ ibi loquitur in diſpoſitio-
ne legis,& ꝙ communis opinio eſt, vt nepotes
in diſpoſitione hominis, & ſic in fideicõmiſſo
non ſubintrare locũ patris. Bald. in d.l.cũ ita.§.
in fideicõ.ff.de leg.2. & tanquam communio-
rem eam ſequutus eſt Deci.conſ.1.nu.7. & ita
in Rot.iudicatum fuit,dicit conſil.408.& 412.
idemq; uoluerunt Crot.Iaſ.& Rub. vt habetur
inter conſ.Rubei,conſ.36.cũ tribus ſeq.& ſecũ
dum iſtam concluſionem conſuluit Cur. iun.
conſ.57.nu.12.& conſ. ſeq.inducendo ad hoc
d.§.in fideicõmiſſo,quam ſequendam eſſe tan-
quã magis cõem dicit Nic.Bello.conſ.50.nu.4.
Paris.conſ.18.nu.8.lib.2.& cõſ.37.col.antepe.
eo.lib.& conſ.40.nu.27.& conſ.64.col.5.d.lib.
& conſ.21.col.3.lib.3.Gerard. conſ 29.nu.13.
Tiraq.in trac.le mort ſaiſit le vif, in 2.par.de-
clar.10.nu.6. Rui.conſ.25.col.9.lib.1.& conſ.
134.col.pen.lib.2.& 127.col.1.lib.1.Conr.lib.
pract.qq.q.38.nu.4.col.3.Rub.conſ.38.& 85.
nu.7.conſ.64.nu.5.& Mant.conſ.319.nu.3.&
320.nu.22.lib.2.prout etiam in ſimili dicit ide
Tiraq.in tract.primogen.q.40.nu.189. Et ex ꝓ-
miſſis patet nepotes ſupra noiatos nõ ſuccede
re in locũ patris, tũ quia fideicõmiſſum condi-
tionale non traſmittit,& ſumus in diſpõne ho
12 minis,tũ et quia ſunt in gradu remotiori † cum
tractetur de ſucceſſione teſtatoris,cui ſuccedit̃ ex
fidei-

fideicommiſſarii, iuxta l.cohæredi.§.cũ filię.ff.
de vulg.& pup.in libertus, colũm fin.de vulg.&
in l.ex facto,in pri.ff.ad Trebell.& proximio-
13 res ipſi teſt. non admittantur,† ad quos maio-
rem affectionem præſumitur habuiſſe.l.hære-
des mei.§.fi.ff.ad Trebell.cum ſupra adductis:
ideo ſorores tanquam proximiores teſtatoris
excludunt filios fratris, & ſic nepotes, tum et
quia nepotes qui ſuccedere volunt non erant
in rerum natura, vt ſupra dictum eſt tempore
mortis teſtatoris, & ſic habendi non ſunt in
conſideratione, quia teſtator præſumitur ha-
buiſſe maiorem affectionem ad proximiores,
& ſic ad filiam, vt pluries fuit dictum, quam ad
remotiores.i.nepotes quos nunquam uidit, &
ita diſtinguendo concludit rub.d. conſ.83. in
finalibus uerbis.

Confirmanturque etiam concluſiones ſu-
pra firmatę ex mente teſtatoris, quę colligitur
ex lectura ſui teſtamenti talem fuiſſe ordinan-
do ſpecialiter, vt bona ſua deueniant ad dictas
filias,vt in facto legit Dec. conſ.1.nu.3.& licet
14 facta ſit mentio de filiis, † cum ſimus in fidei
commiſſo, filiorum appellatione non veniũt
nepotes. Dec. conſi.95.Bello.d.conſ.50.nu.5.
15 & eo minus cum adhuc nati non erant.† Quo
in caſu nepotes non veniunt appellatione fi-
liorum. Ant.Gab.lib.6.concluſ.ut.de uerbor.
ſign.concluſ.1.nu.68. Apparet etiam ex alio,
quia teſtator inſtituit filios maſculos in legi-
tima tantum,etſi contigerit, q decceſſerint,vel
aliquis eorum deceſſerit relictis filiis inſtituit
eorum filios in legitimam tantum & dũtaxat,
ex quo conſtat teſtatorem voluiſſe nepotes
tantum, & duntaxat conſequi poſſe legitimã
ponderando dictas dictiones taxatiuas.tm &
16 duntaxat,† quæ ſunt excluſoria,& prohibitiua
omnium aliorum caſuum.Ancar. conſ.95.i nu.
2.ibi, ſed in Themate , & Dec.conſ.338.nu.5.
Clariusq. apparet dũ inſtitutione heredis uni-
uerſalis grauauit hæredem reſtituendi heredi-
tatẽ filiis legitimis, & naturalibus, & cuilibet
ipſorum pro rata & in uirili portione nõ facta
mentione de eorum filiis, ex qua cõmiſſione
demonſtratur mentem ſuam fuiſſe ad nepotes
ſua bona nolle puenire , quia expreſſiſſet pro
ut fecit in eadem inſtitutione, quãdo liberauit
hæredem à tali grauamine reſtitutionis in caſu
moleſtiæ, quo in caſu addidit aliud grauamen
reſtituendi dictis ſuis filiabus fœminis,& earũ
filiis, & ſic fecit mentionem de filiis earum,
quos voluit ſuccedere, & ita feciſſet, quando
appoſuit grauamen ad fauorem maſculorum,
17 ſi intẽtionis fuiſſet, vt filij eorũ ſuccederet &

cum in inſtitutione, & reſtitutione dilexit, cẽ-
ſendum eſt prędilexiſſe in cęteris, maximè in
fideicommiſſo.Bart.in l. fin.ad Trebell.Curt.
iun.conſ. 22.quod clariſſime etdemonſtrauit
in prohibitione, quam fecit ad fauorem dicta-
rum filiarum, & eorum, filiorũ in qua non fue
runt nominati nec poſiti in conſideratione fi-
lii filiorũ,& licet in alio uerſiculo voluit,&c.
dicat q ſi filij decederent ſine filiis, tunc poſt
mortem eorundem voluit bona ſua deuenire
in dictas filias. Reſpõdetur teſtatorem voluiſ-
ſe filios filiorũ ſuccedere in inſtitutione facta
de legitima ſuis filiis,& non in alio uigore di-
ctarum dictionum vt ſupra, quia ſi alterius in-
tentionis fuiſſet,expreſſiſſet,prout fecit,qñ lo
cutus eſt de filiis fœminis, & hæc interpretatio
colligitur ex illa particula teſtamenti,quando
filios,& filios filiorum inſtituit in legitima,&
18 hęc interpretatio fieri poteſt. † Cum una pars
teſtamenti per aliam declaretur. l.qui filiabus.
§.fin.ff.de leg.1.Nico.Bello.conſ.6.nu.8. Clar.
lib.3.ſenten.§.teſta.q.26.uerſic.3.reg.& ſi hęc
interpretatio nõ fieret,ſequeretur cõtrarietas.
19 † Quę in teſtamentis eſt euitanda Abb. conſ.
41.nu. 6.lib.2. Boer.deciſ.253.Dec conſ.653.
& in l.edita. nu.63. C.de eden.& cum iſta ap-
20 paret fuiſſe mentem teſtatoris,† eſt ſequẽda li-
cet diſpoſitio redderetur eluſoria. l.ſi quis à fi-
lio.in prin.ff.de leg.1.Mant.conſ.191.nu.9.&
311.num.2. lib.1.Ex quibus omnibus apparet
teſtatorem voluiſſe bona ſua deuenire ad filias
fœminas, & plus eas dilexiſſe , quàm nepotes
ex filiis , & voluntati teſtatoris inhęrẽdum eſt
et relicta verborũ proprietate.l. hęredes mei.
§.cum ita ad trebell.Mant.conſ.142.in fi.lib.1.
21 † Cum uerba debeãt deſeruire intentioni, nõ
intentio uerbis., c. humanę aures.22 q.5. c. ſe-
22 dulo.38.diſt.Abb.conſ 1.& 75.lib.1. † & ſi ſint
ſigna earum rerum quę in animo ſunt.l.labeo.
§. idem tubero.ff.ſupell. leg.Cũ ergo appareat
teſtatorem voluiſſe bona ſua peruenire ad fœ-
23 minas excluſis nepotibus,ea † eſt ſequenda.l.
cum proponeretur.in fi. ff.de leg.2.Dec.conſ.
637.nu.4. Bello.conſ.9.nume.2. Maxime cum
in hoc manifeſtiſsimus ſenſus uolũtatis ipſius
exiſtat.l.3.C.de lib.præt. Couar. cap.Raynu-
tius,nu.2.de teſta.quia ſi aliter diceremus,eius
uoluntas inanis eſſet , quod non eſt permittẽ-
dum.Bald.l.contra uoluntatem.C.de teſta.ma-
nu. immo intentio ipſius, & uoluntas in pri-
mis attẽdi, & obſeruari debet l.in conditioni-
bus primam.ff.de condi.& demonſt.Deci.cõſ.
186.num.3.425.nume.9.426.nume.8.& 142.
nu.3.& 194.nu.2.lib.1.

Ex quibus clare dici poteſt hæreditatem ſupradictam D. Flaminij pertinere ad Doth. Bartholomęam, Catherinam, Clementiam, & Lauram, excluſis nepotibus per ſupra dicta.

Et ita vt ſupra concluſum eſt de iure eſſe puto ego Ludouicus Alferius de Cortona. V. I. D. S. S. S. & ad fidem ſubſcripſi, ſolitoque ſigillo muniui. Laus Deo.

CONSILIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria compēdioſa dicitur quādo facta eſt ſubſtitutio per verba, ſi quis eorum deceſſerit ſine filys, vel alys tractum temporis ac conditionem mortis importantibus.*

2 *Subſtitutio ſupradicta quando mater non in medio, & ſeruus ante aditam hæreditatem dicitur, fideicommiſſaria, & maxime intra pupillarem ætatem.*

3 *De ſubſtitutione compendioſa idem iudicatur quod de fideicommiſſariâ, cum virtus fideicommiſſarię in ea ſolum remaneat.*

4 *Fideicommiſſum an deficiat ex quo grauati cum filijs deceſſerunt.*

5 *Fideicommiſſum non habet locum in illis quibus iniunctum non eſt.*

6 *Teſtator videtur conſiderare fauorem agnationis, quādo ſemper de maſculis loquitur intellige de illis de quibus teſtator loquitur.*

7 *Verba poſteros & deſcendentes, ad quas perſonas extenduntur, & vt comprehendunt fœminas, vel habeant tantum locum in caſu, & reſpectu inſtitutorum.*

8 *Alienatio prohibita per teſtatorem reſtringitur in illis tantum qui fuerunt ſcripti proprijs nominibus.*

9 *Teſtamenti pars declaratur per aliam.*

Facti ſpecies ſic ſe habet.



Petrus de Vannutiis ſenior de Cortona condidit ſuum vltimum teſtamentum de Anno Domini 1483. in quo iure legati & inſtitutionis reliquit filiabus proprijs ſolidos triginta, & quod plus petere non poſſint, & ſi plus peterent cadant à dicto legato, & ab omni alia legitima inſtitutione.

Is reliquit

Is reliquit Reuerendiſsimo D. Dionyſio Epiſcopo Peruſino tertiam partē ſuorum bonorum, & in illa hæredem inſtituit, hac tamen conditione adiecta, quod poſt mortem d. Reuerendiſsimi D. dicta tertia pars deueniat & deuenire debeat integre, & ſine aliqua diminutione ad infraſcriptos eius hæredes vniuerſales, ſi viuerent, aliàs ad eorum & cuiuslibet eorum filios legitimos, & naturales, & poſteros dicti teſtatoris per ſtirpem, & non per capita.

In omnibus autem aliis ſuis bonis, & rebus mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, & nominibus debitorum vbicunque ſint, & inueniri poterunt, & poſſunt poſt mortem ipſius teſtatoris inſtituit & fecit eius hęredes vniuerſales Ioannem, & Candidum eius filios legitimos, & naturales æquali portione, & ſi quis ipſorum decederet ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus quandocumque vel filij filiorum ſine filiis maſculis legitimis, & naturalibus ſubſtituit alium eius filium ſi viueret, & alios eius filios maſculos in ſtirpē, & non in capita. Cum hoc quod ſi viuerent remaneret aliqua filia fœmina non dotata ex dictis ſuis filijs, vel alio eorum exiſtentibus dictis filijs maſculis, vel deſcendentibus maſculis. Tunc, & eo caſu debent dotari per dictos filios maſculos condecenter. Cum hoc etiam quod caſu quo d. Ioannes, & Candidus eius filij, vel aliquis ipſorum committeret aliquod maleficium, vel exceſſum propter quod eorum vel alterum eorum bona venirent confiſcata dicta bona reliquit alteri ex dictis filijs dicti teſtatoris ſi talis committens non haberet filios legitimos, & naturales maſculos, ſed ſi haberet filios maſculos legitimos & naturales, tunc deueniant & deuenire debeant ad dictos filios talis delinquentis, & dictum talem delinquentem, ex nūc pro tunc ſolum & dūtaxat inſtituit in eius legitimam debita iure naturæ. Et quod dicti Ioannes & Candidus bona ipſius teſtatoris non poſsint vendere, nec alienare ſine licentia, conſenſu, & voluntate alterius fratris ſi viueret, aliàs ſuorum filiorum, ſine præſentia & voluntate præfati Reuerendiſsimi Epiſcopi, ſi viueret: aliàs, ſine præſentia, conſenſu, & voluntate duorum proximiorum conſanguineorum. Et ſi ſecus facerent Alienatio ſit ipſo iure nulla, & pro non facta habeatur.

Mortuo teſtatore deceſſerunt Reuerendiſsimus Epiſcopus, & Ioannes, & Candidus relictis ex Ioanne, Dionyſio, & ex Candido, D. Iacobo, & Petro. Deceſsitq. etiam Dionyſius relictis D. Ioan. Baptiſta D. Deſiderio, ac Capitaneo Annibale nunc viuentibus ſuum diem clauſit extremum D. Iacobus relictis filijs Candido & Thoma, ſicut etiam vitam cum morte commutauit Petrus relictis Cap. Franciſco equite ſancti Stephani, ac Candido ſignifero equitum leuis armaturæ ad præſens iuuentibus.

Deceſsit Thomas domini Iacobi relictis filiabus, deceſſit vltimo loco Cādidus domini Iacobi ſine filijs.

Modo Capitan. Franciſcus & Candidus fratres, & filij Petri Candidi, & Thomæ volunt uenire ad ſucceſſionem bonorum dictorum Candidi, & Thomæ & excludere filios d. Thomæ vigore, vt aiunt, fideicommiſſi celebrati in teſtamento Petri ſenioris. Nunc dubitatur & quæritur.

Primo an Petrus teſtator in ſuis bonis fideicommiſſum conſtituerit.

Secundo poſito fideicommiſſum fuiſſe conſtitutum, an illud defecerit ex parte

Domini Iacobi, & Petri ex quorum dictis filijs legitimis & naturalibus maſculis deceſſerunt, & ſi ex parte eorum non defecerit, an defecerit ex parte Thomæ, cum relictis filiabus deceſſerit.

Quibus dubitationibus reſolutis apparebit an DD. Capitan. Franciſ. & Candidus fratres uenire poſſint ad ſucceſsionem bonorum & hæreditatis dictorum Candidi & Thomæ, & excludere filias d. Thomæ.

Adſit Dominus.

1 VISIS ac perlectis uerbis teſtamẽti Petri de Vannutijs & † præpoſita ſubſtitutione de qua agitur pro compendioſa vel colligitur ex uerbis, ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs, & alijs tractum temporis ac conditionem mortis importantibus ſubſtitutionemque prædictam denotantibus ſicuti dicitur, & notatur per Gloſ. & doct. in l. precibus. C. de impuber. & in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. Deci. cõſ. 572. 642. & 643. in prin. Rol. à Val. conſ. 69. nume. 1. & 2. lib. 1. Couar. in relect. cap. Raynutius. §. 9. per totum. ex. de teſta. Capra. in ſuis regiſt. in tract. ſubſtitu. ibi poſito in quinta ſpecie. Et d. conſ. per Curt. iun. conſ. 172. in princ. & 86. colum. 2. Paris. conſ. 25. nu. 15. lib. 3.

Videndum eſt pro reſolutione primæ du-
2 bitationis, † an ſit fideicommiſſaria. Et dicẽdum eſt quod ſic indiſtincte, cum hic mater non ſit in medio, & ſimus intra pupillarem ætatem, & ante aditam hæreditatem, prout affirmant ſupradicti Doct. Rolan. à Val. conſ. 25. nu. 13. & ſeq. lib. 1. Oldra. conſ. 99. Bald. conſ. 394. ſupra primo, & 398. præmittẽdum. lib. 4. nu. 1. Viuius in prima par. comm. opin. opinione 334. ſubſtitutio compendioſa, addi. ad conſ. Alexã. conſ. 12. nu. 11. lib. 3. & ad Deci. in l. precibus. num. 19. Afflit. deciſ. 367.
3 & † de tali ſubſtitutione idem iudicatur quod de fideicommiſſaria. Deci. conſ. 431. nu. 8. in fin. cum virtus ſolum fideicommiſſariæ in ea remaneat. N. de Monteſperello inter cõſilia ultim. volunt. diuerſ. conſ. 100. in princ. d. 1. Cum ergo ſimus in caſu compendioſę ſubſtitutionis, & ſubſtitutio compendioſa ſit fideicommiſſaria, & de ea iudicatur vt de fideicõmiſſaria conſtat dictum Petrum teſtatorem ſuis bonis fideicommiſſum conſtituiſſe.

Secunda dubitatio propoſita nunc enu-
4 cleanda eſt, † an fideicommiſſum defecerit tam ex parte Petri teſtatoris, quam Thomæ ex quo relictis filiis deceſſerunt, & dicendũ eſt in hoc in quo totum pondus cõſiſtit prius diligenter conſideratis verbis teſtamenti, & omiſſis argumentationibus prædictum fideicommiſſum reperitur, quod habeat ſucceſſionem filiorum dicti Thomæ impedire, & efficaciter ſic demõſtratur. Nam dicti Candidus & Thomas fratres, & filij Dom. Iacobi ſunt pronepotes Petri teſtatoris, & non apparet ipſos fuiſſe nec vocatos, nec grauatos quia in teſtamento prædicti Petri ſolum fuerũt grauati filij qui erant inſtituti & filij filiorũ, ut patet dum ibi dicitur. Quod ſi quis ipſorum decederet ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus quãdocunque vel filij filiorum ſine filiis, &c. ſubſtituit alium eius filium ſi uiueret, & alios eius filios maſculos in ſtirpem, & non in capita: Et cum inter alios filios maſculos inſtitutus eſſet Candidus auus dictorũ, Candidi & Thomę, reſultabat q; dictus Candidus auus eſſet grauatus ſi decederet ſine filijs ſicut grauatus erat dictus Iacob. pater dictorum Candidi & Thomę ſi uitam cum morte commutaſſet non relictis filijs: ſed iſti caſus ſubſtitutionum non habuerunt locũ nec in perſona Candidi ſenioris qui deceſſit cum filijs D. Iacobo & Petro iuniore; nec etiam in perſonam D. Iacobi, qui reliquit filios Cãdidum & Thomam pronepotes, vt etiam reliquit Petrus frater d. Do. Iacobi filios Capita. Franciſcum, & Candidum, & ſic defecit conditio, & ſubſtitutio fideicommiſſaria ob exiſtentiam filiorum. l. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. 1. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell. Bald. d. conſ. 398. præmittendo, num. 1. lib. 4. Durand. de arte teſt. tit. 5. de ſubſti. caut. 25. Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. titu. de fideicommiſ. lib. 4. concluſ. 7. & hoc non habetur dubium dicit Feder. de Vigon. in 1. tom. conſiliorum vltimo, volumine diuerſ. conſ. 101. nume. 1. & de communi Mant. conſ. 92. num. 13. lib. 1. & licet quod talis caſus contigerit in perſonam Candidi Domini Iacobi

qui

qui deceſſit ſine filiis,& in perſonam Thomę qui cum fęminis deceſſit, ipſi tamen grauati, & ſubſtituti non intelliguntur:quia de ipſis teſtator non diſpoſuit.Capra.conſ.134.nu.7. & ſeq. Et cum fecerint deficere conditionē fideicommiſſi,licet mortui ſint ſine filiis vel
5 cum fœminis, † quia cum ipſis iniunctum fideicommiſſum non ſit,fideicommiſſum non habet locum.Deci.conſ.95.nume. 8. 218.nume.7.287.num.1.& ſeq.& conſ.513. num. 1. & ſeq. Oldra. conſ. 21. & in propriis & fortioribus terminis Ioan. And. in addi. ad Specula. titu. de teſta. §. in primis,in ulti. q. imiſce. 5. quin affirmat Soccin. ſen. conſil. 104. nume.8.& ſeq. lib. 3. Card. Albanus,conſ.1. per totum. Et quod teſtator prædictus non habuerit animum nec voluntatem ſuam extendere voluntatem vltra filios, & filios filiorũ apparet ex ſupradictis poſitis in ſupra ſtitutione, ac etiam in inſtitutione facta de Epiſcopo in illis verbis. Ad infraſcriptos eius hæredes,& ad cuiuslibet eorum filios. Et etiam in illis uerbis quando prouidit in caſu delicti. Reliquit alteri ex dictis filiis, ſi committens maleficium non haberet filios,ſed ſi haberet voluit deuenire ad filios delinquentis. Et ſic non prouidit in caſu quo filij filiorum delinquerent, & hoc clare colligitur non ſolum in particulis ſupradeductis, ſed in illa etiã ubi prohibetur alienatio ac per totum teſtamentum.

Nec prædictis habet obſtare quod teſtator uideatur conſideraſſe fauorem agnationis dũ
6 ſemper de maſculis loquitur.† Quia reſpondetur quod iſta ratio reſtringitur ad perſonas maſculorum,de quibus teſtator loquitur, nõ autem habet locum in pronepotibus de quibus à teſtatore nihil dicitur.Deci.d.conſ.282. nu.9.Mant.conſ.92.nu.22.lib. 1.

7 Nec obſtare habet etiam verbũ Poſteros & deſcendentes quod extẽdantur ad omnes poſteros in infinitũ tam maſculos quam fœminas.Deci.conſ.223.nu.1.364.num.1.427. nu.1.269.nu.2.527. nu.6. Aleiat. lib.9. conſi. 104. quando aliter non eſt expreſſum: ſecus quando teſtator voluit intelligere de maſculis tantum, vel quando ineſt ſtatutum excluſiuũ fœminarum in loco illo. Socci. ſen. conſil.227.nu.5.caſu quinto,ſexto,& vltimo,lib. 2. Socci. iun.conſ.168.num.68.lib.2.Iaſ.in l. ſi quis ad quod nume.18.ff.de iuriſd.om. iud. Quia dato quod eſſent dicta verba poſita in ſubſtitutione, vt non ſunt, procederent & haberent locum in caſu & reſpectu filiorum inſtitutorum, & filij filiorum quibus fuit facta ſubſtitutio. Deci.d.conſ.218.nume.13. Vt ſit ſenſus, quòd ſi decederent Ioan. & Candidus ſine filiis & deſcendentibus,tunc ſuccedat alium eius filium maſculum ſi uiueret & alios eius filios maſculos in ſtirpem, & non in capita. Mant. dicto conſ. 92. nume.24.lib. 1. Card. Alban.d.conſ.1.nume.5.& ſequen.& per totum, ſed cum Ioan.& Candidus mortui ſint cum filiis deſcendentibus, & poſteris & filij filiorum, merito, &c.

8 Nec obſtare etiam habet prohibitio alienationis,quia non poteſt dici uere alienatio, attento quod cum conſenſu nominatorum in teſtamento poterat alienari. Et dato quod dici poſſit prohibitio ea uideatur facta cõtemplatione filiorum nominatorum, Corn. cõſil.290.litera G. lib.4. Et non cauſa conſeruãdæ agnationis,cum vere fuerit facta niſi Ioanni & Candido. Quo caſu reſtringitur in ipſis tantum qui fuerunt ſcripti propriis nominibus,Deci.d.conſ.513.num.5.Nec extenditur ad alios, Deci.conſ.95.num.9. in fin. Et quia in hoc non expedit laborare,ideo vlterius nõ inſtabo.

Nec obſtare etiam habẽt diſpoſita in inſti-
9 tutione filiarum,& Epiſcopi.† Quia intelligi debent vt ſupradictum eſt, cum uera pars teſtamẽti declaratur per aliam l. qui filiabus in princ.& l.ſi ſeruus plurium. ff.de leg.2.Mant. conſ.508.nu.13.lib.1.

Et ſic ex omnibus ſupradictis & aliis quæ adduci poſſent concludendum eſt,Petrum teſtatorem in ſuis bonis fideicommiſſum conſtituiſſe, ſed illud defeciſſe tam ex parte Ioã. & Candidi, quam D. Iacobi & Petri, ex quo relictis filiis, & deſcendentibus deceſſerunt. Et ideo Capitan. Franciſc. & Candidus fratres,& filij d.Petri non poſſunt uenire ad ſucceſſionem bonorum d. Thomæ & Candidi, & excludere filias fœminas d.Thomæ, immo dictæ fœminæ filię Thomę ſuccedere debent patre & patruo excluſis ipſis. Et hæc ſufficiãt dixiſſe pro veritate, & pro id quod ſentio, ut amico & affini quęrenti ſatiſfaciam. Laus Deo.

Lud. Alfer. Doctor Corton.

CON-

CONSILIVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Epiſcopi in Capitulo choro, & proceſſionibus an præferri debeat obtinenti primam dignitatem: & poſt pontificalem maiorem, & digniorem locum obtinere ſuper illum.*

2 *Vicarius ſi eſſet canonicus ſedere debet in capitulo in loco, in quo ſederet vt canonicus.*

3 *Officialis in locum alterius ſubrogatus eum locum in ordine occupat, quem teneret is in cuius locum ſubſtitutus eſt ſi eſſet præſens.*

4 *Subſtitutus in locum alterius ponitur in dignitate auctoritate ſubſtituentis.*

5 *Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatus eſt.*

6 *Vicarius Epiſcopi. Epiſcopum ipſum refert & repreſentat.*

7 *Epiſcopus & Vicarius vnum & idem conſiſtorium habent.*

8 *Vicarius poteſt omnia, quæ poteſt ille cuius vicem gerit.*

9 *Vicarius præfertur in honore ſicut ipſe principalis.*

10 *Vicerector debet eadem auctoritate, & priuilegijs fungi ſicut is cuius vicem gerit.*

11 *Vicarius ſic debet honorari in loco, & ſeſsione, & in alijs ſicut is cuius vices gerit.*

12 *Vicarius Epiſcopi præferri debet obtinenti dignitatem maiorem etiam poſt pontificalem maiorem.*

13 *Vicarius, & Canonicus ſi in choro, capitulo, & proceſſionibus accedit vt Vicarius ſedere debet in loco digniori, ſi vt Canonicus in loco ſuo conſueto.*

14 *Conſuetudo volens quod obtinẽs primam dignitatem in Eccleſia Cathedrali poſt pontificalem maiorem, non valet quia caret ratione, nec poteſt induci niſi ex quadam ambitione vel ſtultitia.*

15 *Dubitatio nulla eſſe debet ubi eſt caſus legis, & eſt temerarium in dubium id reuocare.*

1 DVbitatur an Vicarius Epiſcopi in Capitulo Choro, & proceſſionibus præferri debeat obtinenti dignitatem, etiam poſt pontificalem maiorem, & digniorem locum ſuper illum obtinere. (In hac eadem cauſa cõſuluit Picardus, ſed contra in conſ. 52. & per Menochi. conſ. 51. lib. 1. vbi etiam eſt poſitum in d. Tom. primo conſiliorum Menochij.)

Spiritus omnipotentis Dei dirigat verba oris mei in viam veritatis, & iuſtitiæ. In propoſito dubio paucis agam, & remiſſiue, quia requiſitus ſui multum dicere meã opinionẽ, alias latius ſcripturus ſi fuerit opportunum. Videtur itaq; dicendum quod Vicarius præcedere non debeat habentem dignitatẽ poſt

2 Pontificalem majorem. † Primo quia Vicarius ſi eſſet Canonicus in capitulo ſedere debet in ſuo loco, prout tenet Gemin. & Frãc. in c. à collatione, de appell. & Rebuff. in ſua praxi. in forma Vicariatus, nu. 28.

Secũdo quia obtinẽs &c. Dignitas allegat conſuetudinem obſeruatam in hac Eccleſia Patauina à multo tempore contra. His non obſtantibus, diligentius & maturius conſiderando dicunt concludendum eſt contrarium quod ſcilicet Vicarius præferri debeat obtinẽti dignitatem, etiam poſt pontificalem maiorem, & digniorem locum ſuper illum habe
3 te. Et in primis moueor, † quia officialis in alterius locum ſubrogatus eum locum in ordine occupat, quem teneret is, in cuius locum ſubſtitutus eſt, ſi præſens eſſet. Bar. in l. conſpicimus, in fin. C. de proxim. ſacro. ſcrin. lib.
4 12. & in l. ſi filius. ff. de leg. 1. † Et dignior dici debet, cum ſubſtitutus in alterius locum, potiatur dignitate, & auctoritate ſubſtituentis. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. l. duobus. §. 1. ff. de iureiurã. l. filiæ. §. Titio. ff. de
5 condit. & demonſtrat. §. fuerat iuſti. & actio. † Cum ſubrogatus ſapiat naturã eius in cuius locum ſubrogatus eſt. Franc. Rip. reſpon. 1. num. 6. tit. de conſtitut. & ſtatu. Nicol. Bello. conſ. 1. nume. 9. in conſ. 38. nu. 6. Aug. in proœm. inſti. nu. 3. Doctius Maritur. & mihi maior hon. ſim. 12. & 37. Andr. de Alfer. atauus meus in q. 2. in 2. par. 2. partis, nu. 196.
6 Secundo † quia Vicarius Epiſcopũ ipſum refert & repreſentat. Nicol. Anto. Grauatius in annotat. ad præſt. Octaui. Veſtri, lib. 2. cap.
7 16. nu. 8. in princip. annot. † Et vnum & idẽ conſilium habet, cap. non putamus de con-
8 ſuetud. lib. 6. Rom. conſ. 371. † Et omnia poteſt, quæ poteſt ille cuius vices gerit. Ioann. And. in cap. tua nobis, & cap. fin. de offi. Vic.
9 lib. 6. † Et præfertur in honore ſicut ipſe principalis. Alber. in Rub. C. de offic. Vicar. & in l. ſuggerentur. C. de officio eius qui ciue aliq gerit. Franc. Marcus quæſtione delfin. 619. num. 3.
10 Tertio pro ea quæ in ſimili dicunt de Vicerectore, qui debet eadem auctoritate & priuilegijs fungi, quibus Rector ipſe. Card. in Cle. fin. de opti. Vicar. Bal. in l. aliquando. ff. de offic. proconſul. Rom. ſing. 364.
11 Quarto per dictum Hoſtien. in procemio ſummæ, quod Vicarius ſic debet honorari in loco, & ſeſſione, & in aliis, ſicut is, cuius vices gerit. l. 2. C. de offi. eius qui vicem alicuius gerent. Rom. ſing. 364. & 340. Alex. in Rub. ff.
de

de offic. eius cui eſt manda. iuriſd. col. 8. Panormi. in cap. cum olim. & cap. ſane. l. 2. vbi Barbut. extra de offi. deleg. Faciunt notata in cap. grandi, de ſupplen. negli. prælat. lib. 6.

12 Vltimo per tex. expreſſum, qui ponit falcem ad radices in can. præcipimus, 93. diſtin. & can. 1. diſtinct. 94. (l. uniuerſ. credidit enim Princeps. ff. de offi. præfecti præto. glo. fin. c. qua de cauſa. 2. q. 5. Abb. in cap. mandat. in princ. de præſcriptionibus.) & in propriis terminis conſuluit Abbas in conſil. 22. lib. 1. Nicol. Boer. in addi. ad tract. de author. magni conſ. nu. 75. in fin. Fely. in rub. extra de maiori. & obedi. nu. 23.

13 Non obſtant modo in contrarium allegata, quia procedunt quando Vicarius accedit in capitulo, choro, & proceſsionibus prout canonicus, ſecus quando Vicarius, quia tunc ſedebit in digniori loco. d. cano. præcipimus. Rom. d. ſing. 340 Boeri. vbi ſupra nu. 66.

14 Non obſtat etiam dicta conſuetudo dato quod ibi uigeat; quia reſpõdetur dictam cõſuetudinem nõ valere, quia caret ratione, & nõ poteſt induci niſi ex quadam ambitione, vel ſtulte, per canonẽ, legimus 93. diſtin. Fel. de rub. de maiori. & obed. num. 23. verſ. non valet conſuetudo.

15 Ex omnibus ſupradictis apparet Vicariũ debere præferri obtinenti dignitatem, etiam poſt põtificalem maiorem, & digniorem locũ habere. Et cum de hoc ſit caſus legis nullam debemus habere dubitationem. l. à mille. C. de furt: vbi Bald. l. illum. C. de collat. Iacol. à lectis iuler, conſilia Fecolalit Bruni, cõſil. 94. nume. 306. Hippol. Riminil. iuber cõſilia crimina. diuerſorum doct. conſ. 138. nume. 9. Tom. 1. Et dicunt Iacob. de Guidon. in primo uol. conſiliorum vltimarum uoluntatum diuerſorum, conſ. 159. num. 46. temeriarum uidetur in dubium illum reuocare. Et vltra caſum legis habemus etiam dictum conſilium Domini Abb. doctoris vtriuſque iuris præſtantiſſimi prout dicit And. Tiraq. in tractat. de pœnis augen. uel minuen. ca. 1. nume. 20. & ca. 16. nu. 6. & ca. 22. nu 23.

Et ideo, vt ſuperius concluſum eſt videtur mihi Ludouico de Alferiis de Cortona V. I. D. licet minimo, & auditori illuſtriſsimi, & S. D. D. Aloyſii Cardinalis de Padua dicendum, ſemper ſalua meliori ſententia.

Subſcriptio.

Legi, & diligentius quam fieri potuit cõſideraui quæcũque ſcripta ſunt à doctiſsimo & præſtantiſsimo D. conſultore. Et cum omnia inueniſſem iuri, ac rationi conſona, non potui ea non approbare, quemadmodum ingenue approbo. Et quoniam ita copioſe, & erudite conſultum eſt, vt nihil vacui loci relictum eſſe videretur; ſuperuacaneum duxi reſponſo aliquid addere, ne facibus etiam ſolem adiuuare videar, præſertim ſola de ſubſcriptione requiſitus, quia ſola ac ſimplici nõ immerito ſum contentus inſpectis præfatis.

Ioannes Cephalus V. I. D. Ferrariæ primusque Iuris Cæſarei veſpertini ordinarius ĩterpres in celeberrima Patauina Academia, vt ſupra ſubſcripſi, & in fidem etiam ſubſignaui. Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei.

CONSILIVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Feminæ natæ in ſecundo matrimonio, æqualiter & in virilem ſunt admittendæ ad ſucceſsionem bonorum maternorum, unà cum filys maſculis in primo matrimonio genitis, matre ab inteſtato defuncta.*

2 *Statuta reduci debent, quantum fieri poteſt ad terminos iuris communis, & per impropriationem ſi expedit.*

3 *Maſculinum concipit fœmininum in ſtatutis, quando ſtatutum concernit ſucceſsionem, licet ſit odioſum, ſi odium eſt rationabile.*

4 *A communi opinione in iudicando, non eſt recedendum.*

5 *Statutum trahi non debet ad caſus iniquos.*

6 *Statuta ciuili, & æquo modo intelligi debent.*

7 *Statuta intelligi debent, ne ſequatur abſurdum.*

8 *Statuta reprehenſione digna eſſe non debent*

9 *Intentio ſtatuentium talis eſſe præſumitur, qualẽ uerba demonſtrant.*

10 *Statutum quòd ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, eſt inductum hac ratione, videlicet vt bona cõſeruentur in familia.*

11 *Quando eadem ratio non militat, nec eadem diſpoſitio militare debet.*

12 *Fœminæ ſuccedunt earum matri, non obſtante quod ex eodem patre extarent maſculi ex alia tamen uxore.*

13 *Statuta intelligi debent, ſicut verba ſonant.*

14 *Argumentum à contrario ſenſu eſt validiſsimum.*

15 *Argumentum à cõtrario ſenſu in ſtatutis ſumi poteſt.*

16 *Caſus omiſſus à ſtatuto debet haberi pro omiſſo.*

17 *Caſus omiſſus à ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis.*

18 *Inter maſculum & fœminam in materia ſucceſsionis, de iure communi differentia non eſt.*

19 *Statuentes quando non derogant iuri communi, ceſſant cum illo confirmare eorum voluntatem.*

Dubitatio

20 *Dubitatio oriri non debet, ubi eſt caſus legis.*
21 *Temerarium eſt reuocare in dubium aliquid, quando eſt caſus legis.*

MVlier ex primo matrimonio duos habet filios maſculos, ex ſecundo uerò duas fœminas, & non condito teſtamento deceſſit, relictis dictis quatuor filiis. Modo quęritur, an fœminæ prædictæ admittantur ad ſucceſſionem dictæ earũ matris unà cum maſculis.

Adſit Dominus.

IN caſu propoſito paucis agã, cùm ad inſtructionem tantùm loquar; & pro reſolutione ſupraſcripti quæſiti, duo capita faciam. In primo quid ſit ꝑ ius ciuile deciſum in hac materia. In ſecundo vero quid lex municipalis Ciuitatis Cottonæ diſponat. Necnon incidenter dato quid ſit caſus omiſſus, quid ſit determinandum.

1 Et ad primum redeundo, omiſſis argumẽtis, quæ ad partes fieri ſolent, concludendum eſt dictas fœminas natas in ſecũdo matrimonio æqualiter, & in virilem eſſe admittendas ad ſucceſſionem bonorum maternorũ, vnà cum filiis maſculis in primo matrimonio genitis matre ab inteſtato defuncta. l. cũ in aliis, vbi Bal. C. de ſecund. nupt. caſus eſt in §. illud, quoq; ſuper hoc, uerſ. ſi enim, Auth. de nupt. & ibi Ang. uerſ. ab inteſtato. Deci. conſ. 236. non parua, nu. 6. & in propriis ferè terminis conſuluerunt. Andr. de Piſis, & Cyn. cõſ. 447. in quæſtione, in qua quæritur, nume. 1. & eſt inter conſilia Ludo. Roman. conſuluitq; etiã Bald. conſ. 316. filia primi matrimonij, lib. 2. & cum hęc pars non habeat difficultatem, ſuper eam amplius non inſiſto.

2 Deueniendo ad ſecundum caput. Præſuppoſito quod ſtatuta debeant reduci quantum fieri poteſt ad terminos iuris communis, & per impropriationem ſi expedit, cap. dilectus, extra de conſ. l. 2. C. de nox. Doct. in cap. cauſam quæ. extra de reſcript. Abb. conſ. 19. nu. 1. lib. 1. dicendum eſt, deo terminari, & concludi per ſtatuta Cortonẽſia, quod vt & diſponit ius ciuile; vel ſaltem quod caſus iſte, tanquam caſus omiſſus, remanſit in diſpoſitionẽ iuris communis, attento quod in rub. 49. de ſucceſſ. ab inteſtato, § ſi qua mulier in apertiſſimis uerbis appareat, quę ſunt infraſcripti tenoris, & quaſi familia, videlicet: Item ſi qua mulier tranſiuerit ad ſecunda uota, & deceſſerit ab inteſtato, relictis filiis, ex primo matrimonio, & ex ſecundo, tunc, & eo caſu filij primi matrimonij & ſecundi ſuccedant dictæ eorum matri æquali portione in capita, & in virilem, tam in dotibus, quàm in aliis quibuſcunque bonis, non obſtãte aliquo pacto, &c. Et ſic reducendo ſtatutum prędictum ad terminos iuris communis, apparet clara deciſio; non obſtante quòd ibi de filiis ſimpliciter fiat mentio, quia quando ſtatutum concernit ſucceſſionem, licet ſit odioſum, ſi odium eſt ra-
3 tionale; vt hic † maſculinum concipit fœmininum. Rui. conſ. 65. col. 1. & pen. in lib. 3. & iſta eſt magis communis opinio, vt per Anto. Gabr. lib. 6. concl. titu. de uerb. ſigni. concl. 6.
4 nume. 34. † à qua uti communis in iudicando recedendum non erit. Cora. in tract. de commu. opinio. titu. 8. nu. 16. Quòd ſi ſecus eſſet fœminæ prædictæ in nihilo ſuccederent dictæ earum matri, dato quod in primo matrimonio mulier haberet maſculos, & in ſecũdo fœminas, ſi de fœminis non intelligeretur. Cum ergo id ſit abſurdum inconueniens contra æquitatem, communesque regulas iuris, ad-
5 mittendum non eſt; ne † ſtatutum prædictum ad caſus trahatur iniquos, contra doctri. Cum. conſ. 126. 146. & Alciat. in tractat. præſumpt.
6 reg. 1. præſump. 7. in fi. † Cum ſtatuta ciuili, & æquo modo intelligi debeant. l. ſi ius. ff. ſi ſer-
7 uitus uindi. † Et talis debet eſſe intellectus, ne abſurdum ſequatur. arg. tex. in l. ſcire oportet. §. alium. ff. de excuſ. tut. et l. nam abſurdum. de
8. bon. liber. † Ad hoc ne ſint reprehenſione dignæ. l. Saluus Ariſto. ff. de leg. præſt. Nec põt dici iſtam interpretationem fieri non poſſe, cum in additione ſit deletum uerbum, fœmi-
9 nis, † quia reſpondetur intentionem ſtatuentium, quæ talis eſſe præſumitur, qualem uerba demonſtrant. l. labeo. §. item labeo. ff. de ſuppell. leg. Nam fuiſſet caſſare verbũ tale de principio tantum, attento quod in prima parte additionis dicatur, caſſauerunt dictum verbum, fœminis, in 1. §. poſitum, & ſic præiudere in futurum, ne fœminæ ſuccederent unà cum fi-
10 lijs maſculis eiuſdem matrimonij hac ratione moti, vt bona conſeruẽtur in familia. Soc. iun. conſ. 1. nu. 44. conſ. 10 nu. 1. conſ. 30. nu. 5. & conſ. 118. nu. 6. lib. 1. Clar. lib. 3. ſententia-
11 rum. §. teſtamẽtum. quęſt. 42. in fi. † Quæ ratio cum

cum non militet in caſu propoſito, nec eadem
diſpoſitio militare debet. l. illud. ff. ad l. Aquil.
c. inter corporalia, extra de tran. præla. Etſi ſta-
tuentes ita nõ uoluiſſent intelligere, certè ali-
qua determinatio caſui propoſito per ſtatuta
non fieret, quia in ſecũda parte dictæ additio-
nis loquitur de filijs eiuſdem matrimonij, &
quòd fœminæ in tali caſu debeant condecẽter
dotari. Et in tertia, in patre qui duas uxores du
xit, & ex vna habuit filios maſculos, ex alia fœ
12 minas, & ibi d. caſu diſponitur, † vt fœminæ
ſuccedant earum matri, non obſtante quod ex
eodem patre extarent maſculi, vt etiam termi-
natur per l. de emancipatis in fi. C. de leg. hæ-
red. & auth. itaque. C. de commu. ſucceſſ. & ſic
dato quòd ut ſupra induci nõ poteſt, prout in-
duci põt, vt dictum eſt, eſſemus in caſu omiſſo,
ſicuti etiam omittitur à ſtatuto ſub rub. 46. de
13 muliere dotata † intelligendo ſtatuta quãtum
verba ſonant, & non vltra, ut dicit Bald. in l. te-
ſtamenta omnia. C. de teſtam. l. ſi verò. §. de ui-
ro. ff. ſolut. matr. vbi diſponitur, quod mulier
dotata à patre, patri non ſuccedat, ſtantibus fra
tribus utrinq; coniunctis d. mulieris dotatæ;
etſi à matre fuerit dotata, non ſuccedat matri,
ſtantibus fratribus utrinq; coniunctis, nec pa-
tri, ſtantibus fratribus utrinque cõiunctis, uel
conſanguineis, & ſic determinatur tantum de
fratribus utrinque coniunctis, & cõſanguineis
ex parte patris, & in ſucceſſione matris, de fra-
tribus utrinque cõiunctis abſolutè, & non de
conſanguineis, nec non de uterinis. Poſſet &
dici inducendo prædictum ſtatutum, quod cũ
ibi prouideatur, quando loquitur de ſucceſſio-
ne matris, quod fœminæ non ſuccedant ſtan-
tibus maſculis utrinque coniunctis, & non di-
cat ſtatutum, vel conſanguineis, prout in ſuc-
ceſsione patris, nec etiam mentionem faciat
de vterinis. A contrario ſenſu, ſi fratres vtrin-
que coniuncti non extarent, ſed ſolùm cõſan-
guinei, vel vterini, quòd ſtatuentes voluere fœ
14 minas ad ſucceſſionẽ matris admitti. † Iſtudq;
argumentum in iure eſt validiſsimum. Dec. in
l. vt vim in Apoſtilla. ff. de iuſt. & iur. Silu. ſup.
lib. 1. nume. 214. uerſ. à contrario ſenſu. Nicol.
Bello. lib. 1. ſupput. iur. cap. 2. nu. 3. & lib. 3. c. 8.
15 nu. 6. & cap. 16. num. 2. 3. † Et iſti ſtatutis ſuaderi
poteſt. Bart. in l. omnes populi, nu. 11. ff. de iu-
ſti. & iur. Iaſ. in l. 1. num. 36. ff. de officio … vbi
cæteri Doct. Mat. de ordi. iudi. in 3 part. princ.
nu. 123. Sed ſic eſt quòd in caſu propoſito fœ-
minæ natæ in ſecundo matrimonio non habẽ
tes fratres utrinque coniunctos, ſed ſolum con
ſanguineos, & uterinos, meritò dicendum eſt
eas admittendas eſſe ad ſucceſſionem matris,
cum fratribus ex latere matris.

Non obſtat, quod in ſtatutis ſupra adductis
ſpecifice de hoc caſu, nec etiam de fratribus
16 uterinis ſit facta mentio. Et † ſic tanquam ca-
ſus omiſſus à ſtatuto debeat haberi pro omiſ-
ſo. l. cõmodiſsime. ff. de lib. & poſthum. Dec.
conſ. 15. propè fi. Bello. conſ. 41. nu. 5. quia re-
17 ſpondetur, † ſi eſt omiſſus à ſtatuto, quod re-
manet nihilominus in diſpoſitionem iuris cõ-
munis. l. ſi extraneus. ff. de condi. cauſ. dat. Bel-
lo. lib. 4. ſupput. iur. cap. 19. nu. 4. & 5. & conſil.
42. nu. 12. Anchar. conſ. 356. nu. 3. uerſ. ſed hoc
probat natura. Alfer. conſ. 30. nu. fin. Ioan. de
Guido in 1. tomo conſiliorum ultimar. uolũ-
tat. conſ. 46. nu. 4. & 19. & de iure communi, vt
probatum eſt, ſuccedũt fœminæ, ſicut maſculi,
18 † cum inter maſculum & fœminam in mate-
ria ſucceſsionis differentia non ſit. l. maximũ
vitium. C. de lib. præt. Authen. poſt fratres la 2.
C. de leg. hęre. Iaſ. in l. omnes populi, nu. 21. ff.
de iuſt. & iur. Clar. lib. 3. ſenten. §. teſtamentũ,
19 uerſ. ſed quid in filia, † & cum ſtatuentes non
derogauerint d. iuri cõmuni ſe conformarunt
cum diſpoſitione eius. Bello. lib. 4. ſupput. iur.
cap. 17. nu. 11.

Ex omnibus igitur ſupradictis apparet clara
deciſio dubij propoſiti: videlicet quod fœmi-
nę debeant ſuccedere vnà cum fratribus, ex
matris latere tantùm: tum quia ita reperitur
deciſum de iure communi, ac de iure ſtatuta-
rio: nec non quia ſi caſus fuit omiſſus à ſtatu-
to, remanſit nihilominus in diſpoſitionem iu-
ris communis; & ſic fœminæ prædictæ veniũt
20 ad ſucceſſionem matris admittendę. Et † cum
de hoc ſit caſus legis, nulla dubitatio oriri de-
bet. l. ancillæ. C. de furt. ubi Bald. l. illam. C. de
collat. Iac. Alcon. inter cõſilia feudalia Bruni,
conſ. 94. nu. 306. Rimin. in 1. tomo conſiliorũ
21 ultimar. diuerſo docto. conſ. 135. nu. 9. † Et dicit
Iaco. de Guido. in 1. volu. conſil. ultimar. uolũ-
tat. diuerſ. docto. conſ. 149. nu. 46. q temerariũ
eſt illum in dubium reuocare.

Et ideo hęc pauca ſufficiant, quę raptim ſcri
pſi Ego Ludouicus Alferius inter Iiir. Conſul.
Cortonæ minimus, ſic requiſitus à Do. Franc.
Baldellio viro quidem emunctæ naris, & cui
poſteritas ob ingentes ſuas virtutes, multũ de-
bet; & in fidem, & præmiſſorum teſtimonium
propria manu ſubſcripſi; proprioque ſigillo
ſubſignari mandaui; ad laudem omnipotentis
Dei, ac beatę Monicę matris S. Auguſtini, cu-
ius feſtum hodie ab Eccleſia celebratur. Cor-
tonę.

ALLEGATIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *CRIMEN contra naturam punibile, & deteſtabile eſt.*
2 *Magis peccat qui contra naturã peccat, quàm is qui rem cum propria matre habet.*
3 *Aduocatus non datur in crimine ſodomitico.*
4 *Sodomiti non ſolum puniuntur pœna gladij verum & igne cremantur, & nu. 5.*
5 *Bona ſodomiti conſiſcantur.*
6 *Sodomia quando dicatur probata, & quomodo probetur, uſque in fin.*
7 *In ore duorum vel trium ſtat omne verbum.*
8 *Socius criminis interrogari poteſt de ſocio, in delictis quæ non committuntur principaliter in iniuriã alterius vel odium.*
9 *Socius criminis nõ poteſt dici coactus per vim & violentiam.*
10 *Socius criminis iuncto cum alio teſte fide digno, vel alia ſemiplena probatione facit fidem.*
11 *Teſtes inhabiles licet non probent, tamen præſumptionem faciunt.*
12 *Pœnæ aggrauantur contra ſolitos delinquere.*
Indicium oritur contra ſolitum delinquere, & imputatus de dicto delicto, d.nu.
13 *Probatio plena fit ex pluribus indicijs, et præſumptionibus ſimul iunctis, etiam diuerſæ ſpeciei.*
14 *Teſtis varius probat quando variatio non eſt in ſubſtãtia negocij principalis.*
15 *Falſitas quando non tangit negocium principale, non facit quod dicta teſtium reprobentur.*
16 *Teſtis ſi concordat in facto principali in quo conſiſtit ſubſtantia negocij, dato quod in alijs diſcordet probat.*
17 *Cautela optima eſt quando teſtes ſe referunt ad primã depoſitionem, quia ſi in ſecunda contradicunt in aliquo probant.*
18 *Teſtes non poſſunt dici contrarij falſi ſeu varij quando in ſecunda depoſitione ſe retulerint ad primam.*
19 *Teſtis qui expreſſe dixit ſe non recordari de tempore, quicquid dicat circa tempus, apparet quod dubitatiue dicat non affirmatiue.*

Spiritus omnipotentis Dei dirigat verba oris mei in viam veritatis & iuſtitiæ.

1 QVAM ſit deteſtabile, & punibile nefandum hoc crimen contra naturam, & ſodomiticũ, iuribus apertiſſimis patet. l. cũ uir. C. de adult. auth. vt non luxu. contra natu. & inſtitu. de publi. iudi. §. item lege Iulia, & cap. clerici extra de exceſsi. prælato. & in can. flagitia. 32. q. 7. & vbique per docto. (Fran. Mar. q. delfin. 509. num. 7.) & latè per Caſſane. in conſuetu. Burgun. tit. 1. nume. 56. colũ. 4. fol. mihi. 17. Catel. Cot. in memo. in uer. pedicones. Coraſ. lib. 2. miſcel. cap. 1. nume. 2. Didac. Couar. in relect. elem. ſi furioſus par. 1. §. 1. nume. 6. col. 3. de homici. Et in epit. ſuper 4. decreta 2. par. cap. 7. §. 5. nume. 6. & 7. de ſponſa.
2 † Et magis peccat qui contra naturam peccat quàm is qui rem cũ propria matre habet can. adulterij. 32. q. 7. † Andr. Barb. conſ. 64. ſcribẽ-
3 tur libro Eſdræ. lib. 1. inter alia dicit qđ propter hoc, horrẽdum ſcelus non datur aduocatus huiuſmodi facinoris. † Et Iacob. Nouel. di
4 in ſua pract. (& Theorica cauſarum crimin. in forma inquiſitionis ſodomi. nu. 4.) exclamat contra iſtos ſodomitos, quod non ſolum puniuntur pœna gladij, verum etiam igne cremantur. Duenas. lib. 1 regula. uel iur. regula.
5 113. comburi. † Et bona ipſorum confiſcantur. Plot. in repeti. l. ſi quãdo, nu. 31. C. unde ui. † Et A. commiſerunt huiuſmodi atro-
6 ciſſimum crimen contra naturam, per uim & violentiam in perſonam B. de quo in proceſſu patet expreſſe per dictum ipſius B. & per Nicolaum teſtem, & ambo præciſe depoſuerunt de dicto delicto. Nam primus teſtis, ſcilicet d. B. dicit quod d. A. ipſum per uim & violentiam ſodomitauit, & iſtud non ſolum ipſe depoſuit, ſed etiam Nicolaus ſecũdus teſtis pariter depoſuit & manifeſtauit huiuſmodi crimẽ atrociſsimum fuiſſe perpetratum per d. A. in perſonam d. B. per uim & violentiam obturando os eius cum fazzoletto, inſcidẽdo ſtrin-

gas cum pugione,& alia turpia & inhoneſta
contra ipſum faciendo, prout in proceſſu pa
tet; ideo de eius ſalute eſt deſperandũ prout
dicit gloſ.d. cap. clerici. Vnde cum iſti B. &
Nicolaus ſint duo teſtes, dicendum eſt dictũ
7 eſſe plene probatum. † Quia in ore duorũ,
vel trium ſtat omne verbum, cap. relatum, il
primo, extra de teſtam. l. ubi numerus. ff. de
teſtib. & aliis vulgaribus, & in terminis con
ſuluit Calcan. conſil. 110. quia cauſa iſta pro
victoria.

Non obſtant modo ea quæ dicit dominus
Aduocatus dum dicit quod d.B. eſt ſocius cri-
8 minis, † quia reſpondetur quod in delictis
quæ non committuntur principaliter in iniu
riam alterius, vel odium ſocius criminis in-
terrogari poteſt de ſocio, ut per Bar. in repet.
9 l.1.pen.ff.de quæſtio. † Præterea d. B. non po
teſt dici ſocius criminis, quia fuit coactus per
uim & violẽtiam. l.ſi uxor.§.ſiquis.ff.de adul-
ter. & qui coacte delinquit, non peccat. Tira-
quel. de pœn.cau. 36.num.5. & ſequen. Qua-
propter capite punire debet, vt dicit text. d. §.
item text. Iulian. inſtitu. de publi. iudi.& hoc
10 quo ad crim. † Et licet poſſet dici ſocius cri-
minis, prout non poteſt, non per hoc dimi-
nueretur de eius fide, quia iunctus cum alio
teſte fide digno, uel alia ſemiplena probatio-
ne facit fidem. iſte eſt tex. ſingu.in l.ſiquis ex
argentariis.§.quid enim ſi huius. ff. de eden.
11 ſecundum Bald. † Et licet teſtes inhabiles nõ
probent, tamen præſumptionem faciũt. glo.
in cap.2.de teſti. Ioann. Andr.in cap.2. de cle-
ri. percuſſo. Innocen.in cap.cum dilectus, de
accuſat.& in cap. ueniens il 1.& in cap.1. &
cap. quando, extra de teſti. Bartol.in l.admo
nendi. nume. 37. ff.de iure iuran. Curt.ſenio.
12 conſ. 171. † Accedat etiam quod d. A. ſolitus
eſt huiuſmodi crimina committere prout in
ſententia contra ipſum condemnatoria lata
apparet, & inſoiltis canones & leges excla-
mant, & pœnæ ſemper aggrauantur (Maran.
de ordi. iudi. in 6.par.princ.in uer.inquiſitio.
num. 113. Franc. Mar.q.delfin. 504. nu. 19.)
13 iuribus vulga. & faciũt magnum iudicium. †
Idcirco ex pluribus indiciis & pręſumptioni-
bus ſimul iunctis etiam diuerſę ſpeciei fit ple
na probatio. l. indicia.& l. cum ſuper uernis.
14 C.de rei uendi. † Nec minus obſtant ea quæ
ſimiliter dicebat dominus aduocatus, ſcilicet
quod iſte B. tamquã varius non probat prout
in eius dictis apparere dicebat, & ſimiliter de
Nicolao quem eodem morbo laborare dice-
bat. Quia reſpondetur qđ dato, ꝙ eſſet abſque
ueri præiudicio quod figurari poſſet aliqua
falſitas, prout minime excogitari poteſt: At-
tamen huiuſmodi prætenſa falſitas, ſeu uaria-
tio, cum non ſit in ſubſtantia negocii princi-
palis, non irritat eorũ dicta, vt dixit ſatis ſub-
tiliter Ant.de Butri.in cap.cum cauſam. in fi.
de teſti. vbi refert id contigiſſe in perſonam
Ioan. And. Specula. in tit.de teſt.§.1. uerſ.itẽ
15 quod addit aliquid de ſuo. † Et ideo dicit pul-
chrum Bald. quem ſequitur Saly.in l.pen.cir-
ca fin. C. de tranſact. Quod falſitas non tan-
gens negocium principale, nec ſit in ſubſtãtia
negocij, non facit quod dicta teſtium reprobẽ
tur, idem uoluit Innoc.& Ioann. de Anan.in
cap. fraternitatis, de teſti. Alex.cõſ.5.in primo
lib. Deci. conſ.100.& latiſſime per Gramm.
16 conſ.19.23.41. & 47. † vbi inter alia dicit qđ
ſufficit quod teſtis concordet in facto princi-
pali in quo conſiſtit ſubſtantia negocij, dato
quod in aliis diſcordet, & eſt tex.in cap.dudũ,
& ibi gloſ. in uer. ſubſtãtia.extra de conuerſi.
coniugato, & in c.cum eccleſia extra de cau-
ſa poſſeſſ. & proprie. & ibi gloſ.in uer. uacil-
17 laſſe. † Et eo maxime quia ſemper teſtes in
ſecunda & tertia diſpoſitione ſemper retule-
runt, primæ diſpoſitioni ad hoc ut non erra-
rent, prout ipſi dicunt. Ideo cum vſi fuerint
conſueta iuris cautela, ſemper eorum depoſi-
tioni ſtandum erit per iura vulgaria, & ut at-
18 teſtatur Gramm. dicto conſil. 23. † Nec po-
terit ex hac cautela teſtes dici contrarios ſibi
fuiſſe varios ſiue falſos. Et ideo vtar uerbis,
Gramma.dicto conſil.23.in fin. Solue te quę-
ſo domine Aduocate. Vlterius nec minus ob-
ſtat de uacillatione temporis, iuribus ſupe-
19 rius allegatis. † Et vltra ſupradicta dicit
Gramma. in dicto conſilio 41.nume.6. Quod
ſi teſtis dicat expreſſe, ſe non recordare de
tempore, quicquid circa tempus dicat, ap-
paret quod dubitatiue dicat, & non affirma-
tiue, & maxime quia multoties interrogatus
ſemper dicit non recordari, & excaneſcente
domino, prout in eius depoſitione habetur,
fecit illum uacillare. Quæ vacillatio, & ua-
riatio non officit dictum ipſius B. iuribus ſu-
per ius allegatis, eo maxime quia in facto, &
negocio principali ſemper firmat ſe. Inuen-
ta, &c. Et ex his videtur ſatisfactum motiuis
& exceptionibus dicti Aduocati, & crimen
atrociſſimum ſatis probatum, ex quo iuſtitia
exequenda eſt iuxta diſpoſita per Canones,
leges & ſtatuta.

Et ita dubij cauſa allegaui egò Ludouicus Alſerius de Cortona V. I. D. & iudex in hac cauſa.

Dictus A. ore proprio confeſſus fuit talem delictum perpetraſſe, & decapitatus fuit.

ALLEGATIO II.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum quod ſubiacet ciuitati nullam iuriſdictionem habet.*
2 *Ex quibus coniecturis cognoſcatur caſtrum eſſe ſub ciuitate.*
3 *Ciuitas non poteſt imponere collectas caſtro recomen dato, nec alia onera, quæ ſolent imponi à ſuperioribus.*
4 *Caſtrum quod non habet iuriſdictionem, ſtatuta condere non poteſt*
Amplia num. ſeq.
5 *Statuere eſt iuriſdictionis in ijs, quę pertinent ad cauſarum deciſionem.*
6 *Princeps confirmando ſtatuta cenſetur confirmare quę ſunt iuſta, & non vſurpatiua iuriſdictionis, & ſic dando licentiã ſtatuendi cenſetur dare de ſtatutis licitis.*
7 *Lege Iulia maieſtatis incurrit qui ſtatuta condit, cum non habeat iuriſdictionem, & per totum.*
8 *Bar. in l. omnes populi. nu. 14. ff. de iuſti. & iure, loquitur quando interuenit dolus malus.*
9 *Pœna apponi non poteſt in ſtatuto condito ab uniuerſitate alicuius caſtri, maxime quando non habebat iuriſdictionem condendi.*
10 *Soli Principi conceditur poſſe cogere ſubditos ſtare tacitos & contentos ſuę ſententię, vel aliorum.*
11 *Dolus malus quid.*

Spiritus omnipotentis Dei dirigat verba oris mei in viam veritatis & iuſtitiæ.

1 CAſtrum quod ſubiacet ciuitati, nullam iuriſdictionem habet. Bar. in l. 1. nume. 3. ff. de damn. infect. & in extrauag. qui ſint rebel. in uer. Lombardiæ, nume. 4. Boeri. deciſ.
2 320. num. 5. † Et quod caſtrum montis Prandoni, de quo nunc agitur, ſit ſub iuriſdictione Aſculana, & Sedis Apoſtolicæ, patet ex pluribus, & maxime ex his. Quia clarum eſt qđ dicta Magnifica ciuitas ibi mittit officiales ad gubernandum, & imponit etiam collectas, & alia onera, quæ ſolent imponi à ſuperioribus,
3 vt omnes ſciunt. † Quod ſi eſſet recomendatum, & regimine & poteſtate, hoc facere non poſſet ſecũdum Bart. in l. 1. nu. 5. C. de excuſa.
4 mune. lib. 10. † Et cum non habeat iuriſdictionem ſtatuta condere non poteſt. Bartol.
5 in l. omnes populi, nume. 3. ff. de iuſti. & iur. † Maxime ſuper deciſione cauſarum, tam ciuilium quàm criminalium: quia in hoc caſu ſtatuere eſt iuriſdictionis. Bartol. ubi ſupra Alexand. in l. 1. nume. 12. ff. de iuriſdict. omnium iudi. ubi ſchol. in litera E. In quo loco habetur quod Roma. conſuluit quod Piſani nõ poterant ſtatuere, & eſt ciuitas. Deci. in cap. quę in Eccleſiarum, nume. 12. uer. item non obſtat extra de conſtitut. Nec uidetur obſtare illud quod dicta vniuerſitas ex aliis allegat, videlicet ipſa poſſe reformare uigore ſtatuto-
6 rum ſuorum ſub rub. 3. lib. 1. † Quia reſpondetur, dato quod ſit, hoc non debere trahi ad ſtatutum ſiue reformãtiam iniquam, & uſurpantem iuriſdictionem alterius, quia Pontifex cenſetur dare licentiam, vt reformetur ſuper licitis, & iuſtis, non ex aduerſo. Et confirmando ſtatuta cenſetur confirmare, quæ ſunt iuſta & non ea quæ ſunt uſurpatiua iuriſdictionis, vt in ſimili dicit Iaſ. d. l. omnes populi. nume. 36. Franc. Rip. reſpon. 2. num. 5. tit. de conſtitu. & ſtatu. Alexã. conſ. 59. nu. 11. lib. 1. Deci. cap. Eccleſia ſanctæ Marię, nume. 16. circa medium, extra de conſtitutio. Et ex his apparet d. Caſtrum & uniuerſitatem non habere iuriſdictionem, & ſic nõ poſſe nec po-
7 tuiſſe ſtatuere nec reformare. † Et cum feciſſet, cecidit in legem Iuliam maieſtatis. l. 3. in in fin. ff. ad l. Iuli. maieſta. Bartol. d. l. omnes populi. num. 14. vbi Iaſ. nume. 35. ff. de iuſti. & iure. Areti. §. ius autem, nume. 5. in fin. inſti. de iure natur. Capici. deciſ. 130. nume. 21. & ſeq. Gigas in tracta. de crimi. læſæ maieſta. in rub. qualiter & à quibus crim. lęſæ maieſtat.
8 commit. quęſt. 55. † Et ſi per dictam uniuerſitatem diceretur quod Bartol. loquitur quando dicta reformantia fuiſſet facta dolo malo, & cauſa uſurpandi iuriſdictionis. Reſpondetur omnia iſta in hoc caſu fuiſſe, vt ex infra di-
9 cendis apparebit. † Nam in dicta reformantia patet homines dicti caſtri non poſſe ire ad aliũ locũ, quã ad deputatos ſub pœna ibi contenta, quę per dictũ conſiliũ apponi nõ poterat

rat

rát ſecundum Alexã.in l.1.nu.11.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. Dec. d.cap. quæ in eccleſiarum,nu. 12. Et poſtea ſubiungit quod omnes debeant ſtare taciti & contenti ad omne id quod determinabitur per dictos homines electos,tam in ciuilibus quàm criminalibus
10 cauſis, quod facere non potuit. † Cum ſoli Principi & aliis ſimilibus hoc ſit licitum ſecundum docto.in l.imperium.ff.de iuriſ. om. iudi. Et per hoc videtur quod iuriſdictio ſit uſurpata tã officialis loci qui repræſentat ſuperiorem,quàm ipſius ſuperioris,& aliorum officialium; quia timore dictæ pœnæ nemo iret ad aliũ, quàm ad dictos homines. Et quia dicto conſilio, ſiue parlamento clarum erat dictam curioſitatem pœnã mereri ob factionem reformãtiæ, cum uſurpaſſet iuriſdictionem. Ideo ſupradictam pœnam pro medietate Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ applicauit. Et vlterius dicit ſe hoc feciſſe pro bono pacis,& ad euitanda ſcandala, & propter paupertatem. Quòd non eſt dicendum cum per Maſſarios ſalarium fuit deputatum dictis hominibus. Et ſub hoc colore credidit decipere ſuperiores: & ſic apparet in dicta reforman
11 tia fuiſſe dolum malum. † Cum dolus malus nil aliud dicatur, quàm circumſcribendi alterius cauſa aliud agitur, & aliud agi ſimulatur. l.iuris gentium. §. pactorum,in fin.ff. de pact.

Et ex iſtis omnibus uidetur dicendum dictum caſtrum & vniuerſitatem non habere iuriſdictionem,nec poſſe ſtatuere, nec reformare. Et cum hoc feciſſet,uidetur incidiſſe in pœnam. l. Iuliæ maieſtatis: cum fecerit dolo malo,& cauſa uſurpandæ iuriſdictionem.

Et ita allegaui ego Ludouicus Alferius de Cortona Vtriuſ. Iur. Doct. & Prętor ciuitatis Aſculi.

ALLEGATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Plures vulnerantes aliquem pluribus vulneribus, de quibus moritur, nec ſcitur cuius ictu perierit, an omnes teneatur de homicidio, nu. 9. & per totum.*

2 *Multitudo quando delinquit pęna ordinaria non debet puniri,ſed mitius.*

Intellige habere locum, quando non communicato; & deliberato conſilio deliquerunt & ſic in rixa, & non appenſate, data opera, & habito tractatu.nu,10.

3 *Incertitudo excuſat à pœna ordinaria.*

Intellige quando unico lethali vulnere interuenit, & ignoratur à quo quia eo caſu extraordinarie puniuntur. nu.12.

4 *Sanctius eſt nocentem abſoluere, quàm innocentẽ condemnare.*

5 *Delinquens iuſto dolore motus mitius eſt puniendus. Intellige, vt nu. 15.*

6 *Conſilium deliberandi tollit nimius dolor.*

7 *Homo intenſo dolore permotus, non eſt in plenitudine intellectus.*

8 *Iuſtum dolorem difficillimum eſt temperare.*

11. *Percutiens aliquem in capite cenſetur velle occidere.*

13 *Si conſulto plures fuerint hominem aggreſſi, & unico tantum vulnere ipſe mortuus ſit, tenentur omnes de homicidio,etiam qui non percuſſerint.*

14 *L.abſentem.ff.de pœnis quando procedat.*

15 *Verba inquiſitionis ſunt conſideranda, in uerſ. tamen.*

16. *Statutum ciuitatis habet locũ etiam in caſtris & villis quę ſubſunt illius ciuitatis, quando per ſtatutum loci aliter non eſſet prouiſum.*

17 *Conſtitutio Marchię Anchonę contra bannitos ſeruatur in toto ſtatu eccleſiaſtico.*

18 *Statuta diſponentia bannitos poſſe impune occidi non habet locum, quando occiſus fuit bannitus propter capitales inimicitias, & non per publicam uindictã, & ſic non zelo iuſtitię,ſed rãcore inimicitię, quia hoc caſu occiſor punitur.*

Spiritus omnipotentis Dei dirigat verba oris mei in viam veritatis & iuſtitiæ.

1 QVæritur ſi aliquis vulneratus pluribus vulneribus ſibi datis p plures,& moritur, nec ſcitur cuius ictu perierit, an omnes teneantur de homicidio, & uidetur dicendum quod non. (Folle.in prac. crimin. cano. in 2.
1 par. iudi. in uer. uel homicidiũ. 10. uerſ. quartus caſus.)

2 Primo, quia quando multitudo delinquit non debet puniri pęna ordinaria, ſed mitius. cap.4. uerſ.ſi uero. extra de cleric. excommu. miniſtr. gloſ. in cap. 2. in uer. multis. de reſcrip. in 6.can. vt conſtituerunt,in fin. 50. diſtin. gloſ.in can. fin.in uer. uenia. 4. diſtin. Tiraquel.in tract.de pęn. cau.47.per totum. Auguſt.in addi. ad Angel.in tracta. malefi.in uer. & dictus Titius. Folle.in practi. crimin.in uer. pœnis debitis feriatur. nume. 35. in 4. parte princip.

3 Secundo ob incertitudinem ſunt puniēdi
pœna extraordinaria. Ancha. conſ. 216. Alex.
conſ. 15. lib. 1. Marſ. conſ. 110. & Afflit. in con
ſtit. Neapoli. lib. 1. rub. 13. nu. 27. ad fi. q. Quia
ſanctius eſt nocētē abſoluere quā innocentē
condemnare. l. abſentem. ff. de pœn. Aleia. in
tracta. præſump. regu. 3. præſump. 44. num. 4.
Deci. in l. fauorabiliores, nu. 6. vbi Cagno. ff.
de reg. iur. Couar. lib. 1. variar. reſol. cap. 1. nu.
2. uerſ. quarto, etiam iudex.
5 Tertio propter iuſtum dolorem cauſatum
ex offenſione proditorie facta, & ſine cauſa
Vincentio patre, & patruo reſpectiue, ex qua
offenſione & percuſſione in capite, cum ſpa-
done, & alijs vulneribus in aliis partibus ſuæ
perſonę inquiſiti cogitauerunt eum mortuū.
Et quando aliquis delinquit iuſto dolore mo
tus mitius eſt puniendus. l. aut facta. §. cauſa.
ff. de pœn. & l. ſi non cōuiuii. C. de iniur. can.
ſi quis iratus, & ibi gloſ. 2. q. 3. Roman. ſingul.
6 510. † Cum nimius dolor tollat deliberandi
conſilium. Bald. in cap. 1. §. ſi uero, il primo,
7 in fin. tit. de pace iura. firm. † Et homo inten
ſo dolore permotus non eſt in plenitudine
intellectus. l. Graecus. C. ad l. Iul. de adulter.
Roman. ſing. 3. Alexand. conſil. 76. colum. 1.
lib. 1. & conſi. 109. colum. 3. verſ. & ad hoc al-
lego d. lib. & conſ. 140. in fin. pen. & ult. col.
8 & conſil. 24. colum. 2. lib. 2. † Quia difficilli-
mum eſt iuſtum dolorem temperare. l. ſi adul
terium cum inceſtu. §. Imperatoris. ff. ad l. Iul.
de adulte. & eſt ſing. vt per Aretin. conſil. 34.
viſis diligenter ante fin. Gramma. uoto 23.
num. 13. in fin. & ſeq. Coraſ. lib. 1. miſcel. c. 8.
nume. 1. late Tiraq. d. tract. de pœn. cau. 1. per
totum Petr. Duenas. lib. 1. regu. utr. iur. regu.
292. limi. 1. uerſ. in quo notandum. (Vide Fol
le. pract. crimi. ciui. in 4. par. prin. in uer. pœ-
nis debitis feriatur. nu. 25. Fran. Mar. q. delfin.
504. nu. 17. In fi.)
9 Sed his non obſtantibus in contrarium eſt
veritas, & omnes tenētur de homicidio. l. ite
mela. §. ſed ſi plures, uerſ. ſi plures. & l. ita vul
neratus. uerſ. idque. ff. ad l. aquili. glo. in l. ſi in
rixa, vbi Bart. nu. 10. verſ. ſi uero non poteſt.
ff. ad l. Corn. de ſicar. Gramma. conſi. crimi. 4.
per totum. Carrerius in pract. crimi. tit. de ho
micid. §. 2. nume. 69. Cardin. Ana. & Fely. in
cap. ſignificaſti, el 2. extra de homici. Dec. in
l. ſemper in obſcuris, num. 5. ver. ſecundo fal-
lit. vbi Cagno. nu. 23. ff. de regu. iur.
10 Nec obſtat modo primum fundamentum
in contrarium adductum. Quia reſpondetur
habere locum, quando non communicato,
& deliberato cōſilio deliquerunt, ut per Fol-
le. dicto loco, nume. 35. Et ſic in rixa, & non
a ppēſate, data opera, & habito tractatu. Mar
ſi. ſing. 217. ter vel quater, in fin. Prout om-
nia in caſu pręſenti interuenerunt. Et quod
appenſate, data opera, & habito tractatu id
fuerit factum apparet, quia eodem tempore
poſt offenſam factum patri & patruo omnes
exiuerunt de ciuitate, & ſi non ſimul, ſatis eſt
quod in itinere conuenerunt, & ſequuti fue-
runt d. offendentem, & inuentum a ciuitate
diſtantem quinque miliaria, vulnerauerunt
pluribus vulneribus, de quibus poſt paucos
dies ſuum diem clauſit. quare per acta ſimul
reuerſi ſunt, & quaſi ſemper vna ſteterunt, &
11 ad præſens ſtant. † Quod habuerint animum
occidendi clare conſtat, quia vulnerauerunt
in capite cum ferro, & non haſta. Et quando
aliquis percuſſit aliquem in capite cenſetur
voluiſſe occidere. Et non ſolum quando per-
cuſsit cum ferro, ſed etiam cū baſtone. Gram.
uot. 23. nu. 10. Et per totum, & deciſ. 17. Fol-
le. ubi ſupra, nume. 37. & ſeq. Nec etiam tot
vulnera dediſſent, ſi talem animum non ha-
buiſſent.
12 Nec etiam obſtant ſecundo loco adducta.
Attento quod docto. illi loquūtur quādo vni-
co lethali vulnere interuenit, & ignoratur à
quo, quia eo caſu extraordinarie ſunt puniē-
di. Hippo. in rub. C. de probat. nume. 418. Pa-
riſi. conſ. 148. nume. 3. lib. 4. vbi de communi.
Carreri. d. pract. crimin. tit. de homici. §. 2. nu-
me. 75. Deci. d. l. fauorabiliores. nume. 6. ff. de
reg. iur. Iodo. Dumber. Enchiri. crim. cap. 76.
nume. 24. Tiraq. d. tract. de pœn. cau. 63. & ita
intelligit Couar. in relecti. clem. ſi furioſus.
§. 2. in 2. par. nume. 4. in fin. & ſeq. (Folle. in
pract. crimin. in 4. par. princ. in uer. pœnis de-
bitis, nume. 26.) Sed in hoc caſu vulneratus
fuit mortuus pluribus vulneribus lethalibus
merito, &c.
13 Item poteſt reſpondere quando non con-
ſulto & animo deliberato. Quia ſi conſulto
plures hominē fuerint aggreſsi, & ipſe vni-
co tantum vulnere mortuus ſit, tenētur om-
nes de homicidio. Et qui non percuſsit. Bart.
d. l. ſi in rixa. colum. 1. ff. de ſicar. ubi Ang. &
Cyn. Addi. ad conſ. Alex. 15. lib. 1. Gramma.
d. conſ. 4. Carreri. d. §. crim. titu. de homici. §.
2. num. 68. 75. & §. 6. nume. 445. Dumber. vbi
ſupra nume. 27. Couar. d. loco, num. 3. credit
eſſe communem opinionem. Quanto magis
in caſu præſenti, vbi tot vulnera interuene-
14 runt? † Nō obſtat etiam d. l. abſentem, quia
procedit

procedit quando vnus delinquit, & alter nõ: ſed quando omnes deliquerunt, ut hic, & nõ æqualiter omnes puniuntur, quia innocẽtes non poſſunt appellari. glo. ad uerbum, in cap. cupientes. §. cęterum in uer. qui culpabiles de
15 elect. in 6. † Non obſtat etiam ultimo loco adducta, quia procedunt quando incontinẽti fit, & ſic in rixa, & non appenſate, & poſt duas horas, & ex interuallo, prout ex lectura dictorum doctorum apparet. Concludendũ eſt igitur dictos delinquentes omnes teneri de homicidio, & vt homicidæ ſecundum formam iuris puniendos. Tamen conſiderãda ſunt verba Inquiſitionis prout animaduertit Bart. d. l. ſi in rixa. nu. 11.

16 Ad ſecundum quod ſtatutum Ciuitatis Peruſiæ ſub lib. 3. cap. 134. colum. 1. ad fi. habeat locum etiam in Dominio Illuſtriſsimi Do. Aſcanci Cornei, dato quod ibi non prouideatur, tenet Roman. conſ. 218. pręſens caſus, in prin. per §. fin. in fin. inſtitut. de ſatiſda. Alexan. conſi. 151. viſo, colum. 2. lib. 2. verſ. præſuppoſitis, & uerſ. & dico. (Vide ſupra Alexand. conſ. 56. nume. 29. Calcſat. conſi. 104. nume. 1. quod conſilium eſt in primo tomo. conſ. crimi. diuerſorum doctorum.) Et quando per dictum ſtatutum non eſſet prouiſum Bannitos poſſe impune occidi, adeſt conſtitutio Marchiæ Anconę, lib. , , cap. .
17 † Quę ſeruatur in toto ſtatu Eccleſiaſtico, & Bulla Clementis VII. innouata per Pium
18 IIII. † Sed aduertendum eſt ſtatutum, conſtitutio, & Bulla quę loquitur Bannitos poſſe occidi, non habere locum quando bannitus occiſus fuit propter capitales inimicitias, & non per publicam uindictam. Bart. in l. nulla. vbi Addi. Alex. C. de delato. lib. 10. Sequitur. Ludo. Rom. in l. ſiquis in graui. §. vtrum. nu. 3. ff. ad Syllani. late Paul. Paris. in cap. dilecti, nume. 25. de exceptio. Et ſic non zelo iuſtitię, ſed rancore inimicitiæ. Lucas de pen. in l. 1. colum. 24. uerſ. vel dicas. C. publicę læti, uel conſulum, lib. 12. Ioan. Cephalus, conſ. 35. in cauſa fiſcali. num. 22. lib. 1. Aduertendum eſt etiam quod conſtitutiones & Bullę loquãtur de bannitis propter homicidium, & non per conuenticulam, & inſultum domi factum cũ armis, prout in caſu præſenti.

Et ita, ego Ludouicus Alferius de Cortona V. I. D. contra Gherardum fratrem meum amantiſſimum allegaui hac de cauſa, vt Eccellentiſſimi DD. Aduocati tranſeuntes per cõtraria ferro uiam aperiant ſaluo, ſemper, &c.

Illuſtriſſimus Do. Aſcaneus Corneus, vti Iudex delicti commiſsi in ſuo territorio, qui pręuenit, omnes abſoluit a pęna homicidij & condemnauit in pœnam pecuniariam, banniendo illos ad beneplacitum à ſuo ſtatu.

Fuerunt poſtea coacti ſe conſtituere Florentiæ, tamquam ad iudicem originis, & domicilij ambarum partium, & tandem à pœna mortis fuerunt liberati, & in pecuniam condemnati. Relegando Gherardum cũ duobus aliis per quadriennium in turri Volaterrana, vti principales. Cæteri duo per annum à Ciuitate Cortonę fuerunt banniti. Qui poſt fuerunt gratiati non habita pace intercedẽte pro ipſis Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo D. D. Zacharia Delphino Cardinali, & Dom. meo colendiſsimo.

ALLEGATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Forma data à ſtatuto in celebrandis contractibus minorum eſt ſubſtantialis, & obſeruari debet ad vnguem.*
2 *Actus eſt nullus quando omittitur forma data à ſtatuto.*
3 *Forma data à ſtatuto eſt indiuidua.*
4 *Statutum requirens certam formam & ſolemnitatem in contractu, aliàs non appoſita, procedit annullando, tunc per quamlibet minimam omiſſionem redditur nullus.*
5 *Statutum requirẽs inſinuationem nõ ſufficit quod per iudicem mandatum ſit inſinuari, ſed quod ſit facta inſinuatio.*
6 *Inſinuari non poteſt inſtrumentum poſt iudicium inchoatum, & quando pronuncia de inſinuando fecit tranſitum in iudicatum.*
7 *Iuramentum ſupplet omnem defectum.*
Limita non habere locum quando per aliquam diſpoſitionem ſiue ſtatutum requiritur alia ſolemnitas, quàm iuramentum in aliquo actu.

Spiritus omnipotentis Dei dirigat verba oris mei in viam veritatis & iuſtitiæ.

VISO ſtatuto Ciuitatis Aſculi, ſub Rub. 1. lib. 1. Et conſtitutionibus Marchiæ, in lib. 5. cap. 25. quibus in locis traditur forma, quę debet eſſe in contractibus, & remiſsiõibus minorũ. Et inter alia ſolemnia requiritur inſinuatio

1 in actis facienda, † quæ forma ſic data videtur
ſubſtantialis. Bald. in l. compartimus, in 3. q.
in fin. C. de fide inſtrumen. Deci. conſ. 434.
num. 2. Et debet obſeruari, vt in argumẽtum
videtur facere text. in l. qui per ſalutem. ff. de
iure iurand. Alexan. & alij in l. 1. ff. de liber. &
poſthum. Et ad unguem debet ſeruari, ut per
Deci conſ. 531. nu. 2. Franc. Rip. reſpõſ. 13.
2 titu. de iure natur. genti. & ciui. nume. 14. † Et
ſi hoc non fieret, actus eſſet nullus. Alexã. in
l. ambiguitates, num. 2. C. de teſti. & eſt com-
munis regula, de qua per Deci. conſ. 532. nu-
3 me. 3. Si ergo talis forma ad unguem debet
ſeruari cum ſit indiuidua, vt per Dec. d. conſi.
532. nume. 3. aliàs ſit actus nullus, vt ſupra
videtur poſſe dici quod cum in iſto cõtractu
pacis ſit omiſſa inſinuatio quæ eſt de ſub-
ſtantialibus, talis contractus uidetur nullus
authoritatibus ſupra adductis.

4 Nec obſtare uidetur, ſi diceretur, quod per
iſtam leuem omiſſionem contractus præfa-
tus non debeat reddi nullus. Quia reſpondetur quod quando ſtatutum requirit certã formam & ſolemnitatẽ, aliàs non appoſita procedit annullando, tunc per quamlibet minimam omiſſionem redditur nullus; quia forma eſt indiuidua, vt ſupra l. ueritas, vbi Docto. C. de fideicommiſſ. Alexand. in l. ſi is qui quadraginta. ſ. quædam. nume. 2. ff. ad l. falcid. Deci. conſil. 10. nume. 2. licet iſta ſolemnitas omiſſa ſit breuis. docto. in d. l. 1. ff. de libe. & poſthum. Fely. in cap. quoniam contra, col. 5. uerſ. ſi tamen, ſtatutum extra vt lite non conteſt. Deci. conſ. 429. nume. 9. & 466. num. 13. & 617. nume. 7. & ſeq. Cum ergo ſit omiſſa, merito poteſt dici actus nullus.

5 Nec etiã videtur obſtare ſi diceretur quod mandatum fuit inſinuari. Quia reſpondetur quod Conſtitutio, & ſtatutum non requirit quod mandatum ſit inſinuari, ſed quod inſinuetur in actis, quod factum non fuit, quia ſi hoc eſſet, inueniretur apud acta Dom. Ioan. Andreæ, cui commiſſum fuit inſinuari.

6 Et ſi diceretur quod etiam poteſt inſinuari, videtur poſſe dici nunc non poſſe, quia iudicium eſt inchoatum, & dicta pronuncia Reuerendiſſimorum fecit tranſitum in rem iudicatam, vt per Corn. conſ. 221. colum. 2. lib. 1. Et per hoc uidetur quod amplius fieri non poſſit.

7 Vltimo ſi diceretur quod iuramẽtum ſupplet omnem defectum, ut per Cagno. in l. 1. nume. 28. C. de pactis. Franc. Rip. reſponſ. 1. nume. 9. titu. de tranſact. Franc. Mar. quæſt. delfin. 326. nume. 5. Cui reſpondetur non habere locum in hoc caſu cum ultra iuramentũ talis ſolemnitas requiratur, vt de communi Cur. iuni. conſ. 141. in fin. Et pro nunc cum his pertrãſeo maxima cum expectatione reſolutionis tamquam ab uberrimo fonte noſtræ legalis Philoſophiæ.

Ludouicus Alferius V. I. D. & Prætor Ciuitatis Aſculi.

ALLEGATIO V.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria præſcribitur ſpacio 10. an. quando tertius poſſidet.*
Intellige vt num. 2. & ſeq.
2 *Intell. ad gloſ. cum notiſſimi. C. de prçſcri. Ioan. And.*
3 *Excuſſio principalis debitoris requiritur priuſquam deueniatur ad tertios.*
4 *Promittens aliquam rem ſcit ad eum perſoluendã eſſe obligatum.*
5 *Mala fide poſſidet qui vel debiti ſcientiam, vel rem alteri debitam, ſcienter detinent.*
6 *Malæ fidei poſſeſſor non poteſt nullo unquam tempore præſcribere.*
7 *Mala fides authoris nocet etiam ſucceſſori.*

Ieſus Chriſtus.

EXCELLENTISSIME Domine. In cauſa quę vertit inter Carolum & Seraphinum occurrũt aliqua dubia, & maxime contra Carolũ. Quæ ſunt infraſcripta, videlicet, Excellentia ſua diciturin reſponſionibus ad petitionem d. Seraphini, quod cũ Carolus poſſederit Domum, per quindecim annos & vltra iuſto titulo & bona fide, d. Seraphinus non poterat agere actione hypothe-
1 caria. † Qui a d. actio prçſcribitur ſpacio 10.
ann. quando tertius poſsidet. glo. in l. cum notiſsimi. C. de prçſcrip. 30. ann. Iaſ. in §. itẽ Seruiana nume. 122. inſti. de actio. Guid. Pap. q. delfin. 432. nume. 16. Afflit. deciſ. 139. & late
2 Balb. in tracta. prçſcrip. 4 par. 4. par. prin. q. 3. †
Quia reſpondetur quod gloſ. & iura quæ dicunt hypothecariam tolli ſpacio 10. ann. loquuntur eo tempore quo erat licitum creditori agere contra tertium poſſeſſorem ante-
3 quam fieret excuſſio contra principalem. †
Sed cum hodie ſit neceſſe excuſsionem fieri

priuſ-

priuſquā deueniatur ad tertios, vt per authē. hoc ſi debitor. C. de pigno. & Hypo. Aymon. Grauet. conſ. 201. Ideo non uidetur habere locum ante excuſsionem, ſed tēpus præſcriptionis eſt conſiderandus quando fuit facta excuſsio contra principalem, & repertus nō ſoluendo. Afflit. d. deciſ. 139. num. 7. Et iſta opinio eſt valde ęqua & iuſta, ut per Alexan. conſ. 58. num. 9. lib. 5. Et dicit Ioan. Crot. in repeti. l. ſi is qui pro emptore in 3. colū. pen. char. ff. de vſucap. opinionem iſtam Alexan. ſeruari in practica, & non habere cōtradictorem. (Addit. contraria opin. eſt uerior, vt per eundem Alex. conſ. 220. lib. 6. Cagno. in proœm. ff. orum. nu. 213. Grauet. conſil. 263. col. fi. in prin. Arius Pinel. in authē. niſi triēnale, num. 48. C. de bonis mater.)

4 Vltimo pro nunc conſidero quod authores. d. Caroli cum promiſiſſent dotem ſ. Seraphino ſciebant ad eā perſoluēdam eſſe obligatos. l. ſcire debuiſti. C. de contrahen. & cōmit. ſtipu. ibi alicuius rei ſoluendę. Igitur poſt dotis cōſtitutionem ſciebat ſe rem alteri debitum detinere. Vnde ſubintrat communis

5 omnium doctrina. † Eum videlicet mala fide poſsidere qui uel debiti ſcientiam, vel alteri rē debitam ſciēter detinet, l. ſi fundum veſtrū. C. de rei uendi. Bartol. in l. Celſus. nu. 18. ff. de uſucap. Boeri. deciſ. 328. nu. 2. verſ. & ideo licet. Grauet. conſ. 116. nume. 6. Cardin. Pa-

6 ri. conſ. 92. num. 27. lib. 3. † Et cum ſint in mala fide, non poſſunt vllo unquā tempore pręſcribere. cap. fin. extra de præſcrip. cap. poſſeſſor malæfidei, de reg. iur. in 6. Firmata ſic iſta opinione quod iſti authores ſint in mala fide,

7 † videtur quod iſta mala fides noceat etiam ſucceſſori, ut auth. malæfidei. C. de præſcrip. longi tempo. Alex. in l. Pomponius. §. cūque, vbi Iaſ. colum. pen. ff. de acquir. poſſeſſ. Guid. Pap. quæſt. 416. num. 10. Couar. in relectio. cap. poſſeſſor malæfidei, in 2. par. §. 9. num. 7. & late Balb. in tracta. præſcript. 2. part. 3. part. princip. quæſt. 12. ſub nume. 11. vbi de communi.

Ludo. Alfer. de Cortona V. I. Doct. & Prætor Aſculi.

ALLEGATIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Dos eſt aſsignanda filiabus pro modo facultatum patris & dignitate natalium.*
2 *Dos imputatur in legitima, & ſuccedit loco Alimentorum.*
3 *Dos minus legitima non eſſe debet.*
4 *Legitima munuſcula portio appellatur.*
5 *Filia debet dotari ad minus uſque ad legitimam.*
6 *Supplementum dotis peti per filiam quando dos fuit minus legitima: etiam ſi d. filia renunciaſſet bonis paternis & maternis.*
7 *Filia dotata à patre an poſſet petere ſupplementum dotis, vſque ad num. 12.*
8 *Patri opponi non poteſt filiam incompetenter dotaſſe.*
9 *Patri quod viſum fuit competens, alteri incompetens videri non debet.*
Nullus Amor uincit paternum d. num.
10 *Filia reperta indotata poſt mortem patris debet dotari à fratre ad minus vſque ad legitimam.*
Filia nupta non debet eſſe deterioris conditionis quā innupta. d. num.
11 *Vbi eſt eadem ratio, eadem iuris diſpoſitio eſſe debet.*
13 *Ius petendi ſupplementum dotis quanto tempore pręſcribatur. Bart. in l. ſi quis filium. num. 3. C. de inoffi. teſta. communiter eſt reprobatus. d. nu.*
14 *Bona quę erant in hęreditate patris cenſentur tacitè obligata propter legitimam ratione naturę debitam.*
15 *Quæſtio an per ſtatutum poſsit tolli legitima à ducentis annis citra agitata eſt.*
16 *Leges & ſtatuta debent dare formam futuris negocijs non pręteritis.*
17 *Ius quæſitum per ſtatutum tolli non debet.*

Adſit Dominus.

Excellentiſsime Domine, in cauſa quæ in curia iſta uertit inter. q. Iſabettam ex una & Ser Innocētem ex altera dubia aliqua occurrunt contra d. Ser Innocentem. (Add. in materia huius dubij, vide Corn. cōſ. 115. lib. 3.)

1 Et primo præmittendum eſt quod dos eſt aſsignanda filiabus pro modo facultatum patris & dignitate natalium. l. cum poſt gener. l. quęro, ff. de iure doti. l. filię pater. ff. de leg. 3. Bart. in l. 1. nume. 14. & in l. ſi conſtāte, nu. 31. ff. ſol. matri. ubi docto.

2 Secundo dos iſta imputatur in legitimā. l. qm nouella. C. de inoff. teſta. Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. nume. 6. ff. de cōditio.

ditio. & demonſtra. Iaſ. in rub.ff.ſolut. matr. nume,3. Cutt.iun.l.pactum dotale,nume,22. C.de collatio. & eſt communis opinio, de qua per Boeri. deciſ.104. nume. 11. & 12. & deciſ.62.nume.6. Capic.deciſ.158.nume. 3. Socci. conſ.25. uel 257. colum.7.uerſ.4. probatur,lib.1.vbi,in col.6.uerſ 3. habetur quod ſuccedit etiam loco alimentorum.

3 Tertio & vltimo d. dos minus legitima eē non debet ſecundum magis communem opinionem de qua per Deci. conſ. 181. nume.5. & 277.num.2.& 379.nume.14. Alexan.conſil.69. in primo dubio, lib. 1. Catel. Cot. in

4 memora. in uer.dos congrua, † quia legitima minuſcula portio appellat. l.ſi quis teſti.lib.1. ff.de inoffi.teſtam. Boeri.deciſ.3.nu.12.

5 His ſic præmiſsis uidetur dicendum dictā Dominam Iſabettam debere dotari uſque ad legitimam attento maxime quod in proceſſu

6 non probatur ipſum habuiſſe dotem.† Et dato quod habuerit debet dari ſupplementum uſque ad dictam quantitatem, etiamſi renunciaſſet omnibus bonis paternis & maternis, cum appareat enormiſſimam læſionem, vt in proceſſu eſt uidendum, & ita conſultum fuit per ſupradictos conſulentes. Et per docto. in l.2.C.de reſcin.uendi. Alci.in tract.præſcrip. reg.1.præſump.2.nu.8. & infra nu.12.

7 Non obſtat primo ſi allegaretur pro parte d. Ser Innocen. dictam Iſabettam non poſſe petere dictum ſupplementum dotis, tamquā dotata à patre, cum in iſto caſu non habeatur

8 reſpectus ad patrimonium, † quia ipſi patri non poteſt opponi eam incompetenter dotaſſe cum ipſe videatur melius, quàm alius capere cōſilium pro filio. l.nec in ea.ff.de adulte. Alci.de præſumpt.regu.1.præſumpt.2.nu-

9 me.1. † Et quod patri viſum fuit competens alteri incompetens videri non debet. Quia nullus amor vincit paternam.l. fin. in princ. C. de curato. furio. Ad hoc reſpondetur qđ non probatur patrem ipſam dotaſſe,& ſi probaretur non per hoc iſta opinio uendicat ſibi locum, quia ſequitur inæqualitas inter filias.

10 † Quia ſi altera filia reperta eſſet indotata poſt mortem patris, deberet dotari à fratre, ad minus uſque ad legitimam, ut per ſupradictos conſulentes ſupra num.3. Quia non debet etiam deterioris conditionis filia nupta, quàm innupta, ex quo pari modo utraque excluditur à ſucceſſione uigore ſtatuti quod in caſtro illo ante mortē patris erat, à qua quidem excluſione cauſatur augmentum dotis

11 uſque ad legitimam, vt ſupra.† Vnde cum ſit eadem ratio in vtraque, idem ius debet habere locum.l. illud.ff.ad l.aquili. Deci.d.conſil. 277.nu. 2.

12 Secundo non ſubſiſtit d. opinio quod filia dotata à patre non poſſit petere ſupplementum, quia illa non vendicat ſibi locum data enormi læſione. Deci.conſi.180.nu.2.& ſupra nu. 6.

13 Tertio non obſtat ſi diceretur ius iſtud petendi ſupplementum eſſe præſcriptum, cum ſint tranſacti quinque anni, per quod tempus videtur quod præſcribatur ſecundum Bart. in l.ſi quis filium, num. 3.C. de inoffi.teſtam.& in conſi. 14. nume.1. lib. 1. Quia reſpondetur quod communis in contrarium ſe habet, ut per ſchol. ad Barto.d.l.in litera F.& Deci. conſ.304.nume. 2.Boeri. deciſ.250.nume.1. & ſequen. Rip.in l.fin.nume.235.C.de reuocan.don.

14 Quarto non obſtat ſi diceretur ipſum non teneri ad reſtituendum dicta bona, cū tertius poſſeſſor ſit. Quia ad hoc dicitur quod iſta bona erant in hęreditate patris tempore ſuæ utæ, quæ videntur tacite obligata propter legitimam ratione naturę debitam, l.cur ratio. ff. de bonis damnat.l.ſcriptum.in princ.ff.unde liberi.

15 Vltimo non obſtat ſtatutum factū ſub anno 1552. per quod tollitur dictum ſupplemētum, quia reſpondeo. Et relinquendo illam quæſtionem, an per ſtatutum poſſit tolli legitima, quæ à ducentis annis citra agitata eſt, vt dicit Socci.in conſ.150. lib.1.idem Alci.de pręſump.reg.1. præſump.8.num.3. quod hoc non nocet iſti Iſabettę: quia fuit conditum d. ſtatutū poſtquàm ipſa nuptui fuit tradita, & poſt mortem ſui patris, & cum hoc ſit, non

16 poteſt, nec potuit ei pręiudicare. † Quia daret formam pręteritis negociis, non futuris, & eſſet contra regulam, gloſ.in clemē. ut hij qui.in uer.in poſterum de ętate & qualita. & textum expreſ. in l. leges la 2. C.de legi. & c. fin. extra de conſtituti. Fran. Rip.in rub.ff.ſo-

17 lut.matri. nu. 30. † Et tolleret ius quęſitum quod non eſt dicendum. Attento maxime quod in copia dicti ſtatuti quę apud acta eſt apparet conſultorem ſeu proponentem, conſuluiſſe quod in futurum non poſsit peti dictum ſupplementum per nullam perſonam: Et per hęc uerba clare patet mentem d. conſultoris fuiſſe ne fieret alteri pręiudicium, & tolleret ius quęſitum. Et vlterius ante confirmationem de dicto ſtatuto factam à Magnifica Ciuitate Aſculi, Aſtolfus uir d. Iſabettæ

prote-

proteſtatus fuit ne hoc fieret in ſui præiudicium.

Et pro iſtis omnibus videtur d. Iſabettæ debere dari totam dotem, cum nihil habuerit, & non debet remanere indotata, maxime cum non appareat iuſta cauſa, & ſi aliquod habuerit poſſe petere ſupplemẽtum, cum ſit dotata minus legitima & enormiter læſa. Et hic ſufficiant pro nunc.

Ludouicus Alſerius de Cortona I.V.D. & Aſculi prætor.

ALLEGATIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus petere poteſt vxorem ſibi reſtitui ad triennalem cohabitationem, etiam ſi poſſeſſorio interdicto videatur renunciaſſe.*

2 *Triennalis cohabitatio quare introducta.*

3 *Frigiditas quę matrimonij legi ac vinculo aduerſatur eſt difficilis probationis.*

4 *Ius triennalis cohabitationis ceſſat quando frigiditas ſiue impotentia mariti probari comode poteſt.*

5 *Matrimonium pronuntiatur nullum quando frigiditas ſiue impotentia cõmode probari poteſt.*

6 *Vir poteſt petere mulierem deponi in loco tuto & honeſto ad hoc, vt liber poſſit habere conſenſus.*

7 *Iudex non requiſitus poteſt, ſi expedire uidebitur mulierem deponere in domo libera, tuta, & honeſta.*

8 *Depoſitum ſupradictum non eſt neceſſario faciendum in aliquo monaſterio.*

9 *Matrimonium an poſsit dici nullum ex eo quia mulier ignorauit diſpenſationem petitam, & obtentã à ſummo Pontifice, videlicet: vt licet non obſtante conſanguinitatis impedimento matrimonium contrahere, uſque ad nu. 17.*

10 *Matrimonium ex quibus conſtat.*

11 *Conſanguinitas non impedit conſenſum, & nu. 16.*

12 *Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex matrimonio contracto inter conſanguineos, & qua ratione. ibidem.*

13 *Impedimentum publicę honeſtatis non oritur ex matrimonio nullo ex conſenſus defectu.*

14 *Impedimentum publicę honeſtatis oritur ex ſponſalibus de futuro, modo fuerint ex conſenſu contracta.*

15 *Ignorantia diſpenſationis obtenta non impedit matrimonium.*

17 *Cap. 1. in prin. de ſponſa. in 6. loquens in ſponſalibus habet etiam locum in matrimonio.*

18 *Matrimonium an debeat diſſolui quãdo maritus propter eius impotentiam non poteſt corrumpere vxorẽ adhuc virginem, licet cum alia quæ uirgo non ſit coire poſſet. uſque in fini.*

19 *Matrimonium eſt nullum quando mulier adeò arcta eſt, vt abſque mortis periculo per inciſionem reſerari non poſsit, ſecus ſi matronarum arte apta reddi poſſet.*

SPiritus omnipotentis Dei dirigat uerba oris mei in viam veritatis & iuſtitiæ. In hac de matrimonio controuerſia, paucis agam reſpõdendo ad eas, quæ propoſitæ ſunt dubitationes, ſimul & ad alias, quas ex familiari Illuſtriſsimi ac Reuerẽdiſſimi Domini mei Epiſcopi colloquio intellexi.

AD primam cum ipſe non legerim petitiones iudici oblatas à Domino A. vel eius procuratore, nec commiſſionis formam, non poſſum plane reſpondere an poſſit ipſe petere reſtitutionem Dominę B. ad cõiugalem cohabitationem, ea ratione quod fuerit ſpoliatus. Vel an ſit eo iure priuatus & excluſus.
1 Duo tamen aſſeuerare non dubito. † Primũ poſſe Dominum A. etiam ſi poſſeſſorio interdicto videatur renunciaſſe petere. Dominam B. ſibi reſtitui ad triennalem cohabitationem iuxta Cęleſtini, & Innocentij III. reſponſa in cap. laudabilẽ, & cap. fraternitatis
2 de frigidis. † Hæc etiam triennalis cohabitatio à iure pontificio inſtituta fuit, non ratione poſſeſſionis nec interdicti poſſeſſorii, ſed ad inueſtigandam certius frigiditatem quæ
3 matrimonij legi ac vinculo aduerſatur. † Cũ ea ſit difficillimę probationis: atque ideo nõ ceſſat hoc remedium etiam ſi agere alter coniux non poſſet poſſeſſorio recuperandæ in-
4 terdicto. † Quod ſi frigiditas, & impotentia domini A. alioqui probari comode poſſet, ius cohabitationis triennalis dubio procul ceſſa-
5 bit. † Et matrimonium nullum iuſte pronuntiabitur ex eiuſdem Cęleſtini decretali reſpõſo in d. cap. laudabilem.
6 Poterit etiam dominus A. iure optimo petere dominam B. in loco honeſto ac tuto deponi, vt libere valeat proprium conſenſum, atque alia de quibus à iudice hac in cauſa rogari debet uere explicare, quod Alexan. III. reſpondit in c. cum locum, de ſponſa. (Ang. de Caſtro in lib. 1. conſ. matrim. diuerſorum
7 doct. conſ. 31. nume. 10. & 17.) † Immo & iudex ipſe, ſi uiderit hanc controuerſiam depoſitum

ſitum hoc exigere ad eius faciliorem cogni-
tionem, ac diſfinitionem poterit non requiſi-
tus dominam B. in domo, vt diximus hone-
ſta & tuta, liberaque ab omni ſuſpicione ex
officio deponere, ex iuriſconſulti ratione in
l. 3. ff. de libero homi. exhib. Paul. Caſtren. in
conſ. 127. lib. 1. cui ſubſcribit Aym. Sauellia-
nus conſ. 190. vt opinor. in primo reſponſo-
rum libro. (Georg. in de Præ. in lib. 1. conſil.
matri. diuer. doct. conſ. 42. nu. 8. & 9.)

8 Hoc vero depoſitum non eſt neceſſario fa-
ciendum in aliquo monaſterio; ſatis enim eſt
dominam B. in honeſta domo deponi.

9 Ad ſecundum reſpondendum eſſe cenſeo
matrimonium contractum inter dominũ A.
& dominam B. non eſſe ex eo nullum quod
dominã B. ignorauit tempore contractus di-
ſpenſationem petitam & obtentam fuiſſe à
Summo Pontifice, vt liceret eis non obſtãte
conſanguinitatis impedimento matrimoniũ
10 contrahere. † Etenim matrimonium legiti-
mum conſtat ex libero conſenſu inter uirum
& fœminam, inter quos ipſius cõtractus tem-
pore nullum erat impedimentum. Quod con
ſtare planum opinor ita quidem, vt probari
non ſit neceſſe. Et tamen dominus A. & do-
mina B. conſenſerunt libere in cõiugium eo
tempore, quo legitime & nullo obſtante im-
pedimento, cum per diſpenſationem id fue-
rit ablatum, iure poterant cõſentire ergo ma
11 trimonium iſtud valuit & valet. † Nec oberit
ignorantia diſpenſationis obtentę. Cũ non
impediat conſenſus conſanguinitas: ſed eſt
per ſe impedimentum iuris canonici, quo
matrimonium etiam conſenſu libero cõtra-
ctũ inter conſanguineos impeditur; idq; ap-
12 paret, ex cap. 1. in princip. de ſponſa. lib. 6. †
Quo in loco probatur, impedimentum pu-
blicę honeſtatis oriri ex matrimonio contra-
cto inter conſanguineos, non alia ratione,
quàm quod conſenſus naturalis, & liber ad
13 coniugium præſtitus fuit à contrahentibus. †
Cum alioqui hoc impedimẽtum publicæ ho-
neſtatis non oriatur ex matrimonio nullo ex
conſenſus defectu, qui ratione ętatis, vel aliàs
cõſtare publice poſſit. cap. literas iuxta cõem
14 intellectum de deſponſa. impub. † atque
idem eſt dicendum de ſponſalibus quæ dici-
mus de futuro, ex quibus oritur impedimen-
tum publicę honeſtatis modo fuerint ex con
ſenſu contractu, non aliàs, cap. 1. §. ulti. de ſpõ-
15 ſa. in 6. † Quibus equidem adducor ut exiſti-
mem ignorantiã diſpenſationis obtentę non
impedire matrimonium; cum non impediat
conſenſum ipſa conſanguinitas, ſed ex ea iu-
re canonico conſenſus libere præſtitus irri-
tus decernatur. Vnde ſat eſt impedimentum
non ſubeſſe & contrahentem conſentire ma
trimonio etiã refragante iure Pontificio, quo
ad eius opinionem, aut iuxta eius ſcientiam,
atque idem eſſet ſi quis matrimonium cõtra-
heret cum conſanguinea obtenta tamen di-
ſpenſatione à Summo Pontifice, eo ignorã-
te, & conſanguinitatis impedimentum, & di-
ſpenſationem obtentam fuiſſe.

16 Etenim vt dixi, cognatio eſt per ſe impedi-
mentum iuris, quo non impeditur liber con
ſenſus ad matrimonium neceſſarius, ſed præ-
ſtitus alioqui omnino liber, irritus decerni-
tur. Vnde nihil refert cognationem ignorã-
ri, aut ſciri: modo uere non ſubſit impedimẽ-
tum.

17 Diximus uero ex cap. 1. in princ. de ſponſ.
lib. 6. Publicæ honeſtatis impedimentũ ori-
ri ex matrimonio, quamuis illud reſponſum
de ſponſalibus, quę de futuro appellantur,
agere uideatur: quia ſequimur canoniſtarum
opinionem aſſerentium, ex matrimonio vel
ſponſalibus de pręſenti ante copulam oriri
tantum publicę honeſtatis impedimentum.
Vnde rationem illius reſpõſi ad ſponſalia de
futuro, & ad ea quę ſunt de pręſenti, uel ma-
trimonium ante copulam tantum, conſide-
rauimus: ut aptius rem iſtam explicaremus.

18 Poterit forſan hac in cauſa dubitari: an ma
trimonium iſtud ſit nullum, atque ideo diſſol
uendum ex eo, quod domino A. non ualeat
præ eius impotẽtiam corrumpere dominam
B. virginem, licet poſſit coire cum fœmina,
quę uirgo non ſit, eademque ratione poſſet
cum domina B. ſi uirgo non eſſet. Et reſpon-
deo matrimonium ex hoc non eſſe nullum,
nec diſſoluendum ea ratione. Quod Domi-
nus A. non poſſit fœminam virginem corrũ-
pere: cum tamen poſſet carnale comercium
habere cum corrupta. Hęc reſponſio ni fal-
lor colligitur ex cap. fraternitatis, de frig. &
ex his per quę tradit San. Thomas in 4. ſentẽ.
19 diſtin. 34. quęſt. 1. arti. 2. † Nam ſi domina B.
adeo arcta eſt, vt abſque mortis periculo per
inciſionem reſerari non poſſit, tunc impedi-
mẽtum perpetuũ eſt, & potius, imo uere ip-
ſius dominę B. atque ideo matrimonium eſ-
ſet nullum: ſed ſi domina B. poſſet matrona-
rum arte per inciſionem, aut aliàs reſerari, &
apta reddi, vt cum ea poſſet coire dominus
A. impedimentum eſt temporale, quippe qđ
tolli poſsit. Vnde matrimonium tenet, nec

diſſolui

diſſolui iure poterit quod ratione quadã com probatur. Etenim ſi domina B. quæ nunc eſt uirgo, nec poteſt à domino A. corrumpi, poſtea ſit corrupta quouis modo, matrimonium iſtud inter eam, & dominum A. ſine nouo cõſenſu iudicaretur, & iudicari debet validum. Quia dominus A. poſſit coire cum domina B. Ergo & modo matrimonium iſtud uerum, & legiuimum eſt, nec dirimi debet ex eo, qđ dominus A. dominam B. uirginem corrumpere non valeat: ſi tamen coire cum fœmina corrupta poſſet.

Hæc dixerim ſub cenſura cuiusque diligẽtiſſime quæſtiones iſtas examinantis. Ego Ludouicus Alferius de Cortona I.V.D. minimus.

ALLEGATIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus debet habere fructum dotis quando ſuſtinet onera matrimonij.*
2 *Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum eſt in iure noſtro.*
3 *Comodum dotis pertinet ad eum qui onera matrimonij ſubſtinet.*
4 *Dos dicitur patrimonium mulieris, ex qua uiuere debet.*
5 *Matrimonium an præſumatur inter æquales ex concubitu & cohabitatione.*
6 *Maritus ex cauſa fornicationis & adulterij dimitti poteſt ab uxore.*
7 *Iudicium eccleſię eſt neceſſarium in ſeparatione matrimonij.*
8 *Sodomia iuſtam cauſam prębet diſſoluendi matrimonium quo ad thorum.*
9 *Uxor poteſt petere ſeparationem matrimonij quo ad thorum, quando fuit à viro tentata ad vſum cõtra naturam.*
10 *Sodomia committitur etiam cum fœmina.*
11 *Arcana confeſſionis ſacramentalis reuelari poſſunt ad diſſoluendum coniugium, requiritur tamen conſenſus confitentis.*
12 *Confirmatio ſtatuti ſufficit ad hoc vt liget.*
13 *Forma data à lege debet ſeruari ad unguem, & ſi omittitur reddit actum nullum.*

Adſit Dominus.

1 AD propoſita dubia concluſiue reſpondendo dico, quod maritus debet habere fructũ dotis quando ipſe ſubſtinet onera matrimonij, l. doris fructũ. ff. de iur. dot. & l. pro oneribus. C. eod. ritu. ergo quando non ſubſtinet, tale lucrum habere non debet per argu-
2 mentum à contrario ſenſu, † quod eſt validiſſimum in iure noſtro. l. ubi gloſ. in uer. fortiſſimum. ff. de offi. eius. Deci. in l. ut uim, in prin. ff. de iuſt. & iur. Alexan. conſ. 129. patet princip. lib. 2. puto de iure. Roma. conſ. 139. late Silu. nuptia. lib. 1. nume. 212. verſ. à contrario ſenſu. Et quod non ſubſtineat apparet, quia mulier cum eo non habitat, immo litigat de validitate matrimonij, & ſe una cum filiis prędeceſſorum uirorum, cum ex iſto uiro nõ habeat, alia & alia onera ſupportat, ergo fru-
3 ctus dotis ad eam ſpectant: † quia commodũ dotis pertinet ad eum qui onera matrimonij ſubſtinet. l. in inſula. §. vſuras. ff. ſolut. matr. l.
4 pater in prin. ff. de doli except. & eo magis, † quia dos dicitur patrimoniũ mulieris ex qua uiuere debet. l. 3. §. ſed vtrum in fin. ff. de minor. & l. ubi adhuc, ibi, ſed fructibus. C. de iure dot. Angel de Caſtro in lib. 1. conſiliorum matrimonialium diuerſorum doctorum, conſil. 31. num. 7. Alexã. conſ. 78. colum. 1. lib. 5. quod eſt repetitum in lib. 6. conſ. 26. Soccin. conſ. 64. lib. 4.

5 Ad ſecundum dicendum eſt, quod licet iure ciuili ex concubitu & cohabitatione inter ęquales conditione, matrimonium pręſumatur. l. in liberę. ff. de ritu nupt. gloſs. in cap. 1. 30. quæſt. 5. Roman. ſing. 446. Iure tñ canonico talis cohabitatio non pręſumitur coniugalis, ſed fornicaria. dicto cap. 1. 30. q. 5. gloſſ. Abb. & Imo. in cap. illud de præſcript. Verũ hoc eſt intelligẽdum ſi talis cohabitatio diutina non foret, & alia non cõcurrerent, nempe 10. annorũ, quia ſi diutina fuiſſet, ſecus eſſet. Hoſtien. Abb. & authẽ. in cap. lector qui filij ſint legi. Fely. in cap. per tuas. de probat. Dec. in cap. Eccleſiarum. nu. 39. de conſtituti. Iaſ. conſ. 68. lib. 4. Cepol. conſ. ciuil. 5. nume. 16. Curt. Iun. conſ. 52. col. 1.

6 De tertio, non eſt dubitandum quin maritus poſsit ab uxore dimitti ex cauſa fornicationis, & adulterij, cap. ex parte. de ſpõſa. cap. ſignificaſti, cap. ex literis, cap. gaudemus, de diuor.

diuor. cap.intelleximus,& cap.fin. de adulte.
cap. tuæ. de procurat.l. conſenſum, ibi ſi qua
7 igitur maritum ſuum adulterũ. C.de repud. †
Eſt tamen neceſſarium iudicium Eccleſiæ ad
hanc ſeparationem cap. plerũque. de donat.
inter uir. & uxor. cap. porro, de diuort. quicquid dicat Andr. Tiraq.in l.ſi unquam in gloſ.
in uer. reuertatur. nume. 113. C. de reuocan.
donat.

8 Circa quartum charum eſt quod ſodomia
iuſtam cauſam præbet diſſoluendi matrimonium quo ad thorum.cap.omnes cauſationes
32.q.7.Cald. Ant. Abb. & Anani.in cap. maritus. de adult. Barba. conſ.64.lib. 1.Lamber.
in tract. de iure patro. par. 1. lib.2.quæſt.9.argum. 18.in fin. Barto.Caſſa.in conſuetu.Burgun. rub.7.§. 3.uerſ.primo quæro,num.6.Diuus Ambroſius primæ ad Corinthos, cap.7.
9 dũ dicit: Aut auſu quærat uxoris inuertere. †
Quibus uerbis,patet poſſe vxorem petere ſeparationem matrimonij quo ad thorũ ſi fuerit à uiro tentata ad caſum contra naturam,
quod etiam Barba. aſſerit in d.conſ.64.primo
volu. quẽ ſequitur Deci. in l.1 .nume.8.C. de
10 ſecund. nupt. † Nec eſt dubitãdum quod tale
crimen ſodomię committatur etiam cum fœmina,quia iura clara adſunt,vt in cap. vſus, &
cap.adulterij malum.32. q.7. Cardi. in clem.
uni.q.13.de conſang. & affin. Deci. d.l. 1. C.
de ſecun.nup. Paul. in pract.cancella.fol. 40.
Alci. lib.10.Parergon,cap.11. Salice.in l.fœdiſſima.C.de adult. Boer.deciſ.316.colũ. fin.
Catel. Cot.in memo.in uer. Pedicones. Plot.
in repet.l.ſi quando,nume. 311. C.unde ui.

11 Deueniendo ad quintũ dicendum eſt confeſſionis ſacramentalis arcana reuelari poſſe
ad diſſoluendum coniugium. gloſ.in cap.tua
nos.in uer. qualiter ſibi, de ſponſali. Et licet
doctores dicant eſſe ſingularem in caſu probandi matrimonium,ut per Ludo.Roman.in
l.ſi non ſpeciali.colum. penul. C.de teſta.Iaſ.
in l. 1.§. huius ſtudij colum.2.ff.de iuſti.& iur.
tamen uere loquitur quando præiudicium ex
tali probatione huic contractui fieret, ut per
Fortun. in d.l.1.§. huius ſtudij,colum.5. Et ad
hoc reuelandum requiritur conſenſus confitentis cap. ſignificaſti, ubi Anan. Abb.& doctio.frequenter notant de adult. Lupus alleg.
94. Calder. conſil.2. tit.de teſt.Hippol.in l. 1.
§.idem Cornelio,ad fin.ff. de quæſtioni.

Ad vltimum dicendum eſt dictũ matrimonium fuiſſe nulliter contractum, cum non ſit
ſeruata forma data à Concilio Tridentino,in
ſeſſion.24. de reformatione matrimonij,c.1.
quod Concilium fuit confirmatum à Sũmo
Pontifice ante celebrationem dicti matrimo-
12 nij, † quæ confirmatio & publicatio Romæ
facta, ſola ſufficit ad hoc vt liget,ut tenet Ioã.
Monach. in regu.in generali,de reg.iur.lib.6.
13 Et Ioan. Andr.ſuper data lib.6.† Et quod forma data à lege debeat ſeruari, fuit in argum.
tex. in l.qui per ſalutem. ff. de iure iur.Alexã.
& alij in l. 1.ff.de lib.& poſthu. Quia eſt ſubſtantialis. Bald. in l.compartimus in 3.q.in fi.
C.de fide inſtrum.Deci.conſ.434. num.2. &
ad unguem obſeruandam, vt per Deci. conſ.
531. nume.2.Fran.Rip.reſpon.13.tit. de iure
natu.gen. vel ciui.nume.14. Et ſi obmittitur
actus redditur nullus. Alexan.in l.ambiguitatis,num.2. C.de teſti. & eſt communis reg.de
qua per Deci. conſ.532.nume.3. Ex quibus
omnibus apparet dictum matrimonium nullum propter formam non ſeruatum. Et per
iſta credo ſatisfeciſſe,ſi non in totum ſaltem
in parte. D. V. Illuſtriſ. cui me plurimum
commendo.

Vt ſupra Ludo. Alferius.

ALLEGATIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata producta in iudicio non citata parte an probet.*
2 *Quid quando producitur ad inſtructionem iudicis.*
3 *Scriptura priuata an probet ſine recognitione mortuis teſtibus ſubſcriptis.*
4 *Opinio Paul.in conſ.134. quando procedat.*
5 *Teſtes quando recognoſcunt ſcripturam adhoc,ut probet quoniam debent deponere.*

Adſit Dominus.

1 SCriptura priuata producta in
iudicio non citata parte non
probat, tenet Bal.in l.ſi quan
do in fin. C. de teſti.& Ludo.
2 Rom.conſ.176.col.2.† Tamẽ
quando producitur ad inſtru
ctionem iudicis non requiritur citatio partis.
Bal.in l.ſi quis per calumniam, uerſ.ſed pone.
C.de epiſ.& cler.

3 Ad ſecundum quod ſcriptura priuata mortuis tribus teſtibus ſubſcriptis ſine alia recognitione probet, tenet Paul.de Caſtro,in cõſil. 134.in cauſa ſer Lodouici Bertini, colũ.1.
in fin.

in fin. lib. 1. Attamen contrarium tenet Soccin.conſ.274.colũ.8.verſ.circa tertium,lib.2. Specul.in tit.de inſtru. edi.§. nunc dicendum reſtat poſt princi. & colum.54.uere regulariter,ibi ſi tamen teſtis inſcriptis & allegat cap. 2.de fide inſtrumen. Paul.de Caſtro ſibi contrarius, in conſ. 406. ſatisſaciendo, colum.2. lib.1.Hoc tenet etiam Calcan.conſ.29. colũ. fin. uerſ.ſed tunc poteſt opponi. Bertachi. in uer. ſcriptura, uerſ.84. & ſic opinio Pauli in
4 d.conſ. 134. non uidetur omnino uera, † tamen ſi talis ſcriptura mortuis teſtibus ſubſcriptis, iuuaretur comparatione literarum talis opinio poſset procedere ſecundum Socci.in conſ.32. column.2.verſ.& ſic ex prædictis ſequitur, & in cõſ.41.colum.5.verſ.non obſtat
5 quintum argumentum,lib.1. † Et aduertendum eſt, quod in recognitione ſatis non eſt quod teſtes dicunt, etiam quantumcũque legitimi ſint, ſe certo ſcire illam eſſe ſcripturã manu Titij ſcriptam, niſi dicãt ſcire hoc quia uiderunt illam per Titium ſcribi. Socci. dicto conſ.274. colum.10.lib.2. Alex.conſ.150.colum.5.lib.5. Arcti.conſ.64. Paris. conſ.55.nume.13.lib.4. Rip.in l.admonendi nu.104. ff. de iure iur. Alex. conſ.123.nu.5.lib.1.& 181. lib.2. & 86.lib.3.colum. 1. Hippol.in rub.de probat. nu.299.

Et ita ego Ludouicus Alſerius, ut amico ſatisfacerẽ allegaui ad hoc ut Aduocatus poſſet uidere vbi materia tractatur.

ALLEGATIO X.

SVMMARIVM.

1 Epiſcopus an poſsit habere familiam armatam pro tuitione ſuę perſonę & executione ſuę iuriſdictionis, per totum.

Adſit Dominus.

REuerendiſsime domine ad dubium, de quo quæris à me habere reſpõſum, non poſſum propter anguſtiã tẽporis reſpõdere, ideo indulgeas. Poterit tantũ tua Reuerendiſsima dominatio ex infra notatis uidere quod ſunt opiniones doctorum varię, & excerpere
1 etiam quę eſt uerior.† Abb.in cap.ſignificaſti, de offi.delega. tenet quod Epiſcopus nõ poſſit habere familiam armatã, quem ſecutus eſt ibi Fely.& Auguſt. Berous num. 31. uſque in fin. quem videas. Afflit. in conſtitut. regni, in conſti.intentionis. Fran.Maran.q.delfin.449. num.2. Contrarium uerò tenuere Bal. in l.3. §.fin.ff.de offi.pręſtit.uigi. Deci.in d.cap.ſignificaſti. Barbat. in tract. de pręſtant.Cardin.in 2.par.quæſt.5. Socci. in tract. fallen.reg.arma portare, nume.30. Aufer. in tract. de poteſta. eccleſiaſtica, ſuper laicis. nume. 18. Ioann. Andr. de Nigris in extrauag. Clementis vii. de uita & honeſt.cleric. num.21. Villa Diego in tract.de hæreti.q.11.num.18. Bertachin.in tract. de epiſco. Iſti ſunt fontes ex quibus tua Reuerendiſſima dominatio haurire poterit ueritatis aquam. Et me tibi plurimum commendo.

Lud. Alſerius.

ALLEGATIO XI.

SVMMARIVM.

1 Licentia data alicui de teſtando, an cenſeatur conceſſa pro vna uice tantum, vel pro pluribus, per totum.
2 Conceſſio ſimplex in his quæ odioſa ſunt, primum tantũ actum reſpicit.
Amplia etiam in onerosis, vt d.num.
3 Statutũ quod prohibet ne aliquis pro libito ſuę voluntatis de rebus proprijs diſponere poſsit eſt odioſum.
4 Papa quando concedit alicui Cardinali uel Prælato licentiam de teſtando intelligitur concedere pro vna uice tantum: & ſic quod condito primo teſtamento euaneſcunt.
5 Licentia extinguitur morte concedentis.

Adſit Dominus.

1 EXtat ſtatutum in hac ciuitate, quod mulier nupta non poſſit teſtari ſine conſenſu viri.

Quædam mulier uolẽs teſtari obtinuit licentiam ſimpliciter de teſtando, & teſtauit non ſolum ſemel, ſed bis. Quæritur an dicta licentia ſe extendat etiam ad ſecundũ teſtamentum, vel quod condito primo teſtamẽto euanuerit.

Et primo uidetur dicendum, quod intelligatur data & conceſſa pro una uice tantum, & ſic quod condito primo euanuerit. argum. l.Boues.§. hoc ſermone.ff.de uerbor. ſigni.

2 Secundo quia in his quæ odioſa ſunt, ſim-
plex conceſſio primum tantum actum reſpi
cit. Et idem in onerosis. cap. non poteſt. §. 1.
de præbend. in 6. l. dotis promiſſio. ff. de iure
dot. l. placet. ff. de liber. & poſthu. Calderin.
conſil. 16. de iure patron. Felyn. in cap. 2. de
3 treug. & pace. † Et quod ſimus ĩ odioſis patet:
quia per ſtatutum prohibetur ne mulier poſ-
ſit teſtari ſine licentia viri, & ſic quod nõ poſ-
ſit diſponere de ſuis rebus pro libito ſuæ vo-
luntatis, contra l. in re mandata. C. mandat.
maxime cum vnuſquiſque in re ſua debeat eſ-
ſe moderator & arbiter. Marſ. ſingu. 419. &
548.

4 Tertio, quia in ſimili habetur quod quãdo
Papa concedit licentiam alicui de teſtando,
intelligitur, Pontificem conceſſiſſe pro pri-
mo teſtamento, & non in infinitũ. Docto. in
cap. cum in officijs extra de teſtam. Deci. cõ-
ſil. 512. Cui ſubſcribit Soccin. iuni. in cõſ. 89.
lib. 1. Ex pluribusque comprobari poterit
quæ Alciat. congerit in d. §. hoc ſermone, &
Hippol. in rub. ff. de fideiuſſ num. 97. Iaſ. in l.
diuortio. §. quid in anno. ff. ſolut. matri. Mar-
tin. ab Azpilcueta Nauarrus in inſigni com
pendio cap. placuit. nu. 166. de pœniten. 6. di-
ſtin. (Poſtquam hæc ſcripſi uidi Nauar. in tra
cta. de reddi. eccleſ. q. 3. moni. 9. tenẽtem cõ-
trarium.)

5 Quarto quia ſi diceremus quod dicta licen
tia ſe extenderet ad alia teſtamenta, ſequere-
tur quod mortuo marito re integra non ceſ-
ſarent, quod non eſt dicẽdum, quia extingui-
tur morte ipſius concedentis. glo. in cap. à no
bis il primo de ſenten. excommun. quæ com
muniter eſt ibi recepta. l. fin. de pœn. notant
Abb. & Fely. in cap. ex literis de cõſtitution.
Martin. vbi ſupra nu. 161. qui pulchrum ali-
quid explicuit, quæ minus diligenter tractaue
rat Fely. in cap. licet undique, de offi. deleg.
(contra per Nauarrum vbi ſupra moni. 8. q.
3. num. 1.)

Ludo. Alſer. raptim.

ALLEGATIO XII.

SVMMARIVM.

*1 Reſcriptum non ualet, non faciens mentionem de ſentẽ-
tia quę tranſiuit in rem iudicatam.*

*2 Princeps non ſolet reſcribere contra ſententiam, quæ
tranſitum fecit in rem iudicatam.*

*3 Sententia nulla non debet nominari in reſcripto, & per
eius omiſsionem reſcriptum non vitiatur.*

4 Sententia nulla, ſententia non eſt.

5 Non entium non eſt qualitas.

*6 Literæ primę quando ſunt nullę, opus non eſt de illis
mentionem facere.*

*7 Citatio non requiritur quando Princeps reſcribit; re-
quiritur tamen in eius proſecutione.*

8 Citatio in ſingulis actibus iudicialibus requiritur.

*9 Sententia lata contra non citatum, & legitime eſt
nulla.*

*10 Amplia etiã de iure canonico, etſi eſſet ſententia Prin
cipis.*

*11 Sententia lata à Iudice incompetenti, eſt ipſo iure
nulla.*

*12 Delegatus & Executor cognoſcere poſſunt de iuriſdi-
ctione ipſorum, & de exceptionibus concernentibus,
& an preces veritate nitantur, et reſcriptum ſit ſub-
reptitium.*

*13 Amplia etiam habere locum, etſi reſcriptum eſſet nul
lum, & iuriſdictionem non tribueret.*

*14 Reſcriptum licèt ſubreptitium, & obreptitium ſit, tri-
buit tamen iuriſdictionem.*

*15 Reſcriptum ſubreptitium, vel obreptitium, non eſt ip-
ſo iure nullum.*

*16 Iudex fatuus dicitur, qui ſe incompetentem pronun-
ciat.*

Adſit Dominus.

REuerendiſsime domine. Viſis
ſcripturis & cõſideratis, quæ
oretenus per Dominationẽ
ueſtram Reuerendiſſimã di-
cta fuere. Dico partes D. V.
Reuerendiſſimæ eſſe in pro-
1 nunciando ſe iudicem competentem. † Quia
licet de ſentẽtia, quæ tranſiuit in rem iudica-
tã in comiſſione & reſcripto non fuerit facta
mentio, propter cuius omiſsionem uidetur
reſcriptum non ualere, per text. in c. ſuper li-
teris, in gloſ. in uer. literas dediſſemus, ibi, itẽ
non ualet, extra de reſcrip. Alex. conſ. 94. lib.
2. & conſ. 42. lib. 4. in materia latè. Doct. in d.
c. ſuper literis, ubi Marc. Mantua, nu. 23. Cum
ſi de dicta ſententia mentio facta eſſet, Prin-
2 ceps non reſcripſiſſet. † Cum in tali caſu re-
ſcribere non ſoleat. l. fin. C. quæ ſentẽ. reſcin.
non poſſ. vbi Doct. Alex. d. conſ. 94. Dec. cõſ.
198. col. 2. & 308. in fi. Nicol. Bello. conſ. 19.
in prin. Nihilominus cum pro parte hoſpita-
lis ſancti Proſdocimi Vallis Dobladenis alle
getur dictam ſententiam fuiſſe, & eſſe nullã,
& ob id opus non fuiſſe illam exprimi in cõ-
miſsione, per talem aſſertionem, dato quod
dicta ſententia ſit nulla, debet D. V. Reuerẽn-
3 diſsima pronunciare, ut ſupra eſt dictum. †

Quia

Quia de ſententia nulla non debet fieri mē-
tio in reſcripto, ut per Doct. in d. cap. ſuper
4 literis, Alex. conſ. 95. lib. 2. in fi. † Quia ſentē-
5 tia nulla, ſententia non eſt. † Et non entium,
non eſt qualitas, Mantua. vbi ſupra, num. 24.
6 prout dicitur in ſimili. † Quando primæ lite-
ræ impetratę fuiſſent nullæ ipſo iure, non
eſſet opus de illis mentionem facere, Abb. in
cap. per ueſtras, in gloſ. in uer. tacita veritate,
extra de donat. inter uir. & uxor. faciunt etiā
not. per Calder. in conſ. 14. titu. de electio. &
conſ. 29. titul. de præben. Oldra. conſil. 299.
nume. 2.

Et quod ſententia quæ producta fuit ad fa-
uorem Hoſpitalis Nazaret, Taruiſin. diœceſis
ſit nulla, & nulliter lata fuerit, Procuratores
Hoſpitalis ſancti Proſdocimi Vallis Dobla-
dinis Patauinæ diœceſis conātur demonſtra-
re, prout uideri poterit in replicationibus, &
7 vltra dicta ibi. † Bald. in l. 2. C. de temp. appel.
dicit quod licèt dum Princeps reſcribit, non
requiratur citatio, requiritur tamen in eius
8 proſecutione. † Quia citatio in ſingulis acti-
bus iudicialibus requiritur. Doct. in l. de uno-
quoque. ff. de iudic. Maran. de ordi. iudi. in 4.
par. prin. 16. diſtin. num. 10. Alferius Attauus
meus in conſ. 12. nume. 19. quod in hoc caſu
factum non fuit, ergo.

Adducit etiam quod dictum Hoſpitale ſan-
cti Proſdocimi citatum non fuit ad ſententiā
9 vel ſaltem legitime. † Et ſententia lata cōtra
non citatum, & legitimè eſt nulla. Nicol. An
ton. Grauatius in addit. ad praxim. Octa. Veſt.
in lib. 7. cap. fin. num. 38. & eſt communis opi
nio, de qua per Franciſ. Viui. in tracta. cōmu.
opin. in prima par. opin. 263. Petr. Duc. lib. 1.
regul. utr. iur. regu. 92. Maran. ubi ſupra in 6.
par. prin. primo memb. nu. 3. & in primo actu
10 nu. 11. † Quod procedit de iure canonico, ēt
ſi eſſet ſententia Principis, Andr. Tiraquel. in
tract. res inter alios acta, in 6. limit.

Allegatur etiam quod fuit & eſt d. ſenten-
tia nulla vltra ſupradicta, quia fuit lata à iudi-
ce incompetenti uigore Concilij Tridentini
in ſeſſio. 24. in cap. cauſæ omnes, & ſeſsio. 25.
11 cap. Quoniam ob malitioſam. † Et ſententia
lata à iudice incompetenti, eſt ipſo iure nul-
la. toto tit. ſi à non competen. iudic. C. & Ma-
ran. vbi ſupra in 6. par. princ. in 3. par. primo a-
ctu. 97. Quibus replicationibus nil aliud per
procuratores ex aduerſo fuit reſponſum, niſi
quod concernunt principale negocium, &
quod Reuerendiſſimus legatus habebat au-
thoritatem auocandi cauſas, & committere
cui ſibi videbatur, nec talem authoritatem, &
facultatem in iudicio produxit, ſed ſolum ſen
tentiam.

12 Et cum ſit quod ambæ partes inſtent pro
ſententia, & pronuntia. Et D. V. Reuerendiſ-
ſima cognoſcere poſſit de ſua iuriſdictione,
& de exceptionibus: & an reſcriptum ſit ſub-
reptitium, & preces veritate nitantur, d. cap.
ſuper literis, vbi gloſ. l. ſi quis ex aliena. ff. de
iudic. & per not. in l. 2. ff. ſi quis in ius uocat. &
eſt tex. in cap. ſignificantibus, extra de offi. de-
leg. Cyn. in l. præſcriptione. C. ſi cōtra ius, vel
13 vtil. pub. vbi cæteri Doct. Quod † procedit
etiam ſi reſcriptum eſſet nullum, & iuriſdi-
ctionem non tribueret, cap. 1. de reſcri. lib. 6.
14 ubi Lapus. † Quia † licet reſcriptum ſubre-
ptitium, & obreptitium ſit, tribuit tamen iu-
riſdictionem ſecundū Bar. in d. l. præſcriptio-
15 ne in 3. col. & Fulgoſ. ibi in primo notab. †
Ex quibus per Iaſ. infertur quod reſcriptum
ſubreptitium, vel obreptitium non eſt ipſo
iure nullum, quicquid dicat Bald. in l. fi. in fi.
in 1. col. C. ſenten. reſcin. non poſſ. & in l. ex
relatione. C. de legi. Pronūciare ergo debet,
ut in principio dixi, ſe iudicem competentē,
16 per rationes, de quibus ſupra. † Et quia fatuus
uidetur iudex, qui ſe incompetentem pronū
ciat. Et paucas allegationes pro nunc ſuffi-
ciant, ſubmittendo tamen eas & me opinio-
ni, & correctioni cuiuslibet rectius ſentiētis.
Ad laudem omnipotentis Dei, & beati Proſ-
docimi, cuius feſtum hodie celebratur in hac
Magnifica Ciuitate Patauij, vbi officio Audi
toris, & Vicarij fungor Illuſtriſſimi & Reue-
rendiſsimi Cardinalis & Epiſcopi dictę ciui-
tatis.

D. V. Reuerendiſsimus Addictiſſimus ſer
uus Ludouicus Alſerius raptim.

ALLEGATIO XIII.

SVMMARIVM

Subſcriptionis.

1 *Nullum eſſe, & non eſſe ęquiparatur.*
2 *Nulliter facere, & nullo modo facere paria ſunt.*
3 *Citatio à iure naturali prouenit.*

Subſcriptio.

REuerendo Signore Auditore. Ho ueduto con mia grandiſſima ſodisfattione le allegationi uoſtre, quali ui rimando, in materia, che uoi tenete per cõcluſione, che il Reſcritto, ò commiſſione preſentata à certo iudice ſia buona, & ſi poſſa pronunciare iudice competente, eo non obſtante, quòd in eo nõ eſt facta mentio de ſententia, quæ in rem iudicatam tranſitum fecit: ex eo quia ſententia prædicta fuit & eſt nulla, ac actio nullitatis ſubiacet, quia non fuit pars citata ad audiendam ſententiam. Et etiam nullitas reſultat ex defectu iuriſdictionis, ſtante decreto Concil.
1 Trident. † Nam nullũ eſſe, & non eſſe æquiparantur, ſecundum Ioan. Dumbert. in Enchirid. Pari. in uer. nullũ, & eſt in prima par.
2 commun. opinio. diuer. doct. † Et nulliter facere, & nullo modo facere paria ſunt, ut per Abb. conſ. 90. lib. 2. Vant. in tracta. nullita. tit. de defectu citat. nu. 25. In modo che tẽgo, che eſſendo nulla ex defectu citationis, ex quo
3 defenſionem reſpicit. † Quæ a iure naturali prouenit. l. vt uni, de iuſti. & iur. dubium non uidetur quod de ea mentio facienda nõ erat: & à V. Sig. mi offeriſco. Di Venetia alli 15. di Nouembre 1569.

Voſtro Aluigi Cingiaro Dottore.

ALLEGATIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus præſumitur ex dotatione, & fundatione, quando ſumus in antiquis, & interceſſerunt multæ præſentationes, quæ confirmatæ fuerunt, & ſortitæ ſunt effectum.*
2 *Ius patronatus probatur ex diuturnitate temporis, & longęua conſuetudine pręſentandi.*
3 *Patronus illũ eſſe dicitur, cuius anteceſſores per annos centum pręſentauerunt.*
4 *Ius patronatus quæſitum a laicis, pręſumitur ex dotatione, & conſtructione.*
5 *Veritas pręſumitur ex multiplicitate actuum, cum longiſsimo temporis curſu.*
6 *Publica uox & fama probat patronatum, maximè in antiquis, & etiam dominium, & titulum.*
7 *Literæ Papæ in antiquis quando probent.*
8 *Obſeruantia ſecuta declarat ambiguitatem, quæ in literis eſſe poteſt.*
9 *Derogatio iuris patronatus facit præſumi Eccleſiã patronatam, & eſt tantæ potentię, vt transferat onus probandi in aduerſarium.*
10 *Per conſenſum commendę non acquiritur ius patronatus.*

Adſit Dominus.

DOmini de Alſeriis in cauſa iuris patronatus Plebis de Poggione, etiam ſi res iudicatas non haberent, vt in Regiſtro a 71. 87. 131. Nihilominus bonum fouent ius, ſicuti ſupra adductum fuit: Attento quòd fecerunt multas præſentationes, quæ confirmatæ fuerunt, & effectum ſortitę ſunt, ut eſt a 51. a 56. a 91. a 57. a 58. a 93. a 76. a 95. a 83. a 84. a 80. a 82. a 97. a 98. a 139. a 99. a 131. Et ſumus in antiquis, & tanto tempore, quòd memoria ho
1 minum in contrarium non extat. Quo † caſu præſumitur ius patronatus ex dotatione & fundatione. l. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & ęſti. c. ſuper quibuſdam. de uerbor. ſignifi. Panormi. cap. querelam, de elect. & licet aliter
2 non conſtet † ſatis probatur ex dicta diuturnitate temporis: & longæua cõſuetudine præſentandi, ut per Fely. in tract. quan. liter. Apoſto. nou. pat. Eccleſ. colum. fin. uerſ. conſidera 3. Deci. conſ. 176. in cauſa D. Franciſci Gẽ
3 tilis, num. 3. & conſ. 174. nume. 4. dicit † quod negari nõ poteſt illum eſſe patronum, cuius anteceſſores iam per annos centum pręſentauerunt, Anto. Gabri. lib. 1. concluſ. titu. de præſumpt. concluſ. 1. nume. 17. Quòd maxi
4 me procedit, quia † in dubio etiam ius patronatus quæſitum à laicis, præſumitur ex con
5 ſtructione, dotatione, vel fundatione. Cum † ex multiplicitate actuum, cum longiſsimo temporis curſu præſumatur ueritas. l. ſi filius. C. de petit. hęred. l. cum de in rem uerſo. ff. de vſu. & pro titulo habetur, ut in ſimil. not. Rip. in §. nihil compre. nu. 71. Menochi. de recup. poſſ. 15. renun. nu. 459. ſicuti etiam per publicam famam probatur, ut infra dicetur.

De bono eorum iure apparet etiã per omnes teſtes examinatos ſuper 25. articulo a 23. qui ſunt duodecim, & deponunt publicã uocem, & famam fuiſſe, & eſſe, quòd homines familię Alſeriorum ſunt patroni, & ad ipſos ſpectat, & pertinet, ſpectauit, & pertinuit ius patronatus, & pręſentandi Rectorem ad pręd ictam Eccleſiam: & vniuerſitatem aliquod

ius

ius non habuiſſe nec habere ſuper dicto iure patronatus, ut a 31. a 35. a 38. 241. 243.
6 a 44. 246. 247. 248. 249. & a 50. Quę † publica uox,& fama probat patronatum pro Alſeriis, vt per Bald.in l.cum ſuper,& not.in l.iudicia. C.de rei uendi.& in authen.quas actiones prope fin.C.de ſacroſ.Eccleſ.& in l. conuenticulam. C. de epiſco.& cler.& in l. proprietatis.C.de probat.Ang.in l.Titius.C. quib.mod.pign.Flori.in l.1.ff.famil.herciſ. Calcan.conſ.8.in cauſa penden.in 8.colum. Deci.dicto conſ.126.nume.3.& 174.num.4. Brun.à Sole in reper.ad teſt.fil.in uerſ.fama. Et tanto magis: quanto fumus in antiquis, ut per Docto.relat.à Caſſad.deciſ.2.nume.4 de probat. ubi dicunt quòd ſuo tempore ita tenuit Rota: ad quę conferunt tractata per Grauett.in tracta.de antiq.tempo.in prima part. ſuſt. Viſo in hac prima parte, vult quod ſama in antiquis probet dominium,vt ea quę ſunt magni præiudicij, etiam ſecundum opinio. Corn. ubi per eum, qui voluit ad hoc debere concurrere aliqua adminicula: quę in caſu de quo agitur adſunt ex tot præſentationibus cum inſtitutionibus,quę effectum habuerũt, & idem Grauett. in conſ. 322. Domina Abbatiſſa,nume.2.volu.2.dixit quod fama in antiquis probat ius patronatus, & etiam per famam titulus probatur, Fely.in conſ.1.nu.16. 17.& 21.

Adduci etiam poſſent pro Alſeriis,ad pro-
7 bandum eorum ius patronatum literæ † Martini Papæ Quarti a 96. quæ licet prima facie videantur non inducere ueritatem, negari non poteſt quin magnum adminiculum faciant, ut in ſimili dicit Bald.conſil.310. An patronatus, verſ.prętetea lib.5.& cum ſimus in antiquis, & vltra antiquitatem occurrat ẽt longa poſſeſſio correſpondens uerbis Papæ in dictis literis poſitis, dicendum eſt quòd plene probetur: Alexand. conſil. 229. colum.5. uerſ.non obſtat, lib. 6. ſtante maxime quod uigore dictarum literarum, Alſerij in patronos confirmati fuerunt a 114. Quæ confirmatio, & literę unà cum aliis iuribus dimiſſæ fuerunt in alia cauſa pœnes notarium actuarium, vt ipſe teſtatur à 115.colum.2.cui atteſtationi ſtandum eſt: & Epiſcopi etiam uigore dictarum literarum, præſentatos ab Alſeriis inſtituerunt a 95. Quibus cõuenit ea quæ ponit Grauett. conſ.101.Nobilis Guido.nu-
8 me.3.dum † vult quòd obſeruantia ſecuta declaret ambiguitatẽ, quæ in literis eſſe poteſt, & conſil.158.viſis actis ſub nu.1.ubi quod in-ſtrumenta per ſcientiam & obſeruãtiam partium, tranſeant in perpetuam fidem,& ceſſet omnis ſuſpicio,quando virtute illius ſcripturæ,vel inſtrumẽti,quis fuit in poſſeſſione rei, de qua contenditur.

Multum etiam ſtringit Breue Nicolai V. ſeu tenor ipſius, directum Reuerendiſſimo Epiſcopo Mattheo,in quo Pontifex mandat, (vt uerbis ipſius utar) Epiſcopo præſato, Alſerios amplius moleſtari nõ debere, nec permittere: & ſi ſecus factum fuerit, irritum, & inane, &c. & ſic per uerba prægnãtia & quaſi imperatiua, & diſpoſitiua: Et non narratiua, & aſſertiua, quæ credendum eſt præceſſiſſe, cauſa cognita, ut in actis extractis ex Archiuio Curiæ Epiſcopalis apparet a 77. Cuius Breuis uigore Epiſcopus ceſſauit Alſerios moleſtare, &c. Euangeliſtam Petri a 78. ab Alſeriis aliàs præſentatum,& inſtitutũ a 139. pro obſeruantia dicti Breuis, & conſeruationem Alſeriorum à 78.colum.2.præcepit, ut poſſeſſionem apprehenderet a 80. & a 82. & oeconomus per Epiſcopum poſitus licentiatus fuit a 8.colum.2. Quę omnia executa fuerunt, non obſtante contradictione,vt legi poteſt a 77. uſque a 82. Et ſi Alſerij iura fundata non habuiſſent, Põtifex non ita ſcripſiſſet, nec Epiſcopus executus fuiſſet.

Conſtat etiam de patronatu Alſeriorum in libris Capitaneorum partis Guelphæ,ubi deſcripta ſunt omnia beneficia iuris patronatus: & inter cætera adeſt beneficium de quo litigatur: & legitur eſſe de patronatu Alſeriorum, vt eſt uidere in fide facta à miniſtro dicti magiſtratus a 136. col.2.

9 Per prouiſiones etiam factas dicto Domino Petro Cambio,& Domino Michaeli Angelo Mancino, fuit affirmatum Eccleſiam patronatam, ſtantibus derogationibus à 144. a 147. argu. not. in l.decem. ff.de uerb.oblig. & per hæc in aduerſarios translatũ fuit onus probandi, quod non ex dotatione,fundatione, aut conſtructione ius patronatus competat, Alexan.dicto conſil.229. Caſſad. deciſ. 4. de præben. repetit.in titu.de iur. patro. deciſ. 7. num.5.

10 Non obſtat ſi aduerſarij dicerent quod ipſis hoc non incumbit, attento quod conſenſerunt commendæ factæ d. ſer Petro Cãbio, & Do. Michaeli Angelo Mancino, & ſic ſint in quaſi poſſeſſione, quia reſpondetur, quod aliud eſt conſentire cõmendę aliquid, vt aliquis inſtituatur, & per talẽ conſenſum ẽt nõ acquirit quaſi poſſeſſio iuris patronatus. Dec. conſ.

conſ. 149. in cauſa iuris patronatus, nume. 4. ultra quod reſponderi poteſt, quod dato, & non conceſſo quod homines prædicti conſenſum prę̀ſtitiſſent, præſtiterunt tamquam gratum ipſis, non tamquam habentes ius patronatus, iuxta doctrinã Abb. in c. Dei timore in 3. not. de ſtat. Monachor.

Vnde attenta tam longæua temporis diuturnitate, ac tot inſtitutionibus, quæ habuerunt effectum, iuncta allegatione, & præſcriptione tituli, & iuncta forma de antiquo, & literis Pontificum: librisq; partis Guelphæ: & etiam eo, quod aliàs fuit allegatum in ſupplicationibus Eccleſiam patronatam: Debemus dicere & concludere, quod huiuſmodi ius patronatus ſit ex dotatione, fundatione, ac conſtructione: & quod Domini de Alferiis habuerint reſeruationem in prima erectione dicti Beneficij: attentis etiam tot ſententiis latis in fauorem prędictorum, & ab Epiſcopo Bartholomæo, qui cauſa cognita de an. 1448. declarauit dictos de Alferiis patronos a 75 & a 78. Et Epiſcopi Matthęi, qui amoto Oeconomo, per ipſum in dicta Eccleſia poſito, mãdauit Parochianis quod acceptarẽt in Rectorem, & Plebanum Ser Euangeliſtam Petri a 80. colum. 2. qui ab Alferiis uigore ſupradictę ſententiæ fuit præſentatus, & inſtitutus a 80. a 82. a 97. a 98. & 139. & etiam ultimo loco 1507. ſententiam latam per D. Angelũ Mazzarellum, tunc Vicarum Epiſcopi Guglielmi de Capponibus a 131. Quæ ſententia unà cũ alia ſupra narrata, ſaltem quæ ad ius patronatus, per lapſum anni, biennij, triẽnij, imò per 68. 100. reſpectiuè tranſiuit, & tranſiuerunt in rem iudicatam: & uniuerſitate præiudicauit ſtante edicto affixo per dictum D. Angelũ Mazzarellum tunc Vicarium ad contradicendum, & non fuit contradictum, ac etiam taciturnitate tanti temporis.

Et ita allegaui in cauſa propria Ego Ludouicus Alferius Iuriſconſ. Cortonenſ. Ad fauorem Alſeriorum iudicatum fuit per Reuerendiſſimum Epiſcopum Cortonen. Franciſcum Perignanum: & ſententia a Sereniſsimo Magno Duce Hetrurię fuit confirmata.

ALLEGATIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Imagines nel picturas ſanctiſsimi Crucifixi, glorioſę Virginis, vel alicuius Sancti, percutiens, frangẽs, vel deturpans, poteſt puniri vt hæreticus.*

2 *Diſpoſita per leges ſeculares in crimine lęſę Maieſtatis humanę, uendicant ſibi locum in crimine lęſę Maieſtatis diuinę.*

3 *Percutiens, & malè tractans imagines ſupraſcriptas, eſt puniendus pœna mortis.*

4 *A pœna ordinaria non liberatur ille, qui calore iracundię deliquit, dando operam rei illicitę.*

5 *Forum Eccleſiaſticum non habet pœnam mortis: ſed quando in canone de ea ſit mentio, delinquens eſt remittendus ad iudicem laicum.*

6 *Cognitio, & punitio pertinet ad forum Eccleſiaſticum, & non ad iudicem ſecularem in his quę concernunt fidem.*

Adſit Dominus.

1 ILluſtriſsime domine.† De male tractantibus imagines & ſtatuas Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Beatæ Marię Virginis, & aliorum Sanctorũ, Gregorius IX. in c. ſi canonici. §. cęterum. de offi. ordin. in 6. quid de talibus ſit agendum ſtatuit. Et Matthęus de Aſſl. in conſti. in . . nu. 20. dicit q; qui frangit picturas ſacras uel imagines Crucifixi, vel glorioſæ Virginis, vel alicuius Sancti, poteſt puniri vt hæreticus: dũmodo quod faciat putãdo eſſe ſimulachra, & q; ſit peccatũ illa adorare videlicet, quod p imagines repræſentaẽ, Carr. in tracta. de hęret. nu. 48. Quia ſicut crimen lęſę maieſtatis committit ille, qui lapidẽ iactat in ſtatuam Principis. l. qui ſtatuas. ff. ad l. Iul. maieſt. & pœnã mortis meretur. l. quiſquis. C. eod. Ita dicendum eſt, & multo magis committere crimen læſæ maieſtatis diuinæ, qui imaginẽ Chriſti, Beatæ Virginis, & aliorũ
2 Sanctorum malè tractãt. † Et diſpoſita per leges ſæculares in crimine lęſę maieſtatis humanę vendicant ſibi locum in crimine læſæ Maieſtatis diuinę. c. urgentes, extra de hęret.

Sed dato quod N. N. inquiſiti de lapidis iactu in figuram Domini Noſtri, & Beatæ Virginis, & de eiectione in terram, & in igne, id non feciſſent quia credunt ea eſſe ſimulacra: & q; ſit peccatũ ea adorare ut ſupra, & ſic non ſint hęretici, qua pęna ſint puniendi ob iactũ lapidis in imaginem, & proiectionẽ, ut ſupra.

Gloſ.

3 Gloſs.in d. §. cæterum tres opiniones, ſed mihi ſecunda magis placet, & eſt, ut tales delinquentes puniendi ſint pęna mortis: ad quā euitandam, nulla hominum dignitas quidquam operatur, Angel. in diſput. incip. In refulgenti palatio, col. 7. & in l. ex Senatus cōſul. ff. de ſicar. dicit quod ita ſtatuit Federicus Imperator in quadam ſua extrauaganti, quæ ut idem Ang. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maieſt. aſſerit, fuit approbata ab Eccleſia, & habetur in c. vt inquiſitionis, de hæret. in 6. vbi approbātur omnes leges factæ per Federicū, dum in deuotione Eccleſiæ permanebat, ut etiam Clemens V. in vnum ſub Bullas dictas Extrauagantes redegerat, ſub prædicta tamē declaratione, & moderatione. Hanc etiam opinionem tenuerunt Afflit. & Carr. vbi ſupra, & Alex. in conſ. 233. ponderatis iis, nu. 6. lib. 6. & in terminis quòd iſti inquiſiti de iactu lapidis in figuram Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vel ſputum, vel luto, ſint pœna mortis puniendi, tenet Boer. deciſ. 301. præſuppoſito quot modis ſit blaſphemia, nu. 17. & 18. dicēs quod quidam Franciſcus de Sus, qui percuſſit crucifixum, fuit primo condemnatus, ad perdendam manum, poſtea caput.

4 Nec obſtat ſi dicatur quod iſti † calore iracundiæ id fecerint, & ſic mitius ſint puniēdi, per doctri. Abb. in c. 2. de maled. quia reſpondetur, quòd cum darent operam rei illicitę, uidelicet ludo, ob id nō excuſantur à pœna ordinaria, vt idē dixit Deci. in regula quicquid calore. ff. de reg. iur. Et eo magis militant cōtra N. quia poſt motum iudicium, imago Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quę ictu lapidis fuit ab eo percuſſa, & recognita, ad pręſens in totum abraſa reperitur, & eſt præſumendum à dicto N. fuiſſe id pęrpetratum: Cum ſemel malus, &c.

5 Et licet forum Eccleſiaſticum non habeat pœnam mortis, tamen quando in aliquo canone fit mentio de pœna mortis, tunc delinquens remittendus eſt ad iudicem laicum, Abb. per illum tex. in c. 1. de homicid. Et tāto magis in caſu pręſenti. Dato quod dicti N. N. per reſponſiones ad interrogatoria factas ab ordinario Iudice competenti, in materia hęreſis Carr. d. tract. de hęret. nu. 61. & iur. vulg. docuerint & demonſtrauerint eos tenere & credere circa imagines, & uenerationes ſan-

6 ctorum quod † tenet ſancta Mater Eccleſia, cū cognitio & punitio ad ſecularem Iudicem, & non Eccleſiaſticum ſpectet, Ancha. in rub. de iudi. & ibi Ioan. de Anan. c. nonnullis, col. 2. ver. nota quod blaſphemātes, de Iudęis, Boer. deciſ. ſupradicta. 301. in fi.

Ludo. Alferius Iuriſconſ. Coſentiæ.

Inueni, poſtquam hęc ſcripſi, Bartolū ita conſuluiſſe in cōſ. incip. Imaginem Dei, &c. quod eſt apud me in primo libro conſiliorū, diuerſo. docto. manuſcriptum fol. 322. col. 2. quod placuit hic inſerere, &c.

Conſilium Bar.

Imaginem Dei percutiens, aut Sanctorū, aut ſcindens maieſtatem, prout ſemel uidi in Peruſio, dicas eū teneri l. Cornelia, de ſicar. & fuit illi frangenti amputata manus; & merito poteſt etiam grauius puniri pœna mortis; nam ſi authoritas Cęſarea excandeſcit in offendentem, eandem pœnam capitis imponendo, quanto magis excandeſcere debet, offendentem maieſtatem diuinam? prout dixit Federicus in quadam ſua extrauaganti, cuius uerba retulit Cyn. C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis: & de iſtis ſic offendentibus maieſtatem diuinam cautum habes in c. 2. §. . . . de offi. ordi. lib. 6. ibi ponit de illis qui in contemptū Dei, ſuper imagine diuina confricabant urticas, ita dicit . . . de Peruſ. in l. ex Senatuſconſulto. ff. ad leg. Corne. de ſicar. in gloſ. . . . & in cap. ſi canonici, de offi. ordi. lib. 6. Bartol.

F I N I S.

Regeſtum.

†††† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Omnes terniores †††† R & Z duerniones.